OMNIS delegatus dicitur pedaneus iudex, excepto eo, qui delegatur à principe. in §. i. ver. omnis autem. Gui. & Cy. qui pro sua iurisd. l. j. in fi. Bar. Delegatus ab inferiore à principe nõ potest cõmittere recep. testiũ, secus in auditorib. curiæ, vel aliis domini papæ, vt eo. tit. §. i. ver. sed nũquid. & ver. seq. tñ isti auditores nil possunt diffinire sine speciali mandato papæ, & facta prius relatione. G. & vide c. i. de of. del. in cle. & an isti auditores dñi papę sint ordinarij vel delegati, vide in Spec. de off. iud. §. i. vers. quid de auditorib. vbi tenet, quòd in audiendo habẽt ordinariã potestatẽ, secus in diffiniendo. Item an vacãte sede Apostolica possint iura eorũ exercere, & generaliter de materia auditorũ, vide Spec. de audi. ꝑ totũ. Qualiter aũt referre debeãt, vide in Spec. de dila. §. qualiter. ver. fi. ꝯhẽs pt nec ꝯueniri nisi corã delegato, qa idẽ est forũ ordinarii & deleg. de fo. comp. dilecti. per Innoc. Electus ab vna parte non pt ꝯmittere vices electo ab altera parte. in §. sequitur. ij. in prin. G. An impedientes exercitiũ delegatæ iurisdictionis, q non sunt in literis nominati, possint à delegato puniri. eo. §. versicu. quid ergo. G. An delegatus possit inuocare brachium seculare, tene quòd sic in delegato papę. versi. sed nunquid. alle. Innocen. extr. c. significauit, & illa clausula, Inuocatis, &c. nõ addit, sed exprimit. G. ¶ Tertius, qui datur ex officio auditoris ꝯdictarũ, vt no. ff. de iudi. l. obseruãdũ nõ pt alteri ꝯmittere vices suas. ponit eo. §. ver. itẽ potest. qđ est no. G. Vide qđ no. ff. de arbi. l. sicut. vbi no. ꝙ animi motus nõ pt ꝯmitti. ¶ Impeditus cognoscere de impedimẽto iuris, nõ potest cõmittere alteri vices suas: sec⁹, si impedimẽto facti. e. §. ver. verum. G. ¶ Si ꝯmittitur cã trib. & tũc vnus erat mortuus, vř nulla ꝯmissio, q ꝯmissio est indiuidua. ꝯriũ sentit. §. restat. ver. qđ si cã. G. Prima verior, arg. ff. de arbi. l. Pedius. §. i. cum si. & l. non distinguemus. §. cũ plures. & l. sicuti. Nã nõ trãsit ad hæredẽ rescriptũ nõ ꝑpetuatũ. eo. §. ver. qđ si impetraui. G. qa expirat morte, vt ꝯsiliũ, ꝑceptũ nõ. Secus in ꝯmissiõe re ĩtegra. e. §. ver. itẽ mortuo, G. quia

G.quia ꝯmissio dependet à mera voluntate,& voluntas morte finitur,sed præceptũ ab auctoritate est,qđ est not.dignũ.Vide ĵ.de ar.§.ꝑceptũ.De ꝯsilio vide ĵ.de appella.§.lata.& de arbi.§.an possit.¶ Quomodo intelligitur re integra, vide ĵ.de iudi.ordi.delegato.¶ Tempus cõpromissi non detrahit̃ de tpe instantiæ,nisi in eã appellatiõis.e.§. ver.sed nũqd de tpe.qđ no.vide ĵ.đ app.ante ti.de appel.§.ille,qui cõpromittit.& infrà,e.§.pen.¶ Si ꝑ statutũ assignatur mẽsis ad diffiniendũ causam, tñ eo decurso adhuc durat instãtia vsq; ad trienniũ,de iure communi.e.§.ver.qd si statuto.G.subaudi,si terminus statuitur iudici:secus,si liti,vt l.properãdũ.C.de iudiciis.per Cynũ. Et finitur officiũ delegati trãsactiõe.e.§.vers.fi.Officiũ dico,nõ iurisdictio.ff.de condictiõe indebiti.l.elegãter.§.si quis.Nã adhuc si pronunciaretur,valeret snĩa.ergo nõ est functus iuridõne,sed officio:qa nõ debet amodò partes suas interponere.G.¶ Si petitur rescindi à reo principale instrumẽtũ,vt vsurariũ:ista causa non dicitur esse cũ fideiussore,& ideo frater fideiussoris potest ĩ ea esse iudex.in §. supest videre qs. ad fin. G.ergo inhibitoria facta iudici seculari,ne capiat interim reũ,nõ extẽdit̃ ad fideiussorẽ ꝓꝓs,sec⁹ in fideiussore iudicatũ solui. Facit ff.mãd.l.creditor.in prin.Nõ ob.C.de diuer.rescr.l.si libellũ.quia ibi in libello supplicatorio,nõ in cõuẽtionali.Itẽ ĵ.presumitur responsio ad interrogata.no.Bald.¶ Infamis potest procedere.si ñ opponitur.in §.excipi potest.ver.sed nunquid ĩfamis.G.Nec obstat qđ no.ff.de infa.l.secunda.§.miles.& de sena.l.Cassius.qđ debet intelligi ope exceptionis,non ipso iure. Bal.& no.& vide ĵ.e.§.exceptio.¶ Simplici monacho vel regulari canonico non cõmittitur causæ,ẽt si officiũ aliquod gerat intra claustrũ, vt quia sit sacrista,vel prior claustri,camerarius vel custos,&c. secus si sit prælatus vel prior ecclesię:e.§.nunquid ergo monacho.G.¶ Nota quòd c.statutum.de rescri.locũ habet,siue papa deleget,siue đ legatus papæ subdeleget,scilicet plenã iurisdictionẽ:secus si committat vnũ articulũ causæ.e.§.ver.quid si certus.G.in aliis ordinariis hoc non habet locum.ff.de iudi.l.fi.Bal.& no.¶ Causa simpliciter cõmissa,intelligitur cõmissa ciuilis & criminalis:de rescriptis.c.dispendia.lib.vi.in nouella.Bal.¶ Post lapsum termini nõ ꝑt prorogari iurisdictio,in ver.item quod iurisdictio.G.¶ Causæ criminales ñ delegãtur,nisi à principe,vel eius delegato.vers.itẽ qđ est.C.qui pro sua iurisdictio.l.i.in fi.¶ Quod nullũ est ipso iure,ñ potest ratificari.ver.quid si cõmittẽs.G.& C.cõmunia vtriusque iudi.l.secũda.Bald.¶ Quando est præceptũ alicui,quod persona liter exequatur,nõ ꝑt committere ẽt de partium voluntate,quia partes non possunt mutare formã mandati.ver.item quod iniunctum.G.ff.de pollic.Bal.¶ Exceptio criminis non potest opponi ordinario,quandiu residet in officio.ver.sed nunquid idem.G.vide ĵ.e.§.infamis.¶ Si sunt duo collegæ, & est compromissum pa rere mandatis vnius, & alter procedat, an committatur stipulatio? Non,si nomine proprio:secus,si appellatiuo. ver. sed quid si plures sunt cõsules.G.l.pe.ff.iudi.sol.& s̃.e.§.tẽpus ꝯpromissum.

¶ De Legato. Rubrica.

Auctor in hac Rubrica nihil est adiut⁹ per suos practicos,q specialiter de legatis nil tractauerũt in libris: de qb.dixi in ꝓœmio, saluo quod ꝑ Rof. adiutus fuit in materia de procurationib⁹ legatorũ,q̃ vide ĵ.§.supest.ver.illud quoq;.vsq; ad ver.legat⁹ quoque.quã in libel. iuris canonici posuit Rof. rubri.de procurationibus.In tractatu ẽt dispẽsationũ,per quos extr.illos adiutus fuerit,ibi dicã:ĩ aliis habuit necesse ad Summistas recurrere,& ad gl. Azo.tamen in Sũma de offi.procon.& legat.nihil profuit.nostri Summistæ multum contribuere, & vide de hoc tit.quod statim subdã,& iura nostra antiqua loquentia de legatis nunciis. Itẽ de legatis iudicib.scripsi in Nouella,e.tit.super rubrica.Itẽ excipe đ aliis,quæ habes ĵ.de senten.§.sequitur.& §.pen.& fi.



VONIAM legati officiũ seu potestas,paucis prudẽtibus innotescit, super quo dubia oriri videmus infinita, & peritos adinuicem dissentire : idcirco de officio Legati plenè tractare præuidimus, & quoddam
a breue ac prælucidũ formare Speculũ legatorũ [a].Cæterum quoniam quæ sit eorum, vel etiam aliorũ in dispensando potestas, semiplenè à doctoribus iuris Canonici traditum est:idcirco hoc tractatu quadam noua doctrina plenè de dispensationib. disseremus. Primò igitur de officio legati. Secundò de dispentionib.disputare intendimus:vt sic binario numero huius tractatus lectio compleatur. Nobis ergo primò delegati officio tractaturis videndum est, Quid sit legatus, & qualiter sit tractandus, Qualiter constituatur, Quot species sint, seu genera legatorũ, Quid ad legati pertineat officium, & quæ sit eius iurisdictio, siue. potestas, Vtrum possit beneficia conferre, Quæ sint ei interdicta, & soli sedi
b Apostolicæ reseruata, Quãdo, & vbi [b] suam valeat iurisdictionem exercere. Qualiter eius potestas, seu iurisdictio finiatur.

non mireris:quia hunc titulũ à principio fecit,& publicauit Speculator.Et quia sic publicatum erat in prima publicatiõe Speculi huius,illud nõ inseruit:postea mutato consilio,& bene,illũ hic ĩseruit,aliquibus adiectis.Vnde s̃.secũda ꝓxima col.vers.sed nunquid.idẽ allegabat rubricã sequentẽ,pro proxima præcedẽtis rubricę.& idẽ videri ꝑt s̃.ti.ꝓxi.§.ij.ante vers. sed fm.& ĵ.ti.ꝓxi.§.fi.
b Et vbi.¶ Hosti.de his fecit duo membra.

SVMMARIVM.

1 *Legatus quis sit,& qualiter sit tractandus.*
Legatus dicitur vicarius muneris alieni.
2 *Episcopi funguntur Christi legatione:& qui eos persequitur,Christum persequi dicitur.*
3 *Legatus & nuncius Apostolicæ sedis sunt honorandi, & benignè tractandi: & contrà facientes qua pœna puniantur.*
4 *Legatus potest vlcisci iniuriam sibi,vel suis manifestè illatam.*
5 *Debitor Reipublicæ prohibetur iure ciuili esse legatus, non autẽ debitor fisci.*
6 *Mitti debet legatus talis, qui habeat spiritum Dei,& præcepta eius in conspectu suo,& qui Moysi,idest,papæ notus sit & familiaris.*
7 *Cõstituit Moyses tribunos & centuriones,id est,superiores & legatos,in quib. erat veritas,& qui odio habebant munera.*

1 I.§.Legatus est † seu dici potest.quicunque ab alio missus est, vt l.distin.presbyterum. 25.quæst.j.satagendũ.iij.q.vj.hoc quippe.xcvij.distin.nobilissimus.lxij.dist. ego.ad fi.xciiij.dist.si quis legationẽ.j.dist.ius gentiũ.ff.de legationib.l.j.& ij.& l.sciendũ.§.fi.siue à principe,vel à papa ad alios,vt ff.de off.ass.diem.siue ab aliqua ecclesia ad papã, vt in Auth.col.la.ij.de sanct.epis.§.si verò episcopi siue ab aliqua ciuitate,vel ꝓ
a uincia ad principem,vel ad alium,vt C.lib.x.de le. per totũ [a]. siue ẽt à proconsule vt ff.de off.procons.& le. obseruare.§. fi.& l.seq.& l.legatus & l.seq.Hinc est,quòd legatus dicit̃ vicarius muneris alieni.ff.de leg.vicarius.& l.legatus.Sed & nuncii,quos apud nos hostes mittũt,legati dicuntur,quorum legatorũ causa sancta res est.Nam si quis eos pulsauerit,hostibus,quorũ legati erãt,tradẽdus est,vt illorum seruus efficiatur.ff.de legationibus.l.fi.¶ Nos tamen hìc principaliter de illo legatorum genere tractare intendimus,quib.à sede Apostolica certa prouincia gubernãda mãdatur:extr.de of.leg.c.i.& c.nouit.& c.seq.qui vocari potest missus Dominicus,vt ex.de re.& transeun.ad reli.c.ii.extr.de frig.& ma.
2 c.j.Vel apocrisarius,vt extr.de ele.significasti.† ¶ Episcopi quoque Christi legatione funguntur:vnde qui eos persequitur,Christum persequi dicitur.vij.q.j.omnis,qui.¶ Item sacerdotes legati Christi sunt: vnde illorum iniuria ad Christum pertinet, cuius legatione funguntur,vt xxj.distinct.in nouo.ij.q.v.habet hoc ꝓ
3 prium.in fi.ij.q.vij. accusatio.in fine. † ¶ Honorandus autem est legatus,& nuncius Apostolicæ sedis,ac benignè tractandus,tanquã dñi Papæ vicem gerens,& si qs secus tyrannicè præsumpserit,gradu ꝓprio repulsus, vltim⁹ omniũ in ordine suo fiat,vt 93.di.c.fi.& eundo & redeũdo in suis est necessitatib⁹ adiuuãdus,vt ext.de præsc.accedentes.Et hoc qlibet epscopus in sua consecratione obseruaturũ se iurat,vt extr.de iureiur.ego.Quòd aũt legatus domini Papæ sicut ipse sit honorandus,ꝓbatur ff.de off.præfect.præ.Afric.l.vnica.ibi:Credidit ei princes,&c.xciiij.distin. c.j.C.de sum.tri.liquet.in prin.& in fi.vñ in parabolis Salomonis.c.25.Sicut frigus niuis in die messis:ita legatus fidelis ei,q misit illũ,animã illius quiescere facit.Vnde sedes Apostolica honoratur in eius honore,vt ext.e.ti.volentes.imò qui legatũ Apostolicę sedis impedierit,excommunicandus est.iuxta illud:Debent legati tristia nulla pati.De iure enim gẽtium est legatorum non violãdorum religio,vt j.dist.ius gentium.Vñ Alex.Papa ait:Si quis legationem,idest,legatum impedierit,nõ vnius,sed multorum ꝓfectum auertit:& sicut multis nocet,ita à multis arguẽdus est,& bonorum societate priuãdus,& quia Dei causam impedit,& statũ turbat ecclesiæ:ideo ab eius liminib⁹ arceatur. Ab omnib.itaque talis est cauẽdus,& non in communicationem fidelium vsque ad satisfactionem recipiendus. Leguntur hæc xciiij. distinct.
b si quis legationem. Nam legatus fidelis,sanitas [b]: quies quoque populorum,& disciplina spectaculorum ad eius curam pertinet:
4 vt ff.de offi.præfect.vr.l.i.§.quies quoque.† ¶ Sed nunquid legatus poterit excommunicare& punire eos,qui sibi vel suis,vel ei⁹ nunciis iniuriam,vel damnum inferunt, vel eius iurisdictionem impediunt? Ad quod,omissa solita doctorum disputatione, quæ notari consueuit 23.q.iiij.inter querelas. & c. Guilisarius.& ij. q. vij.si quis erga.& ca.si quis ab episcop.respond.quòd legatus potest vlcisci iniuriam manifestè sibi vel suis illatã.arg.ff.de off.rect.pro.l.Senatusc.ext.de fo.comp.cùm ꝯtingat.ad fi.ext. de off.arc.c.fi.versi.& potest suam iurisdictionẽ impediẽtes,& sibi ñ obedientes

ADDITIONES.

a Legatorũ.¶ De hoc loquendi mõ quo in aliis rubricis non vtit̃

ADDITIONES.

a Per totum.¶ Vide quod ibi plenè super rubrica notatur.
b Sanitas.¶ Prouerb.xiij.

entes punire. arg. extr. de pœn. Romana. lib. vi. & de offi. deleg. c. j. & c. præterea. cum suis concor. ff. de offic. eius, cui mand. est iur. l. fin. xciiij. dist. ca. ij. aliàs delusoria videretur eius potestas, si coercitionem eius non haberet. extr. de offic. deleg. ex literis. Potius enim in hoc iniuriam Romanæ ecclesiæ prosequitur, quàm suã: vt ij. q. vij. accusatio. secundum ea quæ notantur extr. de sententia excom. contingit. Quis autem dicatur visitator, & quis intercessor, & quid ad eorum spectet officium, colligitur & no. lxi. dist. obitum. & c. Cathinensis. 71. distinct. fraternitatem. vij. q. j. constitutum. ¶ Potest autem esse legatus subdiaconus Apostolicæ sedis, vt xciij. distinct. ca. fin. etiam diaconus. vt xciij. distinct. c. j. & c.

5 ij. & quicunque superior videtur. † ¶ Prohibetur iure ciuili esse

a legatus debitor Reipublicæ, sed nõ debitor fisci[a]. ¶ Item is, qui postulare nõ potest, nec legatus esse potest, sed nec qui alium accusat de crimine publico, cogitur legationem suscipere ad amicum seu domesticum accusari, vt ff. de leg. sciendum. & ar. extr. de accu. repellantur. ¶ Item nõ cogitur quis amplius quàm semel suscipere legationẽ, nisi necessitas subsit: vt ff. de mu. & ho. l. existimationẽ. §. fi. ¶ Itẽ pater triũ incolumium liberorum legationib.

b liberatur, vt C. lib. x. de legatio. l. j.[b] † ¶ Dẽt quoq; talis legat⁹ mitti, q in semetipso hẽat spũm Dei, & pcepta ei⁹ ĩ cõspectu suo sint: &

6 q † Moysi, i. Papæ, valde not⁹, & familiaris sit, id ẽ, ĩ quo sit claritas eius, & legis scientia, vt possint eũ audire filij Israel, vt viij. q. j. sic ergo. Vnde legitur in Exod. c. 18. quòd Moyses viros Deum timẽtes, in quibus erat veritas, & qui odiebant munera, constituit tribunos & centuriones, vt populum iudicarent.

ADDITIONES.

a Debitor fisci. ¶ Ponit igitur hæc esse diuersa, quod ostendit etiã diuersitas rubricarũ C. lib. x. de iure fisci. & lib. xj. de iur. Reipublicæ. & vide j. de resti. in inte. §. ii. vers. itẽ quoq;. & qd ibi dicã in fi.

b Delegatio. l. j. ¶ Et est speciale in hoc casu, cum aliquando requirantur quinque. quod dic vt ibi no. eod. lib. qui numero libe. l. iij.

SVMMARIVM.

1 *Legatus qualiter constituatur.*
2 *Potestas legati dependet ex virtute literarum.*
3 *Instructio salutifera, quæ in literis legationis apponi est solita.*
4 *Forma antiqua instituendi legatos.*
5 *Litera legationis debet continere principalem causam commissionis legati.*
6 *Legato in regno Franciæ constituto, qui specaliter consueti sunt committi, sunt tres, videlicet Viennen. Lugdunen. & Bisuntin.*
7 *Legatus generalis non est mittendus, nisi de consilio collegij Cardinalium.*

2. §. Qualiter autem legatus cõstituatur, licet ad nos nõ pertineat tractare, quia hoc ex mittẽtis

1 illum depẽdet arbitrio, tñ † quia ex virtute literarũ potestas depẽdet ipsius, vt extr. de priuileg. porrò. C. de man. prin. l. vnica. ad aliquã instructionẽ verba, quæ in literis legationis modernis apponũtur tẽporibus, supponamus: & cũ negotiorũ varietas varietatẽ formarum requirat, exẽplo vnico sum contentus. Præmisso

a enim præfationis præludio[a], sic subiungi consueuit:

2 FORMA. † Sanè licet ad singulas regiões Deo & Apostolicę sedi deuotas nr̃æ cõsideratiõis diffundam⁹ intuitũ, tales tñ pouincias, in quib humani generis inimicus, pacis æmulus, & zizaniæ seminator, turbationes & scãdala suscitauit, oculo sereno conspicimus, & intra claustrũ nostri pectoris præ dilectione portamus, & ad illas, & earũ incolas feruor nostræ dilectionis exuberat, circa sui status psperitatẽ cũ affectionis paternæ plenitudine cogitãdo. Verùm, quia innumerabiliũ quasi negotiorũ varietate distrahimur, & humana natura nõ patit, vt e slentia nostri corporis totã simul in diuersis locis exhibeat se præsentẽ, illos in partẽ Apostolicæ solicitudinis de latere nostro nõnunquã assumimus, qb. fore pspicimus cœlesti dono puisum, vt in arduis negociis sciãt, & possint puidẽ cõsulere, & vtili consilio puidere. Attendẽtes itaq;, q psonã tuã Dñs scientiarum magnitudine puidẽtiæ munere, circũspectiõis gratia ĩsigniuit, humeris tuis fortitudinis robur adiiciẽs, vt ad laudẽ sui nominis onera grãdia supportãtes, plenã

b quoq; de tuis meritis fiduciã obtinẽtes[b], pter optatã illarũ partium quietem, de fratrum nostrorum consilio illuc tanquã pacis angelum te duximus destinandum, fraternitati tuę in eisdem prouinciis vices nostras & plenę legationis officium committentes, vt euellas, destruas, dissipes & disperdas, ædifices, plantes, & facias auctoritate nostra quæcunque ad honorem Dei, prosperum statum partium earundem, ac reformationem pacis huiusmodi videris pertinere: concessa tibi auctoritate simili. contradictores & rebelles quoslibet per excommunicationis, suspensionis, vel amotionis, aut depositionis sententias, siue aliàs per censurã ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi libera facultate, non obstantibus quibuslibet indulgentiis, &c. Nos enim sententias & pœnas, quas propter hoc ritè tuleris in rebelles, ratas habebimus, & faciemus, auctore Domino, vsque ad satisfactionem condignam inuiolabiliter obseruari. Datum, &c. † Antiqs

3 autem temporibus legatus sub hac forma constituebatur:

FORMA. Valde necessarium esse perspeximus, vt sicut prædecessorum nostrorum fuit iudicium, vni, eidemq; personæ omnia committamus, & vbi nos præsentes esse non possumus, nostra per eum, cui præcipimus, repræsentetur auctoritas. Quamobrem Petro subdiacono sedis nostrę intra prouinciam Siciliam vices nostras, auxiliante Deo, commisimus. Nec enim de eius actibus dubitare possumus, cui, Deo auxiliante, totum nostræ ecclesiæ noscimur patrimonium commisisse: vt notaui. xciiij. dist. valde vel sic:

FORMA. Mandata cœlestia efficacius gerimus, si nostra cum fratribus onera partiamur. Proinde super cunctas ecclesias Sicilię vices Apostolicæ sedis ministrare decreuimus, quas non loco tribuimus, sed personæ: quia ex transacta in te vita didicimus, quid de subsequenti conuersatione tua præsumamus. ext. de præsumptio. mandata. ¶ Debet ergo papa onera sua partiri, prout ibi no. & probatur in Exodo, capitulo. xviij. prope fin. quod est contra quosdam Romanos pontifices, qui sic quos volunt sibi in negotiis familiares efficiunt, quòd omnino alios à sua familiaritate excludunt, contra sententiam Greg. dicentis: Is qui cunctis præest, omnibus distribuat: nec quicquam vni personæ honorabilius exhibeat, vnde alij scrupuloso corde moueantur quia inhonestum est, vt alij sacerdotes habeant alii verò detrimentum patiantur,

4 vt xvi. quęstione. vii. c. j. † ¶ Debet autem continere litera legationis principalem causam commissionis legati. vt ii. quæsti. i. in primis. Patet ergo ex præmissis, quòd legatus gerit vices domini papæ: vt j §. nunc ostendendũ. ver. legatus igitur. Et eo ipso quod princeps vices suas, vel plenè legationis officium alicui committit in aliqua prouincia, videtur illi omnem iurisdictionem, & omne imperium commisisse ĩ illa: vt in præd. c. valde. & ca. mandata.

5 † ¶ Hoc autem scias, quòd legato in regno Franciæ constituto, consueuerunt specialiter cõmitti Viennen. Lugdunen. & Bisun-

c tinen.[c] prouinciæ: vt extr. de off. leg. nouit. Eundem enim plures legationes suscipere, prohibitum non est, si & sumptus & itineris compendium suadet, vt ff. de lega. l. eundem. † ¶ Vltimò no.

6 quòd legatus generalis de consilio collegij Cardinalium, & non aliter, est mittendus, vt probatur C. lib. x. de lega. l. fin. vbi dicitur, Quoties legatio destinatur, vniuersos curiales, qui intra vrbem consistunt, si non ægritudine, vel alia excusabili necessitate impediantur, in locum curiæ præcipimus cõuenire, & decreta sua ppria subscriptione firmare, & sub examine præfecti prætorio, perpensa legatione, res ordinetur. & argu. extr. de his, quæ fiunt à pla. sine consensu capituli. c. nouit.

ADDITIONES.

a Præludio. ¶ Quod vocamus exordiũ, & quã plurima pulcherrima videri possunt ĩ formulario vel stylo Romanę curiæ, sub hoc ti. vbi ẽt formæ multarũ, quæ solent cõcedi legatis p diuersas literas describuntur: sed conceduntur hodie multò plures.

b Obtinentes. ¶ Commendationes Alba. legati in Francia habentur vbi s. in prin. sed lõgè pulchrius cõmendatur missus in Angliã in forma, quæ incipit, Pater futuri sœculi. ante fi. vbi narrat papa, facta excusatione sui psonalis itineris, qd ĩn gruentiũ negotiorũ varietas ñ pmittit q deliberauit Sabinẽsem vt fortè ad fortia mittere, & onera grãdia humeris robustis impõere: subdẽs ad literã. Cùm enim, sicut experientia didicimus, dederit ei Dominus, os & sapientiã, linguamque adiecerit eruditam, vt sciat quando debeat proferre sermonem: cùm eius, sicut adipe & pinguedine repleuerit animam, vt vigeat in ipso rectitudo iudicii, consilii prouidentia, rigiditas cẽsuræ, in aduersitate securitas, & in prosperitate deuotio, in zelo sobrietas, & in agẽdo strenuitas, & in arduis experiẽtia multipliciter approbata, speramus nõ ĩmeritò, &c. Hen.

c Et Bisuntinen. ¶ In Stylo, de quo s. forma prima & secunda, fit mentio de Bisuntina.

SVMMARIVM.

Legatorum genera sunt tria.

1 *Vsus Romanæ ecclesiæ solos Cardinales vocat legatos de latere.*
2 *Cardinales sunt sacerdotes Leuitici generis, qui domino papæ in executione sacerdotalis officij coadiutores existunt.*
3 *Legati constituti sunt, qui non emanant de latere, sed eis committitur legationis officium.*
4 *Legatus emanans de latere, excedit legatum natum in quatuor.*
5 *Legato de latere præsente, & insignijs vtente, patriarchæ cessant portare crucem ante se.*

3. §. Seq

3. §. Sequitur videre quot sint genera legatorum. Et quidem tria sunt. Nam alij sunt laterales, alij
constituti, alij nati. Laterales sunt, qui à latere domini papæ ema
nant. Potest aūt dici de latere domini papæ missus, ēt si nō sit car-
dinalis: puta aliquis officialis eius, vel capellanus, vel familiaris,
vel ēt extraneus: dum tamen ab eo mandatum susceperit oracu-
lo viuę vocis, vt si tetigerit fimbriam vestimenti eius, quoad hoc
a vt saluus & priuilegiatus sit, secūdum dominum meum [a], v. dist.
ad eius, ar. ad hoc. extra. de maior. & obed. per tuas, & xciij. dist. c. si.
& melius. viij. quæst. j. si ergo. ad fin. extra. de consec. eccl. vel alta.
quod in dubiis. Hinc est, quòd episcopis à curia veniētibus ob re-
uerentiā summi pontificis, quem tetigerunt, & osculati sunt, vt
1 extra. de priu. cùm olim essemus processionaliter obuiatur. † ¶
Sed Romanæ vsus ecclesiæ solos cardinales legatos de latere vo
cat: vt ij. quæst. vj. Decreto. & extra. de senten. excom. ad eminen-
tiam. extra. de offic. leg. volentes. Illi enim summo pontifici in cō
siliis & in arduis negotiis assistunt. extra. de off. del. venerabili. ex-
tra. de dila. exposuit. in fin. de restit. spo. Pisanis. in fin. extra de fide
instrum. cùm Ioannes. prope fin. & ad hoc C. de Iusti. Cod. confir.
l. vnica. C. de cad. tol. l. vnica. Respon. i. quia pars corporis eius cē-
setur, vt vj. quęst. j. cap. si quis eum militibus. C. ad l. Iul. ma. quisqs.
& in locum Senatorum succedunt, vt xcvj. dist. Constantinus. Vn
2 de ecclesia habet Senatum. xvj. quæst. j. ecclesia habet. † ¶ Cardi-
nales enim sunt sacerdotes Leuitici generis, qui domino papæ in
executione sacerdotalis officii coadiutores existunt: vt extra. qui
fil. sint leg. per venerabilem. §. rationibus. Hi autem legati, tanq̃
ipse dominus papa, sunt, honorandi, vt s̄. §. j. & sunt maximę aucto
ritatis: vnde & sicut honoris ꝓrogatiua lætantur, sic ampliori au-
ctoritate in beneficiorū collationibus, & in aliis funguntur, vt ex
trà. de off. leg. officii. lib. vj. & cap. excommunicatis. & j̄. §. superest.
ver. illud quoq;. Nec est credendum, quòd ipsi aliter iudicēt, quā
ipse dominus papa iudicaturus esset, vt in præ. §. superest. versi. est
3 autem. † ¶ Constituti verò propriè sunt, qui non emanant de la-
tere, sed eis cōmittitur legationis officium. vij. quæst. j. placuit. &
hi sunt minoris auctoritatis, vt extra. de offi. lega. volentes. de ac-
cus. cùm dilectus. nihil enim possunt extr. suam prouinciam. arg.
ff. de iurisdict. om. iud. l. fin. ff. de off. præsid. l. iij. & j̄. §. nunc dicam⁹.
¶ Nati siue electi sunt, qui nec emanant, nec eis specialiter com-
mittitur, sed officium hoc est suæ dignitati annexum: & hi sunt
magnæ auctoritatis, vt probatur extr. de off. leg. c. j. de appel. cap. j.
de fil. presbyt. cap. j. de his tribus legatorum generibus legitur &
not. extr. de off. leg. excommunicat. & c. officii. lib. vi. & j̄. §. nunc
dicamus. ¶ Dici ergo potest, quòd legatorum alii sunt minimi, vt
nuncii & cursores: & alii magni, vt nati: alii maiores, vt constituti:
4 alii maximi, vt laterales. † ¶ Item not. quòd legatus de latere ema
nans, excedit in quatuor legatum natum. Primò in absolutione
excommunicatorum. extr. de off. legati. excommunicat. prout j̄.
§. nuc dicamus. plenius differemus. Secūdò, quia illo præsente na-
tus, tanquam minor, suis insigniis non vtitur, nec officium lega-
tionis exercet, vt eod. tit. volentes. extra. de priuileg. antiqua. 21.
distin. denique. Tertiò, in beneficiorum collationib⁹: vt in prædi.
b c. officium [b]. & dicetur j̄. §. nunc tractemus. Quartò in procuratio
c nibus: vt patet, extr. de censi. procurationes. responso j. & §. j. [c] Nō
enim ita procuratur ille, qui ordinari⁹ est, & in domo sua consistit
sicut iste. ¶ Item excedit constitutum in excommunicatorum ab
solutione, vt in præ. §. nunc dicamus. versic. circa. & in beneficio-
5 rum collatione: vt j̄. §. nunc tractemus. in prin. † Hoc etiam not.
quòd præsente legato de latere insigniis vtente, patriarchæ ces-
d sant portare crucem ante se: vt extra. de priu. antiqua [d].

ADDITIONES.

a Dominum meum. ¶ Sūma huius tit. §. ij. cui⁹ sunt verba sequētia.
b Officium. ¶ Vbi de hoc in iij. glos. & super ea.
c Et §. j. ¶ Et vide quod ibi dixi in gloss. tene quod.
d Antiqua. ¶ Vidimus certas prærogatiuas cardinaliū, in quibus ex
cedūt alios legatos, cū sunt legati. Et vide qđ scripsi post Hostien.
in Decret. antiqua hic allegata, sup ver. insigniis. scilicet, ꝙ transe-
untes mare vtuntur vestibus rubeis, palafredo, aliàs freno & calca
ribus deauratis. Sed & sine literis creditur ei asserenti se legatū, ex
quo cardinalis est. De hoc quidā ꝰ. & vide j̄. prox. §. ver. qđ si dele
gati. Aliàs prærogatiuas ad alios legatos, collige de elect. si abba.
tē. i. & ii. respon. lib. vi. et eod. lib. de verb. signif. ca. i. in prin. ¶ Sed
& sine legatione priuilegiati sunt super nō residēdo in titulis vel
beneficiis suis, vt dicam j̄. de cle. nō resi. in fin. Item ꝙ eis creditur
super actis coram se, licet scriptura non appareat super hoc. Vide
qđ scripsi de ap. ꝯstitutus. sup verbo, assertionē. & ibi remisi ad ti.
j̄. de teste. §. i. ver. qđ si aduocat⁹. vltra mediū. vbi vide dictū Clemē-
tis quarti. ¶ Itē specialiter sunt priuilegiati ꝯ offensores, in decre.
Felicis. de pœnis. lib. vi. ¶ Item de priui. Decret. quia periculosum
de sentent. excom. lib. vi, vt ibi scripsi post Hostien. & super i. glo.
Decret. ii, de cler. non residen. & vide quod scripsi de schisma. ca.
vno. super verbo, cardin. lib. vi. ¶ Item per hoc dico idem de aliis
sex priuilegiis episcoporum notatis in Decre. vlt. de priu. lib. vi. in
glo. pen. de quorum vltimo, quod cardinales exprimunt, nullum
est dubiū, in cle. de cele. mis. dignū. Sunt ēt vel fuerūt priuilegiati
circa Decret. Ioan. execrabilis. vt ibi patet, ver. nos. itaque.
Adde, quòd legato Cardinali credatur de actis coram se, consul-
uit Abbas consil. xiii. ii. lib.

SVMMARIVM.

¶ Potestas legati, & ad eius officium quid pertineat.

1 *Quies populorum, & disciplina spectaculorum, spectant ad legatum.*
2 *Legatus in ecclesia sibi decreta potest cognoscere de omni quæstione ad forum ecclesiasticum pertinente. Roma est patria communis.*
3 *Legatus papæ per simplicem querelam potest adiri, sicut & ipse papa.*
4 *Delegatus legati papæ potest mittere in possessionem causa rei seruandæ.*
5 *Beneficium iuris nemini est denegandum.*
6 *Legatus habetur loco Apostoli.*
7 *Legatus debet cognoscere & committere iuris ordine seruato.*
8 *Legatus an potest de causa criminali episcopi cognoscere.*
9 *Legatus an potest cognoscere de causa episcopatus, vbi duo de eodem episcopatu litigant.*
10 *Electionem archiepiscopi potest legatus de latere examinare, & per consequens confirmare.*
11 *Appellari an possit ad legatum, omissis mediis.*
12 *à sententia suffraganei, si vna pars ad legatum, alia ad archiepiscopum appellet, quis eorum cognoscet de causa.*
13 *Legatus an possit officium suum exercere in exemptis, qui papæ subsunt?*
14 *Pertinentia ad legatos de iure communi, quę sint, quibus constet eos esse legatos etiam si super his mandatum speciale non ostendant.*
15 *Publicare solent legati sedis Apostolicæ in ingressu decretæ sibi prouinciæ legationis suæ literas, ne quis possit ignorantiam allegare.*
16 *Cardinali legato, vel alij noto, & non suspecto, etiam absque literarum ostensione credendum est.*
17 *Literæ legationis si perdantur, quid sit agendum?*
18 *Gerentis se pro legato, cùm non sit, an valeat sententia.*
Error communis facit ius.
19 *Legatus ecclesiæ Romanæ potest particulare conciliū celebrare, non generale.*
20 *Iurisdictione generali cōmissa & mandata, nō trāsit potestas concilij faciendi. Priuilegium concilij congregandi sibi Romanus pontifex specialiter reseruat.*
21 *Legati de latere de cōsuetudine possunt absoluere eos, qui propter violētam manuum iniectionem in clericos, inciderunt in canonem latæ sententiæ.*
22 *Inuigilare debet legatus saluti & ædificationi cleri & populi sibi commissi.*
Auaritia crescente perit lex à sacerdote, & visio à propheta.
23 *Prandia legati secundum cuiusque loci mediocritatem debent esse.*
Subditus denegare potest exactum sibi tributum, vbi exigens modum excedit.
24 *Expensæ moderatæ quæ sint, et qui plus aut minus alendi.*
25 *Legati de latere domini papæ missi, seu alij honorabiles nuncij, decenter sunt recipiendi.*
26 *Legatus non debet curare speciosas domos, nec lauta cōuiuia, &c. nam locum tenens Apostoli, illius conuersationem & abstinentiam imitari debet.*
27 *Sumptus legato proficiscenti dati, si in munere legationis decesserit, non sunt restituendi.*
28 *Forma literarum, quas legati, seu nuncij solent super suis procurationibus mittere.*
29 *Legatus constitutus qua de causa possit literas apostolicas in irritum reuocare.*
30 *Mandatum papæ potest legatus de latere interpretari.*
31 *Legatus de latere electionem illius, qui abiurato schismate ad ecclesiæ redijt vnitatem, dispensatiuè potest confirmare.*
32 *Legato de latere consultationes super suis dubiis facienti respondetur.*
33 *Legatus de latere etiam irregularē, & in minoribus ordinibus constitutū, potest præficere in abbatem.*
34 *Potestas legati de latere in multis cōmittendis extenditur, quæ nō potest alius.*
35 *Legatus de latere potest condere statuta perpetuò duratura.*
36 *Violatores statutorum legati de latere, per quem absolui possint.*
37 *Legatus cardinalis similis dicitur proconsuli.*
38 *Legati Cæsaris prouincias regentes præsides appellantur, licet sint senatores.*
39 *Indulgentiæ possunt à legato pro ædificatione pontium & ecclesiarum concedi.*
40 *Legatus an iure legationis possit excedere in literis indulgentiarum numerum quadragenarium.*
41 *Legatus an possit aliquem ex aliqua causa reddere inhabilem ad beneficia ecclesiastica perpetuò duratura.*
Præses prouinciæ non potest alicui interdicere arte sua vti vltra tempus suum.
42 *Prouinciæ episcopi, & omnes alij, legato subsunt.*
43 *Legato mittenti sub sigillo suo tenorem aliquorum priuilegiorum credendum est.*

44 I

44 *Legatus secundum interpretationem Romanæ ecclesiæ potest xenia recipere, non tamen auarè modum excedere.*
45 *Patriarcha legatus potest ex causa reuocare indulgentias domini papæ & suorum prædecessorum.*
46 *Legatus de latere potest se opponere guerris & discordijs, & ideo de causa, quæ est inter duos reges, cognoscere.*
47 *Legatus an possit concedere interdictis, excommunicatis exclusis, & ianuis clausis suppressa voce celebrare diuina.*
48 *Legatus, etiam non de latere, potest regem & reginã malè cõiunctos separare. Legatus, cui causa aliqua specialiter delegatur, maior est legato generali, quantum ad illam causam.*
49 *Excommunicatus à delegato domini papæ non potest absolui à legato.*
50 *Negligens exequi inquisitionem commissam à papa, an possit cogi per legatum ad procedendum.*
51 *Legatus licet alicui in aliqua causa simpliciter commiserit vices suas, potest nihilominus reuocare ad se causam.*
52 *Papa debet seruare id, quod fit per eius legatum, ac si ipse fecisset.*
53 *Priuilegium legatorum in materia responsionis.*
Occupati in negotijs & occupationibus seu legationibus publicis, à ciuilibus oneribus excipiuntur.
54 *Præses prouinciæ fines prouinciæ excedere non debet, nisi voti soluendi causa. Legatus ita se in adeundo facilem præbeat, vt se contemni non patiatur.*
55 *Legati tam in citationibus, quàm in confirmationibus & dispensationibus, stylum Romanæ curiæ sequi debent, quia super iure fundatur.*
56 *Commissiones primi legati non expirant per aduentum secundi, si iudices cœperant cognoscere.*
57 *Legatus primus extra prouinciam incidens in canonem latæ sententiæ, an poterit absolui à secundo de latere, & quid si econuerso.*
58 *Superueniens legatus an poterit corrigere & iudicare primum iam suspensum.*
59 *Papa si commisit primo legato diuersas causas singulares, expresso nomine proprio, an post aduentum secundi poterit in illis procedere.*
60 *Legatus de latere peractis negotijs legationis suæ remanẽs, an alius cedat eius priuilegio.*
61 *Legatus de latere existens in prouincia, non potest concedere primo sui officij executionem, quia abdicans à se imperium, non admittitur.*
62 *Imperium cuiuslibet legati deponitur in ingressu Romæ.*

4. §. Superest videre quid ad legati pertineat officiũ, & quæ sit eius potestas. Et quidem ad ipsius pertinet officium, commissam sibi prouinciam tenere pacatam, & eam purgare malis hominibus, & eos punire: vt ff. de off.
1 præsi. l. iij. & l. congruit. extra. de offic. iudic. ordin. cap. j. † Quies enim populorum & disciplina spectaculorum ad illum spectat: vt ff. de offic. præfect. vrb. l. j. §. quies quoque. qui missus est & constitutus super gentes prouinciæ sibi decretæ, vt euellat vitia, & dissipet malos: ædificet virtutes, & plantet bonos: vt in cõstitut. Cle
a men. papæ quarti. eod. tit. ex parte[a]. & extra. de maio. & obed. solitæ. circa medium. §. qualiter. Ad officiũ legati pertinet, prouincialiũ causas audire, quæ per appel. deferũtur ad eũ: vt extr. de off. lega. c. j. & ij. q. vj. Decreto. Per simplicem autem querelam ita demum, vt dicunt quidam, potest ipsas audire, si quis de immediatè
b domini papæ subiecto, puta exempto[b] conqueratur: vt xj. q. j. per uenit. Secus si de subiecto alicui ordinario cõqueratur: nam tunc corã ordinario debet causa agi: vt in eodem c. & xxv. q. ij. in Galliarum. sicut in metropoli seruatur: vt ix. q. iij. conquestus. de off. or. duo. nisi fortè de partium communi consensu. ij. q. vj. à iudicibus. C. de iurisd. om. iud. priuatorum, extr. de foro compe. significasti. Nec obstat extra. de off. lega. c. j. quia ibi loquitur de illo, qui est simul ordinarius & legatus. Quamuis ergo ibi ratione ordinariæ potestatis non possit per simplicem quærelam adiri, ratione tamen legationis hoc fieri potest, vt sic legatio aliquid operetur. ff. ad municip. l. j. in fin. ff. de vsu. si stipulatus. Non ergo poterit indistinctè secundum eos cognoscere de causis subditorum episcoporum, ipsis episcopis omissis: quia hoc est speciale priuilegium domini papæ, vt dicunt. ij. q. vj. ad Romanam. ix. q. iii. cuncta. & in
c hoc concor. Vin.[c] † ¶ Tu dic, quòd legatus passim potest in prouincia sibi decreta cognoscere per simplicem querelam de omni quæstione ad forum ecclesiasticum pertinente, omisso quolibet ordinario. extra. de foro compe. c. fin. quia Roma communis patria est. ff. ad muni. Rom. Ipse enim plenissimam habet iurisdictionem, & maius imperium omnibus post principem: vt infra. §. nũc ostendendum. ver. legatus igitur. præ. autem capitu. peruenit. loquitur in defensore, non in legato: vel loquitur in legato cogente subditos prælatorum conqueri coram se, suis ordinariis prætermissis & contemptis: vel loquitur, quando legatus de temporali iurisdictione ad episcopum pertinente cognoscere contẽdebat, q̃d facere nõ debebat: cũ ratiõe illi⁹ nõ sibi, sed regi fortè
d subesset[d]: vt viij. dist. quo iure. Poterit ergo legat⁹ passim de omnibus causis ecclesiasticis cognoscere: vnde separat matrimoniũ propter errorẽ conditionis: vt extra. de coniug. seruorum. c. fin. Item cognoscit de quæstione, quæ vertitur inter clericum & laicum: vt extra. de re iud. cùm causam quæ. quod hodie in legato emanante à latere cardinali consuetudo comprobat generalis: in aliis autem non sic. Quòd tamen & illi possint, habetur extra. de
3 re iu. cùm Bertoldus. † ¶ Sicut ergo papa per simplicem querelã p̃t adiri, qui ordinarius est singulorũ: vt ii. q. 7. si qs. & q. vij. metropolis. ix. q. iii. cuncta. extrà, de appel. dilectis. extrà, de priuileg. anti
§ qua, sic & legatus eius, qui ipsius vicem gerit: § vt præ. ver. legatus igitur. leges tamen ɔ̃dicere videntur, prohibẽtes etiã ad principem, omissis mediis, recurri: vt in Auth. collat. iii. de man. princ. §. sit tibi. in Auth. collat. ix. vt differẽ. iudices. §. si quis verò existimans. Cùm ergo legatus ordinariam habeat iurisdictionem, vt infrà versic. quid de sententia. generaliter ad ipsius pertinet officium, cuiuslibet excessus inquirere & corrigere, causas diffinire, & audire, & eas delegare: quamuis per appellationem ad eum non deferantur: vt extrà eod. c. j. & extrà, de his, quæ fiunt à maio. par.
4 ca. c. quanto. & de accus. qualiter & quando. & c. inquisitionis. † ¶ Et delegatus ab eo potest mittere in possessionem causa rei seruandæ propter contumaciam: & ab illo delegato potest appellari ad papam: & legato recedente, vel decedente, coram alio successore legato poterit præstari cautio de parẽdo iuri, & recuperabit reus possessionem: et hæc legũtur extra. de eo qui mit. in pos. cã rei seruan. cùm venisset. Si autem prius quàm delegatus eius partes citauerit, legatus ipse moritur, vel reuocatur, ita quod suam ꝓ
e uinciam exiuerit, iurisdictio illius expirat. vt j̃. §. finitur[e]. ¶ Potest quoq; legatus causas familiæ suæ audire: arg. ff. de off. rec. prouin. l. senatuscõ. Sed nunquid legatus potest cognoscere de aliqua causa, vel eam cõmittere audiendã de plano, sine strepitu, summariè, & figura iudicii, de quo nota. infrà, de inquisitione. §. nunc
f tractemus. ver. quid igitur si[f]. † ¶ Et videtur quòd non: quia bene
5 ficium iuris nemini est denegãdum. xxviii. dist. de his. extra. de secun. nup. c. penul. & fin. Non enim potest minor tollere legem iudiciorum à superiori tot vigiliis & laboribus adinuentam: vt ex
g tra. de elect. ecclesia. ii. in fine[g]. C. de inoff. testa. si quando. xxi. dist. in tantum. & c. inferior. xcvi. dist. quis dubitet. extra. de ma. & ob. cùm inferior. xxviii. q. j. iam nunc. & cap. seq. licet successor conditoris, qui pari fungitur potestate, illam tollere possit: vt extra. de elect. innotuit. ff. de arbitr. l. nam magistratus. ff. ad Trebel. ille à quo. & §. tempestiuum. vel ipse idem qui condidit: vt xxv. q. ii. c. in Galliarum. ver. si ergo. extra. de sent. excom. inter alia. ar. contra. Nam legatus omnia videtur posse, quæ papa sibi specialiter nõ reseruat. quia vices eius gerit: vt j̃. §. nunc ostendendum. versicut legatus igitur. & potest procedere secundum æquitatem,
6 quando sibi videtur: vt extrà, de transactionibus. c. finali † ¶ Et Apost

ADDITIONES.

a Ex parte. De qua fuit sumpta Decr. ii. c. ti. lib. vj. vt ibi no. in i. glo.
b Exempro. ¶ De his j̃. ver. sed nunquid legatus potest. iii. Adde tu, quòd legatus de latere habet iurisdictionem in exemptos. c. i. & q̃d ibi no. extra. de verb. signifi. lib. vi. Abb. in c. cũ venerabilis. in iii. notabili. extra. de consue.
c Concor. Vin. ¶ Et Io. in tribus locis, vt scripsi e. ti. §. i. super ii. gl. in prin. vbi etiã inuenies quæ cõcordant opinioni ɔ̃riæ, quæ sequitur & quæ vera est, & seruatur.
d Subesset. ¶ Quod dic vt de appel. Roma. §. debet. lib. vi.
§ Vicem gerit. ¶ An legatus possit adiri per simplicem querelam, vide cap. 1. extra. de offic. delegat. vbi videtur dici quòd sic. & capit. peruenit. & quod ibi not. xj. quæstio. j. & capit. conquestus. 9. quæst. 3. per quæ capitula, & in quibus Io. videtur tenere quòd non possit. & ista est vera regulariter.
e Finitur. ¶ Vide quod ibi dicam in princi. Adde, in l. exemplo. C. de probationib.
§ Pone quidam cardinalis tanquã legatus de latere, necnon asserens se habere certas speciales commissiones, puta ad restitutionem famæ, processit ad executionem istorũ tamen postea literæ apostolicæ non apparent: & ideo reuocaẽ indubiũ illud quod factum est: Quæritur quid iuris, respondeo si publice fecit istos act⁹ nõ semel, sed pluries, præsumitur ꝙ habeat mãdatũ ad ea quę asserit. & valent gesta ratione communis erroris & præsumptæ veritatis in assertione talis & tanti viri. extr. de restitu. spo. quod tene menti. & not. in c. dudũ. de elec. in glo. quia cum iam ibi pœnitentia imposita per eũ qui est ipso iure priuatus vel absolutus valuit propter bonam fidem. & vide quod not. in reperto. Spe. de pœni. & remissionib.
f Igitur si. ¶ Hæc quæstionẽ vide no. de hæreticis. c. vlt. lib. vi. in iiii. gl. in fi.
Adde tu dom. Abb. in c. i. in i. no. extr. de rescript. Item adde eundẽ in c. dilecti. in ii. col. extra. de iudi.
g In fi. ¶ Et in cle. eo. tit. c. ii. in prin.

a Apostolus[a], cuius loco legatus est, dicit: Omnia mihi licent. xj. q. j. aliud. Hoc etiam probatur extr. de spon. cùm in tua. & videtur expressum ff. de off. procon. si in aliam. §. fin. Sol. Dici potest, quòd non potest tollere iuris solennitates, quo ad hoc, nisi sicut quilibet ordinarius, cui hoc licet in multis casibus: vt no. ĩ. de libel. cõcept. §. nunc dicendũ. & ĩ. de teste. §. nunc tractemus. solus enim princeps potest suũ ius alicui auferre: vt ĩ. §. nunc ostendendum.
6 versi. lvij. † ¶ Debet igitur legatus cognoscere & committere ordine iuris seruato. arg. extr. de iureiur. veniẽtes, cum suis concor. & de iureiuran. ego. & est expressum ff. de off. procõsul. nec quicquam. §. de plano. & §. vbi decretum. Quæ enim communia sunt omnibus præsidibus, debet proconsul. obseruare: vt ea. l. in fi. Solennitates autem non substãtiales, & in eorum fauorem inductę, partium consensu remitti possunt: vt extrà, de rescrip. præsentia.
b in fin.[b] quod ꝓsequere prout not. extrà, de offic. delegat. de cau-
8 sis. † ¶ Sed nunquid legatus potest de causa criminali[c], episcopi
c diffinire? Videtur quòd sic: & quòd sit hoc speciale in eo, arg. ad
d hoc. 16. qu. j. frater noster[d]. Sed dic contrà: vt ff. de off. proconsul. solent. ff. de off. eius, cui man. est iurisd. l. vnica. & in ꝯcor. positis. ĩ. §. nunc ostẽdendum. ver. 17. nisi hoc habeat ex speciali ꝯmissione: vt ij. q. 6. Decreto. & 23. q. iiij. ille gladium. ff. de test. l. iij. §. item diuus. arg. tamen contrà, quòd possit cognoscere, licet non possit diffinire. Nam & proconsul. cognoscit de omnibus: vt ff. de off. ꝓconsul. l. j. licet non possit pœnam grauiorem imponere: vt eo. ti. lib. j. & concilium examinat causam criminalem episcopi: sed dif-
9 finire non potest. iij. q. vj. quamuis. & c. multum. † ¶ Sed quid dices in causa ep̃atus, vbi duo de eo litigant: nũquid legatus de hoc poterit cognoscere, vel per appellationem, vel ꝑ simplicẽ quæ-
e relam[e]? Videtur quòd nõ: quia hoc est de maiorib. causis, quas sibi Apostolica sedes reseruat: vt in constitut. Alexand. iiij. de rescrip.
f dilecti[f]. & 25. quæst. ij. in Galliarum. extrà, de appel. vt debitus. in fin. contrà credo, arg. extrà, de appel. constitutus. j. & de elec. quia ibi, permittimus. nõ enim dicit, mandamus: cùm hoc possit etiam metropolitanus, & ipse omnia potest, quæ ille: vt in præ. §. nunc ostendendum. ver. legatus igitur. & vide ibi in ver. legatus quoq;. nam & visitator potest examinare quis ex electis melior sit: vt 85. dist. Florentinum. & satis habetur expressè in constit. Greg. X. de elect. quamuis. lib. vj. quæ constitutio, me procurante, edita
10 fuit in concilio Lugdun. † ¶ Potest enim legatus de latere electionẽ archiepiscopi examinare: vt extr. de off. leg. licet. & per cõsequens confirmare: vt extrà, de electio. venerabilem. sed si postquam electionem examinatam ad sedem Apostolicam transmisit, iterum eam examinauerit, nulla est ipso iure secunda examina-
11 tio: vt in præ. Decre. licet. † ¶ Illud autem quæritur, vtrum ad legatum possit omissis mediis appellari. Io. Mo. ij. q. vj. si quis vestrũ quòd non: quia hoc est priuilegium speciale domini papæ: vt ĩ. §. nunc ostendendum. ver. xlvij. Sed contrarium de facto obtinet: quia vices eius gerit: vt š. quod dic plenius, vt ĩ. de appel. §. nunc tractemus. ver. & nunquid idem est. Sed & si ab eo appelletur ad papam, debet humiliter appellationi deferre: vt extrà, de re iudi.
g cùm causa, quæ. arg. tamen ꝯ, extrà. de accus. ad petitionem[g]. † ¶
12 Quid si quis ita dicit: Appello ad archiepiscopum: appello ad legatum: appello ad papam: vel quid si ita dicit: Appello ad legatũ, vel ad papam, reseruans mihi optionem coram quo malim prosequi appellationem. Item quid si à sentẽtia suffraganei vna pars appellat ad legatum, alia ad archiepiscopum. Quæritur quis in his casibus de appel. cognoscet. de hoc tractatur in præ. §. nunc tracte-
h mus, ver. sed pone aliquis. & sequen.[h] † ¶ Sed nunquid legatus
13 potest suum officium in exemptis, qui subsunt papæ, exercere, & causas contra ipsos, mouendas audire: & etiam in eos, si res exegerit, animaduertere? Videtur quòd non. arg. xvij. dist. huic sedi. licet possit contra eos inquirere. & arg. extrà, de sup. ne. præla. sicut. §. fin. & extrà, de stat. mon. ea quæ. & in præd. Decre. ad petitionem Priuilegia enim eorum perpetua debent esse: vt 35. q. ij. seruatis.
i arg. ad idem. extrà, de appel. constitutus. §. j. ibi, non vt appellationi interpositæ, & c. Ar. contra. 16. quæstio. j. frater noster[i]. hoc dicit Io. ꝙ non potest, & melius facit legatus, si abstineat. ar. ff. de off.
k ꝓconsul. nec quicquam. Ber. contra[k]: vt 11. q. j. peruenit. non obstantibus eorum priuilegiis: quia per priuilegia eis concessa non eximuntur, nisi à iurisdictione diœcesanorum: nõ à iurisdictione papæ, vel legatorum suorum: vt 25. q. ij. c. posteaquã. §. si ergo. ꝑ pe prin. & c. ita nos. §. sed obiicitur. ver. quanq̃. extr. de sup. ne. prę la. licet. vnde papa committendo vices suas, nec retinẽdo exemptos, illos etiam concessisse videtur arg. extrà, de off. dele. venerabilis. extr. de præb. grauc. & de sen. exc. nuper. qd̃ in legato de latere emanante admitti potest: vt probatur. extrà, de verb. sig. veniens.
l resp. j[l]. In aliis aũt nõ videt̃, nisi hoc in suis priuilegiis specialiter sit expressũ: ar. ext. de of. iu. or. graue. Inspiciẽda sunt ergo priuilegia legati, vt extrà, de vsu. pal. c. fi. & de priui. porrò. extrà, eod. excommunicatis. Alioquin non est ei in omnibus credendum: vt infrà
14 proxi. ver. & ad hoc facit. extrà, de iureiuran. ego. † ¶ Præmissa autem, & quæ infrà sequuntur, ad eos de iure communi pertinent: ex quo constat eos esse legatos, licet super his mandatum speciale non ostendant. ¶ Quid si de legati iurisdõne dubitetur? Dic quòd de ea fieri debet fides per literas legationis: nec prius est tanquam legatus recipiendus & tractandus: vt extrà, de iureiuran. ego. Nunquam enim Apostolicæ sedis moris fuit, absque signatis apicibus vndecunque legationem suscipere: vt xcvij. dist. nobilissimus. Ad idem lxiij. distin. lectis. & argumentum, extrà, de off. deleg. cùm in iure. de rescriptis, cum contingat. C. de mand. princ. l. vnica. & lib. x. de iure fisc. prohibitum. Si igitur sedes Apostolica aliorum legatos sine literis non suscipit: nec alii etiam sine literis suos recipere cogũtur. Nam quod quisq; iuris in alium statuit, ipse eodem iure vti debet: vt ff. quod quisq; iu. l. j. extrà, de
15 constit. cùm omnes. † ¶ Et propter hoc Apostolicæ sedis legati in ingressu decretę sibi prouinciæ solent legationis suæ literas publicare, ne quis deinceps possit ignorãtiam allegare: vt 16. dist. qd̃
m dictis. ext. de postu. præl. c. j. & vt eorum potestas perpetuetur[m],
16 s̃m ea, quę no. ĩ. §. finitur. † ¶ Quidam tñ dicunt, legato cardinali, vel alii noto, & non suspecto, absq; literæ ostensione esse credendum. arg. in præ. c. nobilissimus. & ij. qu. v. quæ de causa. extrà, de loc. & c. j. in fin. extr. off. legat. officii. in fin. & C. de sum. trinita. liquet. in princ. & prope fin. quod satis sustineri potest in his, quæ ad legatum pertinent ex officio & iure legationis: secus autem quoad alia, quæ speciale mandatum requirunt: indistinctè tamen creditur eis: & raro videmus de ipsorum peti copiam potestate. Consulo igitur, vt quicũq; aliquid à legato recipit, quod ad eum iure legationis non pertineat, siue fuerit dispensatio, vel aliud, habeat sub manu publica tenorẽ lr̃æ, ꝑ q̃ talis ptãs ipsi legato ẽ ꝯmissa spe

ADDITIONES.

a Apostolus. ¶ j. ad Corinth. vj. & x. c. ante fi. Adde, ꝙ legat⁹ nõ possit causam ꝯmittere, iuris ordine nõ seruato, gl. in cle. sæpe. in verbo, mandamus. de verb. signi. Guliel. de Cu. & Bald. in l. nec quicquam. §. de plano. ff. de offic. procon. & le. An. in disputa. incipien, Astensis miles. Dom. Anto. in c. dilecti. vbi põderat tex. extrà, de iu. Innoc. in c. fin. de trans. vbi dicit, quòd ex causa potest committere causas sine strepitu: quod est intelligendũ, dũmodo de causa appareat: quia in inferiore à principe causa nõ præsumitur, vt voluit Inno. in c. dudum. el. ij.. de elect. & dicit Abb. in c. j. de transf. ꝙ legatus nõ potest suplere defectum iuris omissum in ꝯctu. & in c. fi. de ꝯfir. vtil. vel inut. dixit, ꝙ oĩa tẽdẽtia ad violationẽ iuris sint ꝓhibita legato. Fed. d̃ Se. ꝯs. cc. dicit. ꝙ legat⁹ ñ pt tollere i⁹ alteri⁹. An legat⁹ de latere possit ꝯmittere cãm cognosci & terminari debere summariè, simpl̃r, & sine strepitu, & figura iudicii, vide Alex. cõsil. cclv. incip. Prospectis his. col. iiij. ver. & bene facit. in ij. volu, et per Andr. Sic. consil. 24. in c. Viso puncto. col. iij. ver. præterea. in ij. volu. & adde Guido. papę. sing. dccxcj. incip. De illo. vbi dicit, quòd licet legatus sedis Apostolicæ habeat potestatem cõdendi legem, etiam perpetuam, non tamen potest derogare statutis super summum pontificem factis. Et an legatus possit excommunicare & punire eos, qui eius iurisdictionem impediunt, vide Ioan. de Turre crema. in c. si quis. xciiij. dist. Henr. Ferrandat.

b In fi. ¶ Quam non habemus hodie.

c Criminali. ¶ Quę requirit priuationẽ officii vel beneficii: aliàs nedum legatus, sed etiam archiepiscopus & sine synodo de crimine episcopi cognosceret. Sic fuit hic disputando terminatum per c. quia cognouimus. x. q. iij. in fi. & per c. Romana. de offi. ordin. li. vj. in fi. vt plenè scripsi eo. lib. & titul. c. vt litigantes. in prin.

d Noster. ¶ Vbi de hoc in gl. videtur, ibi vide.

e Querelam? Expeditum est, quòd legatus de latere cognoscit, & confirmat, etiam si episcopatus sint exempti. de ele. si abbatem. ij. respon. lib. vj.

f Dilecti. ¶ De qua fit mentio in dec. quam statim allegat.

g Petitionem. ¶ Facit. pro, cùm ibi papa improbet sententiam latã per legatum post appellationẽ: si dicit, quòd approbat eius acta; respon. vt ibi not. in gl. ij.

h Sequen. ¶ Vbi dicam.

i Noster. ¶ Nõ loquit̃ de legatis de latere, sed de minoribus, quos respõsales vocat. Adde ꝙ id. qd̃ dr̃ in hoc ver. se. in Ab. ꝯs. 77. li. ij.

k Ber. ꝯ. ¶ Qui hoc no. e. ti. qd̃ translationẽ. in j. glo. Adde ꝙ idem tenet Abb. in d. c. & Io. An. in c. j. de ver. sig. Fel. in gl. cũ gratiæ. de offi. or. & ibi quid si sit datus super correctione criminũ, an excepti comprehendantur.

l Resp. j. ¶ lib. vj. Et facit de elec. si abbatem. eo. lib. vj.

m Perpetuetur. ¶ Hoc nõ expedit, c. ti. c. ij. lib. vj. nisi dicas hæc respicere specialiter cõmissa, qd̃ nec expedit, in quantũ sapiũt ipsius legati gratiã. de off. dele. si super. lib. vj. datur tñ hodie litera legatis, quòd q̃ citò exiuerint curiam, ipsorum iurisdictio sit perpetuata, quo ad oĩa sibi cõmissa, & hanc habuit domin[a] meus dñs Carno.

a sa specialiter[a].arg.extr.de hæret.cùm ex iniuncto.§.quod si fortè. ¶Vtrùm autem soli cardinali aliquid asserenti credatur: dicā in-
17 frà,de teste.§.primo.ver. item quod fuit. †¶Sed quid si legationis literæ perditæ sunt? Dicunt Vber.& Ioan.quòd potest probare amissionem per testes:& audietur.C.de testi.testium.in fin.nō tamen sufficit probare tenorem literæ,nisi probetur illam sine vitio esse:vt extrà,de priu.cùm olim.j.in fin.C.de fid.instru.l.fin. C. de edict.diui Adri.tol.l.i.Ber.verò no.contra.in prædi.Decr.cùm olim.argum.C.de mand.prin.l. vnica. extra.de off.deleg.cùm in iure.vbi de hoc:quia nec esset superior,coram quo hęc probatio fieri posset.extrà,de elect.in fi.aliàs tamen, vt dicit,si honestus & notus sit,potest,& debet ei credi:vt in prædic.c.nobilissimus.De hoc infrà,de instru. edi.§.restat.versic.quid si habet:& j̃.de sent.§. fin.ver.si autem.Sed nunquid sufficit probare mandatum factum fuisse sine literis? Dicit Ioan.quòd nō:vt in præ.l.vnic.C.de man. prin.Delegatus autem bene potest probare mandatū:vt in Auth. de litig.§.omnem.& arg.extrà,de rescriptis.ex parte.& de off. deleg.prudentiam.¶Tanc.verò & eius sequaces dixerunt,quòd nō sufficit probare amissionem instrumenti,nisi originale probetur: quod hic non est vlterius prosequendum.& vide infrà,de proba.
18 §.videndum.ver.sed nunquid.& sequenti.†¶Quid ergo,si quis se pro legato gerit,cùm non sit? quia sæpe etiam cardinales mittuntur nuncii pro certis negotiis,sine plenæ legationis officio.
b nec ad prouinciam certam.Et quidem dicunt aliqui[b],quòd valebunt eius sententtæ,si gentes ad eum bona fide,tanquam ad legatum,communiter recurrebant:quia communis error facit ius.iij. q.vij.infamis.§.tria.ff.de off.prætor.§. Barbarius.ff. ad Macedo.l. iij.Quos ergo absoluit,absoluti erunt:vt extrà,de sent.excom.ad eminentiam.& super hoc vide quod no.extrà,de elec. c. dudum,
19 ij.prope prin.†¶Sed nunquid legatus ecclesiæ Romanæ potest concilium celebrare? Et videtur quòd sic:particulare tamen,non generale:vt iij.dist.c.regula.§.porrò.xvij.dist. regula. multa enim concilia particularia,sine præsentia domini papę,presente legato Romanæ sedis celebrata inueniuntur:vt xvj.dist.sexta.lxiij.dist c.
c ii.i.q.vii.conuenientibus.Sed Hug.Lau.& Io.contrà[c],nisi ad hoc specialiter destinetur,vel nisi hoc ei specialiter committatur:& secundum hoc intelligunt iura innuentia legatum concilium facere posse. Talis enim legatus potest facere concilium generale, si de generali fuerit ei specialiter iniunctum: vel particulare, si de
d particulari.Priuilegium enim de concilio congregando[d] sibi Romanus pontifex specialiter reseruauit:vt ii.q.vi.ideo.& ideo non transit in generali legatione:vt j̃.§.nunc ostendendum. versicul.
20 præmissa.† Quia mandata iurisdictione generali,non transit potestas concilii faciendi:vt ff.de off.eius,cui man.est iurisdic.l.ii. &
e arg.extra.de elect.quòd sicut.in fi.Sed contra eos facit[e]: nam metropolitanus & primas faciunt iure proprio sua concilia prouincialia & particularia.xvi.dist.c.i.xcii. dist. si quis episcopus vacans vocatis ad hoc suffraganeis suis:vt xviij.di.in multis. c.ibi positis. extra.de accus.sicut olim.Et episcopus facit suam synodum episcopalem cum clericis suis:vt xviii.dist.non oportet.& xxxviii.dist. quando.xii.q.ii.placuit. & episcopus. Non ergo omnibus his inferior erit legatus Romanæ ecclesiæ quoad hoc:imò poterit cōcilium facere,& prouinciale & particulare cum episcopis prouinciæ sibi decretæ,& in eo cōstitutiones & statuta edere: vt j̃. versi. potest etiam legatus.Nec obst.præ. c.ideo quia loquitur de concilio generali & vniuersali:quod habet fieri vocatis episcopis diuersarū prouinciarum.Item non obst.præ.l.ff.de off.eius,cui mā.
f est iurisd.quia de alio dissimili concilio loquitur[f].†De consuetu-
21 dine quoq; introductum est,quòd legati de latere absoluere possunt illos,qui propter violentam manuum iniectionem in clericos in canonem latæ sententiæ inciderunt:vt extra.de off. legati. quod translationem.quòd dic vt infrà,eod.§.nunc.dicamus, ver. circa.Potest etiam legatus abbatem,vel priorem exemptum trās-
22 ferre.De hoc infrà,§.nunc ostendendum.ver.xxii.† illud quoq; non est omittendum,quòd legatus,dum legatione fungitur, inuigilare debet saluti,& ædificationi cleri & populi sibi commissi:
g vt ff.de off.præfect.vr.l.i.§.quies quoq;.Nā legat⁹ fidelis,sanitas[g] nec debet subditos in procurationib.inhumaniter aggrauare,nec in hospitiis prebendis prouinciam onerare:vt ff.de offc.proconf. obseruare.respon.i.ne longi temporis victum breuis hora consumat.extra.de censib.cùm Apostolus.Agere enim Rempublicam, vt diuitiæ augeantur,damnabile est,& propterea quadam prouidentia militibus stipienda constituta sunt:nedū sumpt⁹ quæritur, prædo grassetur:vt xxii.q.i.militare. prope prin. Talis enim concussor est:vt ibi in fine.nec ibi per potentiam legationis nominis totū,quod Leuitarū est,in suos redigat vsus:vt xciii.distin.diaconi.ver.sing. nec cum aliena iactura desideraret locupletari.vt extra,de pœnis.suā.ff.de cōd.inde.l.nā hoc natura.qa ex quo auaritiā creuit,periit lex de sacerdote,& visio de propheta:vt in p̄.c.dia
23 coni.circa mediū.ver.nūc aūt.†¶Prādia igitur eius sint secūdū cuiusq; loci mediocritatem:vt eo.tit.cùm nuper. & x.q. iij. c. fin. sic agens vt nulla ecclesia, seu prælatus se indebitè grauari rationabiliter cōqueratur.Sed patiatur coniungi ecclesias procurando,quæ per se non sufficerent sigillatim:vt eo.tit. cum instantia. extra. de præsc. accedentes. De talibus enim contributis licet viuere,non de symbolis vel confertis: vt xliiij. distin. non oportet. c.non liceat.Quod si debitum modum in exigendo excedat,iure poterit subditus denegare:extra. de exces. præ. sane. & c. cùm ad quorundam.Aliàs autem nullus se potest ab ipsius procuratione excusare,nec contra hanc currit præscriptio,vt in præ.c. cum instantia.In modo tamen procurandi fortè præscriptio locum ha-
h bet.arg.in eo.c.§. sane. ar. tamen contra eo. tit. quanto[h]. sed nec legatus,vel nuncius absq; manifesta & rationabili causa debet procurationem recipere, nisi personaliter visitet: & cùm in vno loco oportuerit eum necessariam moram contrahere,recipiat moderatas procurationes ab aliis ecclesiis vel p̄sonis, quæ nondum fuerant suis procurationibus aggrauatæ:& cùm aliqua non suffecerit per seipsam,duę vel plures cōiungantur in vnum:ita tamen quòd numerus procurationum numerum dierum,quibus huius
24 modi morā fecerit,non excedat:vt eo.tit.procurationes.†¶Intelligo autem moderatas expensas, si fiat iuxta modum in suis li-
i teris statutum:vel si non sit statutum, iuxta decentiam sui status[i]:
* non enim coguntur diuites pauperū cibis vesci,* vt xlj.dist. non cogantur.& arg.extra.de præben.de mulcta.in fi.& secundum cōsuetudinem aliorum legatorum:vt ff.de lega.l.ij.§.fi. & extra. de censi.super e. in fi. Lautius enim procurandi sunt maiores quàm minores prælati.arg.35.dist.ecclesiæ vt extra.de cēs.cùm Apostolus.& 25.dist.§.aliàs,ea demum.prope fi.vbi dicitur,quòd venialiter peccat,qui pauperibus nimis delicata & sumptuosa cibaria ministrat.Et vide j̃.de expen.§.fi.ver.& nota quòd expensæ.& j̃.de sa
25 lariis.§.j.prope prin.†¶Hoc etiam sciendum est,quòd legati de latere domini papæ missi,& alii honorabiles nuncii,puta episcopi,abbates, & capellani sui decenter recipiendi sunt & honorandi:aliis autem minoribus, puta cursoribus Apostolicæ sedis, debet tantùm in victui necessariis pro equis & personis in domibus prælatorum prouideri,nullis aliis sibi datis expensis: vt in consti-
k tu. Alex.iiij. de censi. licet[k]. ¶Item quando nuncii vel alii legati Apostolicæ sedis transeūtes aliquid ab ecclesiasticis personis postulabunt,si ipsi præsentes vel vicini sint,debent facere copiam literarum suarum:si verò sint absentes, illarum transcriptum Authentico sigillatum ostendere tenentur:alioquin nullus tenetur eis in aliquo respondere.Sed si ostenderint, debet eis pro numero personarum & equorum in literis comprehēsō iuxta tempus, quo eos morari contigerit,cōpetenter prouideri: dum tamen illi dent suas patentes literas,continentes quid,quantum,& quando receperint ab eisdem:quæ literę locorū ordinariis assignētur: & si

ADDITIONES.

a Specialiter.¶Communiter legati in talib.ponūt in gratia, quam faciunt totam literam commissionis eis factæ de illis.Adde quòd legato cardinali credatur absque literis,saluo in his quę papę sunt reseruata.tenet Pau.de Castr.in l.vna.de mand.prin.q alleg.Ioan. And.in c.j.de off.dele.in vj.in nouel.idem tenet Abb.cons.18.secundo li.vbi dicit quòd etiam creditur illis de gestis coram se. all. Io.And.& Hosti.in c.constitutus,extra.de app.tenuit etiam Ang. cons.72.quòd legato cardinali de latere asserēti se habere specialem commissionē super eo quod directo respicit præiudicium alienū,non credatur sine pragmate suæ legationis, secus in his q; ad nullius præiudicium tendūt,sed ad commodum papę.Et ita dicit se intelligere Inn.in c.cùm iure.de of.de.Adde tu.Ab.Sic.in d. c. cùm in iure.& extr. de off.del.vbi notabiliter hoc tractat & ibi per doc. si satis ample. amplissimè tamen pro hac materia si quis vult videre,ad vtranq; partem videat do.And.Sic.in tract.de p̄sc. Card.in ij.parte.in §.circa ij.mēbrū. vbi hoc disputat per decē col.
b Aliqui.¶Hostien.in Sum.eo.tit.§.iij.post prin.
c Io.contrà.¶Qui hoc no.in præ.§.porro.& in c.ideo.
d Congregando.¶Semper reseruat:et sic procedit hoc dictum.
e Eos facit.¶Dicit H.vrgēs rō,q hūc ver.posuit in sum.e.ti.§.3.ī fi.
f Loq̄t.¶Sc.circa manumissiōes fiēdas,vt ibi no. Itē ibi ñ loq̄t d̄ legato principis,sed p̄sidis. Et licet vera sit opi.q̄ possit,propter dubium tñ opinionum quandoq;id specialiter conceditur:vt patet in stylo,de quo dixi s̄.§.qualiter.in prin.sub prima legatione: Ad de tu ad versi.seq.de consuetudine,&c. quod legat⁹ p̄t absoluere excōicatos,& propter iniectionē manuū in clericos pro quacunque læsione ēt enormi.Ab.Sic.in c. quod de his.extra.de sen.exc.
g Fidelis,semitas.Prouerb.13.
h Quanto.¶Hoc ca.facit pro & ɔ̄ propter diuersas lecturas, quas ibi scripsi in pe.gl.Item pro hoc ɔ̄rio facit quod no.j̃.de cēsi. in fi.
i Status.¶ Vide qd̄ dixi de censi.procurationes. in glo. tene quòd.
* Vesci.¶Alias vti.
k Licet.¶Reuocata est:qa nō inserta ī vj.vt in proœmio Sexti,in fi.

& si absentes per procuratorem aut nuncium procuratione͂ exegerint, soluentes debent transcriptum literarum sub sigillo authentico retinere,& sic sub aliquorũ testimonio soluere:nec petent procurationes,vel alia,nisi ab illis,per quorum dioeceses trãsitum fecerint:nisi fortè alicubi contingat eos moram contrahere, vel nisi fortè aliqua dioecesis secundũ tempus moræ inibi factę nimis in procurationibus sit grauata:& hæc obtinent in legatis,quibus in aliqua prouincia plenæ legationis officium non est
a commissum:vt in constit. Alex.iiij.eo.tit.ne legati [a]. ¶Vt autem
26 breuibus vtar,legatus,† quia loco Apostoli est,illius conuersatione͂ & abstinentiam imitetur,non multùm curet de speciosis domibus,vel de lautis conuiuiis, & multo labore epulis cõquisitis: vt xxxv.dist.ecclesiæ principes.de conse.dist.v.ne tales.in prin.ñ similã & mella fastidiat:vt xij.q.ij.gloria episcopi.bonis tamen & delicatis cibis vtatur:vt in præ.cap.non cogantur.& melioribus. quã Ioan.ei præparet in gl.quã ponit in præ.c.cùm instantia.nec super barbas pauperum comessationes siue cõuiuia extraordinaria frequentet.Nã species furti est,velle de alieno largiri.vt ff.de fur.l.si pro pignore.§.j.vnde secundum Augu. qui offert sacrificium ex substantia pauperis,quasi qui victimat filium in conspectu patris:vt xiiij.q.v.immolans.j.q.j.non est putanda. Et si quis totũ tribuit,quod alteri abstulit,potius addit peccato, quàm minuat:
27 vt xxiiij.quæ.v.fortè.†Sumptus autem legato proficiscenti dati non restituentur, si decesserit in munere legationis prius quàm ad patriam reuertatur:vt ff.de leg.l.legatus antequam.& C.lib.x. eo.tit.l.ij. Sed illud obtinet, quando de publico sumptus legato subministrantur. Legatus autem sedis Apostolicæ de substantia pauperum procurator:& ideo caueat,quòd vltra victus necessaria nil imburset.xlvii.distinction.sicut hi.in fin. Nam Apostolica sedes,pro magna parte per sua priuilegia diuites à præstatione ꝓ
b curationum exemit:cùm potius pauperes eximere debuisset [b]. Si autem legatus mortuus non fuerit,nec alia vrgens necessitas fuerit,sed spõte legationem deseruerit,tunc bene restituet sumptus:vt legitur & no.in præ.lib.C.quo etiã casu punitur:vt ĩ.§.punitur.¶Itẽ legato de latere cardinali debetur procuratio.extra ꝓuinciam sibi decretam,si fortè contingat eum alio transitum fa-
c cere,secundum dominum meum [c],sed alteri non: nisi fortè hoc habeat ex priuilegio speciali:vt extra.de censi.cũ instantia. extra. de iureiur.ego.arg.extra.de off.leg.officij.& legatus de latere excedit legatum cõstitutũ in ꝓcurationibus:vt ŝ. §.sequitur.ver.&
28 not.†¶Solent autem legati & nuncij literas super suis procurationibus mittere sub hac forma:

FORMA. Talis domini papæ nuncius,vel Apostolicæ sedis legatus,tali episcopo salutem in domino Iesu Christo.Cùm pro negotiis Apostolicæ sedis nos oporteat in tali prouincia amplius immorari, & iam receptarum procurationum tempus completum sit: decreuimus ad præsens pro tot futuris mensibus die tali inchoandis, procurationes recipere ordinatas. Facta igitur de consilio peritorum distributione æquali ecclesiis ciuitatis & dioecesis uestrę,tot libras pro dicto tempore duximus imponendas. Quocirca imponendi, ac proportionabiliter exigendi per vos vel alios dictam summam, cum moderatis & necessariis expensis pro exactione huiusmodi faciendis,ab ecclesiis & ecclesiasticis personis exemptis & non exemptis ciuitatis & dioecesis vestræ,secundum vniuscuiusque ecclesiæ,& loci facultates,prout fieri consueuit, auctoritate nobis in hac parte concessa paternitati vestræ præsentium auctoritate, plenam committimus potestatem. Nos verò ex nunc contradictores quoslibet & rebelles, si legitima per vos monitione præmissa de portione sibi imposita in præfixo eis termino satisfacere contempserint, in his scriptis excommunicationis vinculo innodamus, & eorum ecclesias ecclesiastico supponimus interdicto. Quarum sententiarum denunciationem & publicationem, & prædictarum etiam, si necesse fuerit, absolutionem & interdicti relaxationem post condignam satisfactionem vobis tenore præsentium duximus committendas: pecuniam ipsam nobis intra decem dies à præsentatione præsentium computandos,omni excusatione & dilatione cessantibus, per aliquem vestrum certum & fidelem nuncium transmissuri. Porrò vrgente nos viarum difficultate cogimur ex nunc vos monere,& insuper in his scriptis excommunicationis in vos,& in ecclesiam vestram interdicti sententias proferre,si moram vel difficultatem aliquam in præmissis adhibueritis, & præmissa adimplere contempseritis, vel si hac occasione aliquid vltra summam prædictam à subditis vestris duxeritis extorquendum: scituri quòd super præsentatione præsentium literarum fidem earum dabimus potiori.In prima autem impositione,oportet quòd nuncij faciant fidem de Apostolico mandato,vt ŝ.versi.prox.& versi.quid si legati.& se.¶ Nuncij quoque, & legati viatores ad instar formæ prædictæ suas literas hoc modo formabunt.

FORMA. Tali episcopo talis domini papæ nuncius salutem. Literas Apostolicas me recepisse noueritis in hac forma, Clemens episcopus,&c.veniens igitur ad talem locũ pro executione iniuncti mihi mandati,vel trãsiens per talem locum pro sumptibus tot dierum, quibus ibi moram traxi, recepi tantum à tali procuratore ipsius cleri vestræ ciuitatis vel dioecesis dante ac soluente pro ipso clero. Cùm itaque diuisum in partes onus facilius supportetur imponendi,ac proportionabiliter,&c.vt ŝ.vsque
29 ibi:pecuniam ipsam, &c. † ¶ Legatus quoque constitutus potest reuocare in irritum,quod fit per literas Apostolicas obtentas,tacito de dispensatione per alias,quibus renunciatum fuerat, obtenta:& decernere impetrantem earum commodo carere:vt extra.de rescript.ad audientiam. Vel dic.quòd ibi processit lega-
30 tus auctoritate mandati Apostolici.†¶Potest etiam legatus de latere interpretari mandatum domini papæ, vt extra. de postul. præ.c.j.versicul.nec valet.Ex officio legationis potest interdicere totam terram regi adhærentem: prout ibi not. secundum papiam.Imò etiam commendatur processus eius cõtra regem Frãciæ factus post appellationem à rege interpositam,& post causas recusationis propositas:vt extra.de app.nouit.Appellatione aũt ad dominum papam interposita, se non intromittat, nisi prout
31 no.ĩ.§.nunc ostendendum.ver.xxxiij.†Electionem quoq; celebratam de illo,qui abiurato schismate ad ecclesię rediit vnitatem potest legatus de latere dispensatiuè confirmare:vt extra.de ele.
d quia diligentia.arg.tamen contrà.xij. dist.nos consuetudinem [d]. Item etiam legatus de latere examinat quandoq; quod est notorium,quia non est sibi notorium:& papa defendit & excusat eius
32 processum:vt extra de elect.bonæ.j.& c.venerabilem.† ¶ Facit etiam legatus de latere consultationes super suis dubiis,& ei respondetur:vt extra.de elect.dubdum.j.& de temp.or.quod translata.& de dolo & contu.cùm dilecti.& extra. de priu. recipimus. & c.quia circa.de senten.excom. officij etiam quoad forum animæ:vt extra.de poe.& re.officij. & papa libenter debet eius consultationes & relationes audire, ne illius videatur decrescere auctoritas, si eius consulta veluti prophanorum preces à suis aditis repellit:vt C.de off.vicar. l.ij.Consuluit etiam dominum papam legatus de latere super processu per legatum non de latere factũ vtrum valeat:vt extra.de elect.officij. delegatus autem legati ipsum legatum consulere debet in dubiis iuris.& non papam:vt ff.
33 de off.procons.& leg.l.solent.§. legatos.†¶Præficit etiam irregularem, & in minoribus ordinibus ꝯstitutũ in abbatem: vt legitur & no.secundũ papiam.extrà.de æta.& qual.tuam. & de cor-
e pore vitia.exposuisti [e]. †¶Potest etiam cõmittere aliis prædica-
34 re crucẽ excõmunicare,absoluere,dispensare cum irregularibus & iniungere poenitentias,si hæc fuerint sibi commissa, quod alius facere non posset: vt extrà.de off.leg.ca. fin. Si ergo dominus papa aliquid agendum specialiter legato cõmittit, vel aliquem de prouincia sibi ꝯmissa ad eum remittit,legatus nõ cogitur hoc specialiter perficere: imò poterit hoc alij cõmittere peragendũ vt ibi patet,& probatur ff.de off.præsi.l. sæpe. & l.seq.sed & sine commissione potest ex officio legationis absolutionem ab ex-
35 cõmunicatione committere:vt extra.de off.ordi.c.fi.†¶Potest etiam legatus statuta facere, quæ perpetuò durabunt:vt extra.e. ca.fin.& extra.de verb. signif.cap.ex parte.& c.super quibusdam. §. fi.

ADDITIONES.

a Legati.¶De qua dic vt proxi. dixi de Decre.licet.Adde Ab. in c. ad eminẽtiã.de sen.excom.vbi dicit, ꝙ legati non cogũtur ostẽdere mãdatũ expressum super his q̃ veniunt iure legationis ex dispositione legis vel ꝯsuetudinis,secus in aliis. & vide Felin.ibi in j.col.ver.limita oẽs.vbi dicit, ꝙ si agereť de graui pͥudicio alicuiꝰ non crederetur ẽt cardinali,nisi ostendit literas: ꝑ gl.singularẽ in c.sicut. eo.tit.q̃ gl.allegat ꝓ singul. Abb.in c.cum in ecclesiis.col. ij.versic.in ead.glos.de maior.& obed. Vide tamen Bart.in l.j. C. de superindic.li.x.vbi dicit, ꝙ illud qđ dicunt Canonistæ, ꝙ cardinalibus,& quibusdam præcellentibus creditur,etiam si literas nõ ostendant,nec habere se dicant:est contra illum tex. vbi non creditur etiam præfecto prætorio.Hen.Fer.

b Debuisset.¶Hoc dixi propter hospitalarios,& olim tẽplarios, vł similes habentes talia priuilegia, quibus an obstẽt verba gñalia, q̃ ponũtur in literis legatorum,sæpe disputatum est, nec diffinitũ Sed vide quod scripsi de exces.præla.c.vno.lib.vj. super prima gl.

c Dominum meũ.¶ Vide qđ dixi de cẽsi. ꝓcurationes.in gl.tene, ꝙ vbi videbis ꝙ legatis & cardinalibus taxat curia in itinerãdo xl. flore. pro die, in prouincia verò sua non fit taxatio,sed recipiunt vigesimamquintam redituum.

d Consuetudinem.¶Ibi soluitur.& vide ŝ.eo.§.ver.sed quid dices.

e Exposuisti.¶Adde tu, ꝙ legatus de latere põt absoluere irregularitate, quam quis celebrando suspensus incurrit: dummodo non celebrauerit in contemptum.Ita Lapus all.xiij.

§.fi.j.§.finitur.ver.quamuis.& ea interpretari, vt ibi dicitur.& ea excommunicationis pœna vallare.vt extra.de loc.c.j.vñ& papa concedit etiam quandoq; aliquibus priuilegium saluis institutionibus legatorum Apostolicæ sedis: vt extrà.de præs. veniens.
a Potest aũt intelligi secundum Vin. [a] de illis statutis, quæ perpetua sunt, quæ legatus edidit in cõciliis prouincialibus, de quibus loquitur iij.dist.c.regula.§.porrò.lxxvj.distinct. vtinam. De aliis autem præceptis & inhibitionibus aliud est: vt j.ver.sed nũquid
36 põt.†¶Sed per quẽ absoluent violatores statutorum ipsorum? Respon.per ordinarios locorũ, extra.de sent.exc.nuper. Vtrùm autem in condendo statuta requires prælatorum consensum, no
b ta secundum papiam, extra.de offi.leg.c.fin.[b] Quid de sententia, quam ferret sub hac forma, Quisquis furtum fecerit, sit excommunicatus.extra.de sent.exc.à nobis.j. Dic quòd valet, & durabit legatione finita: vt extrà.de loc.c.j.& j.ver.sed nunquid.Legatus enim est iudex ordinarius: vt extra.de off.leg.c.j.& c.fi.&C.de of. rec.prouin.qui ordinariã.& l.seq.& ad idem.ff.de off. proconf.l. j.& ij.C.de off.eius, qui vicem alterius iudicis obtin. l.j.& ij.quia habet imperium in prouincia sibi decreta: vt ff.de offic.proconf.
37 & ideo.†¶Legatum enim, si sit cardinalis, dicimus similem proconsuli.argu.ff.de offi.procon.l.j.& fin. extra.de senten. excom. ad eminentiam.quia cardinalis sumitur ex consiliariis domini papæ: vt s.§.sequitur.sicut & proconsul olim eligebatur ex consulibus vrbis Romæ ad aliquam prouinciam regendam.ff.de offic. præsi.l.j.arg.ff.de off.quæsto.l.j.§.ex his.vel potius præfecto prætorio.secundum do.meum, arg.extrà. de app.nouit.& C.de episc. aud.episcopale.Et quòd legatus cardinalis sit similis proconsuli, & ordinariam habeat iurisd.habet expresè in constit.Clem.iiij.
c eo.tit.ex parte [c].Alios autem singulos dicimus similes præsidib. ar.ff.de off.præsid.l.ij.Illi enim præsides prouinciarum dicebant, qui cùm non essent prius consules, eligebantur ad regimina pro
38 uinciarum: præses autem nomen generale est.†¶ Nam omnes legati Cæsaris, & alij omnes prouincias regentes, licet senatores sint, præsides appellant: vt ff.de off.rec.prouin.l.j.& præses prouinciæ ordinarius est: vt C.de lega.lib.x.l.si quod extraordinariũ. & j.de off.ordin.§.j.Præterea appatet eum ordinarium esse: quia vniuersæ causæ criminales & ciuiles totius prouinciæ sibi decretæ deferuntur ad eum: vt extra.de off.leg.c.j.Cùm ergo hoc possint alij ordinarij facere, vt in præ.dec.à nobis.extra.de senten.ex com.multò fortius legatus poterit hoc: quia habet maius imperium in prouincia post principem, vt in præl.l.ideo.& eo.tit.si in aliam.§.fin.& l.nec quicquam.in prin.vicarius etiam ordinariam habet iurisd.vt no.extrà.de off.ord.quia in plerisque. & hæc valent ad dispositionem quæstionis illius, quæ sequitur, vtrum videlicet legati indulgentiæ perpetuæ sint. argum.tamen contrà, quòd legatus habet delegatam iurisdictionem, non ordinariam
d xxv.q.ij.igitur.& c.seq.[d] & c.in Galliarum.†¶Potest etiam indul
39 gentias pro ædificatione pontium & ecclesiarum huiusmodi cõcedere, & illæ perpetuò durant: quia indulgentiæ extendendæ sunt: vt ff.de constit.prin.l.fi.& extrà.de dona.cùm dilecti. prout not.in præ.Decre.de offic.leg.c.fin. Si enim episcopi & archiepiscopi dare indulgentias possunt: vt extrà de pœ.& re.cum ex eo. & c.seq.multò fortius ipse hoc potest: quia maius imperiũ habet
40 in prouincia post principem, vt prædixi.†¶Sed nunquid iure legationis poterit excedere numerum quadragenarium in literis indulgẽtiarum? Et videtur quod nõ, sicut nec episcopi, vel archiepiscopi hoc possunt: vt in concilio generali.extrà. de pœ. & re. cum ex eo.§.final. Respond.licet ibi de legatis non fiat expresè mentio: tamen credo, quòd ipsi propter reuerentiam dicti concilij, in hoc se debẽt aliis prælatis conformare: vt j.§.nunc ostendẽdum.ver.lvij.nisi super hoc vel rescripto, vel viuæ vocis oraculo
41 aliquid eis concessum fuerit speciale. †¶Sed nunquid potest aliquẽ ex aliqua causa reddere inhabilem ad beneficia ecclesiastica perpetuò obtinenda? Videtur quòd nõ: quia præses prouinciæ non potest alicui interdicere arte sua vti vltra tempus suum. ff.de pœnis.l.fin.ff.de postu.l.puto.§.fin.arg. contrà. Nam etiam præfectus vrbis ad tempus, & in perpetuum, potest alicui officium aduocationis, & negotiationem, & professionem, & forum interdicere.ff.de off.præfect.vt.l.j.§.pen.& hoc puto: & idem credo in laico ex causa quoad publica officia: quia potest illum infamare per sententiam, quæ sentẽtia facit ius, & perpetuò effectũ habet, donec ille restitutionis beneficium mereatur: vt extrà. de hære.si aduersus.in fi.& c.excommunicamus.§.credentes.& ij. q.iij.si quem pœnituerit.in fin.& j.§.fi.Credo etiam, quod quilibet episcopus potest hoc facere in sua diœcesi [e]. Quòd autem le
e gatus possit ferre sententias sub conditione: puta, si quis sic fecerit, talem pœnam patiatur: & quòd post finitam legationem duret, probatur, s.versicul. & quid de sententia. Nec obst.præalle.l. de pœnis.& de postu.quæ loquuntur. vbi iudex absque causæ cognitione pœnam infert sine temporis præfinitione, quæ pœna tempore suæ administrationis tantùm intelligitur durare.arg.ex trà.de constit.ex literis.l.dist.c.j.in fi. Vnde si indignatus fortè præcipit, vel interdicit alicui ne aduocet: post finitam legationem
f poterit aduocare.ff.de poen.mortis.secus si sentẽtialiter.[f]†¶Itẽ
42 prouinciæ episcopi, & omnes alij legato subsunt, & sibi obedire tenentur: & si fortè aliquis episcopus ad ipsius vocationem venire contempserit, mittendus est ad sedem Apostolicam, suã innocentiã, si poterit, pstensurus.extra.de ap.cùm parati.arg. tamẽ
g contrà.xxv.q.ij.in Galliarũ [g]. & ipse debet cogere clericos obedire prælatis suis: nec debet dissimulare quin significet domino papæ ea quæ malè aguntur, vt extrà.de instit.ad decorem.& iudicare de episcoporum processibus, & eos secundum iuris trami-
43 tes, quando expedire viderit, reuocare, & emandare potest. † ¶Creditur quoq; sigillo legati de latere. Vnde creditur ei mitteti sub sigillo suo tenorem aliquorum priuilegiorum: extra de cõfirm.vti.vel inut.cum dilecta.& etiam delegati quandoq;. Quod dic, vt j.de remis.§.vtile.versi. sed nunquid. Potest etiam cogere dimittere beneficia ecclesiastica eos, qui illa minus canonicè sunt adepti, non obstante confirmatione à sede Apostolica obtenta.sub illa forma: Sicut iustè possides, &c. extra.de concessio. præbend.quia diuersitatem.sed ibi ex speciali commissione processit legatus etiam, qui iuit ad concedendum pallium alicui præ
44 lato.†¶Et potest secundum interpretationem ecclesiæ Romanæ licitè recipere ab electo equum vnum, & electuaria, vinum, & similia.extrà.de simo.& si quæstiones.argu. contrà: quia in vj.
h sol.committitur simonia: vt eod. tit. ex tuæ [h]. & pro gallina furtũ.Instit.de rerum diui.§.gallinarũ. Non enim debet in totum abstinere ab xeniis, nec etiam auarè modũ xeniorũ excedere: quia valde inhumanum est à nemine recipere: sed passim vilissimum, & per omnia auarissimum. Sed nec xenia producẽda sunt ad munerum qualitatem. Hæc leguntur ff.de off.proconf. l.solent.§.fi. Recipiat igitur confidenter esculenta & poculẽta, quæ intra dies proximos prodigantur: vt ff.de offi.præsi.plebiscito. A donis autem & munerib.abstineat: vt in præ.l.Hinc est quòd Moyses cõstituit tribunos munera odientes: vt s.§.legatus. in fi.& ab illicitis exactionibus: quia si debet alios ab hoc cohibere: vt. j.ver.in summa.multò fortius se: vt j.§.nunc de episcopo.versi.in his igi-
45 tur.†¶Item patriarcha legatus ex causa reuocat indulgẽtias do-
i mini papæ [i], & etiam suorum prædecessorum: vt extra.de cle.non resi.c.pen. Item non potest legatus de latere cogere appellãtem ad papam coram se litigare: vt extra, de appel.si duob.quia quolibet omisso appellatur ad papam.2.q.6.ideo.arg.extr.de app.constitutus. Notandũ quoque est, ꝙ legatus de latere potest ecclesiam inordinatam in prebendis, & in aliis ordinare: & papa sententialiter approbat quod per eum fit: vt extr.de cle.exc.min.proposuit. Potest etiam Græcos & eremitas propter inobedientiam suspensos & excommunicatos cum manuali absoluere promissione, si
46 nullatenus iurare volunt: vt extr.de sen.exc.super eo.†¶ Potest etiam se opponere guerris & discordiis, & propter hoc de causa, ꝙ est inter duos reges, cognoscere: vt ext.de iudi.nouit.§.j. Vtrùm legatus vel alius possit suspendere interdictum in aliquam ciuitatem, vel castrum prolatum, colligitur ex his, quæ no.extr.de app. ad hæc qm.& c.dilectis.& secũdum papiam in c.vt priuilegia. quod j.seq. Bñ faciet aũt legat⁹, si interdictũ p ordinariũ prolatum nõ suspendit.arg.in his quæ no.j.§.nunc dicamus.vers.quod autem.

De sent

ADDITIONES.

a Secundum Vincen.¶Qui hoc not. in præc.c.fi. sed vide quòd ibi dixi, & statim sequitur.
Adde tu quòd legatus de latere nedum potest facere constitutiones, vt hîc dicitur: sed etiam confirmare constitutionem seu statutum capituli, cuius dignitatis prouisio spectat ad summum põtificem, etiam si hæc faciat cum prælato ipsius capituli seu collegij. Vide Card.in conf.6.in fi.
b c.fi.¶Et tenet quòd non, vt ibi scripsi.
c Ex parte.¶Vide quod dixi in prin.huius §.
d Et c. seq. ¶In his duobus largè ponitur versi. delegationis. sequens non facit.
e Sua diœcesi, ¶ Facit clemen. de pœnis, si quis suadente. vers. ipsius filij.
f Sententialiter. ¶ Vide quod scripsi eodem titulo, cap. fin. super 1.gloss.
g In Galliarum.¶Ibi limitata erat forma: nec expresè loquitur de legato.
h Ex tuæ. ¶ Solue, quòd ibi interuenit pactio, vt ibi dixi super 1.gloss.
i Domini papæ. ¶Illud de papæ licentia.item ibi potius est temperatio, quàm reuocatio.

De sentētia aūt dñi papæ,vel delegati sui intromittere se nō pōt, vt ĩ.§.nūc ostendēdum.ver.xxvj.Hoc tñ nota,ꝙ licet locus interdictus sit:tñ ibi potest celebrari,de licentia iuris:vt extra.de priui. priuilegia.& c.seq.& etiā hoīs:vt extr.de ap.dilectis.secūdū quosdam. Sed si persona sit interdicta,vel suspensa,nō pt de licētia alicuius celebrari: nec suspendi potest interdictum in persona suspēsa.De quo dic secundū papā,prout no.in præ.c.vt priuilegia.†
47 ¶Sed nunquid legatus pt cōcedere aliquib.priuilegiū, ꝙ tēpore interdicti liceat eis,interdictis & excommunicatis exclusis,ianuis
a clausis supressa voce celebrare diuina[a]?Credo ꝙ sic,& ꝓderit tale priuilegiū,quātū ad sentētias suas & suorū successorū,in legatiōe nisi illi specialiter reuocauerint illud', & quorūlibet ordinariorū prouinciæ suæ:quia & ipsi ordinatij simile priuilegiū, quoad suas & successorū sententias,cōcedere possunt, nisi successores id expresse ex causa duxerint reuocandū. Quoad sñias aūt Romani pontificis vel delegatorū eius,dicunt quidā,tale priuilegiū nō va
b lere.ar.tñ ꝙ etiā cōtra illas valeat.Nā papa cōcedit[b] priuilegia,saluis institutionib. legatorū Apostolicæ sedis: vt extra. de præscri. veniens.Pari ergo ratione in sua & sui delegati sentētia nō intelligit ea tollere,sed saluare:quia vult istorū statuta & priuilegia ppetuò durare:vt extr.de off.leg.c.fi.Hinc est,ꝙ legatus pt ratione pacis comitis Tholosæ & præcepta & statuta facere perpetuò dura
48 tura:vt extra.de verbo.signifi.super quibusdā.§.fi.† ¶Pōt legat⁹, etiam non de latere regē & reginā malè cōiunctos separare:vt extrà.qui fil.sint legi.per venerabilē.§.verum.Item is,cui aliqua causa specialiter delegatur,maior est legato generali,quātum ad illā: nec legatus iurisdictiones illius debet aliquatenus impedire vł relaxare,nec sententiā per delegatum latam potest legatus iure legationis irritare:sed eam ritè latam cōfirmare potest,& ad requisitionē siue mandatum delegati,cui obedire tenetur, executiōi mādare:vt extrà.de off.leg.studuisti.ext.de treu.& pa.c.j.§.j.& ar.93. dist.præcipimus.& extr.de offi.ordi.pastoralis. C. si aduersus rem iudica.l.aduersus sñiam.Dñs tñ meus dicit,ꝙ delegatus nō pt co-
c gere legatū exeq,si spōte hoc ille facere nolit[c].† ¶Pr ergo ex p-
49 missis, ꝙ non pt legatus absoluere excōicatū à delegato dñi papæ, & multò minus excōicatum ab ipso papa:nec de sentētia vel processu illius se intromittere, nisi ad illius requisitionem: vt in præ.decr.studuisti.& xj.q.j.peruenit.Vel dic,ꝙ potest confirmare sententiā illius in cōmuni forma,quæ parum prodesset,s.Confirmamus sicut iusta est,extra.de conces.preb.quia diuersitatem.sed hoc nō placet. Cùm causæ aūt cognitione nō potest:quia per cōsequens posset etiā infirmare.xxj.dist.inferior.de pœn.dist. j. verbum.ff.de re iud.qui condemnare.ff.de reg.iu.eius est.& l.nemo.
50 & vide ĩ.§.nunc ostendendū.ver.xxiij.† ¶Quid si is,cui papa cōmisit inquisitionē,negligens est,nunquid legatus pt illi præcipere vt procedat?De hoc ĩ.de inquisitione.§.j.versi.sed pone quod. hoc etiā nota,ꝙ legatus debet causas cōmittere tantū personis in dignitatibus,seu in ecclesiis cathedralibus,seu aliis collegiatis ho-
d norabilibus institutis:vt ext.de resc.præsenti[d].Et legatus Apostolicæ sedis,& etiam archiepiscopus bene possunt aliquem trahere per literas suas vltra duas dietas à finibus diœcesis ipsius citati. Et idē videt̃ de delegatis eorū,cùm hoc nō inueniatur ꝓhibitū.Constitutio enim illa de rescr.nōnulli.loqt̃ in delegato domini papæ. Alij aūt cōtradicunt:sed dominus meus dicit,quòd contra literas legatorū excipi potest, si per eas quis vltra duas dietas trahatur, ar.extra.de rescript.præsenti.respon.j.quicquid tamen ipse scrip-
e serit,contrarium videmus vbiq; seruari[e].† ¶Cæterùm licet lega-
51 tus alicui in aliqua causa simpliciter commiserit vices suas:nihilominus poterit reuocare ad se causam, licet ille ꝓcesserit, quod non est in deleg.De hoc not.ĩ.de remis. §.qui aūt. prope prin. & s̃.de off.deleg.§.sequitur.ver.& nota quòd simpliciter.& §.restat.
52 ver.item reuocato.† Illud autem notandū est,quòd dominus papa ita seruare debet,quod fit per eius legatum,ac si ipse fecisset:vt ij.q.ij.de causa.& ff.de off. procur.Cæsa.l.j.in prin.extrà.de cler.excom.mi.proposuit.extr.de app.nouit. Credere.n.debet princeps eum,qui ob singularem industriam explorata eius fide & grauitate,ad huius officij magnitudinē adhibetur, non aliter iudicaturū esse pro sapientia ac luce dignitatis suæ,quàm ipse foret iudicaturus:vt ff.de offi.præfec.præto.l.vnica. prope finem,extr.de rescriptis.super literis.prope finem,extrà.de off.leg.nouit.Vnde nō est intentionis domini papæ,lites sopitas per legatum de ipsius latere missum suscitare:vt extrà.de in integ.restit.exposita.nisi eius sētentia foret iniusta,quia illam bene reuocat:vt extra. de re iudica. cum causa quæ:imò quòd per legatum minus canonicè fit, quandoque ipse ex causa tolerat:vt extra.de accus.ad petitionem. & idē honor illi exhibendus est;sicut & papæ:vt s̃.§.j.& ipse facere dicitur,quòd eius legatus facit.ff.de administr.tuto.l.ita tamē.§. ges
53 sisse.extra.de sent.excom.mulieres.xxv.q.ij.si ca.† ¶Porrò priui
f legium legatorum[f] est,vt legatione durāte,respondere nō teneātur,nisi de his tantùm quæ legationis tempore contraxerint: nisi fortè legatione finita,in prouincia permanserint:vt ff.de iudi.l.ij. §.legatis.& §.sequenti.& ff.de off.præsi.Senatus. sed si ipsi agunt, & contingat eos reconueniri,respondere tenentur, nisi agāt pro iniuria sibi illata:vel pro furto vel damno:vt in eadem l.§.sed & si agant.& ff.de legationibus.l.Paulus.responso ij.& l.sequenti.pōt tamen in alium compromittere:ff.de arbi. nō distinguemus.§.itē si qs.Legato aūt tpsprodest,ex quo legatus creatus est,nō ex quo Romā venit:vt ff.de leg.l.legato. Item qui in legationib.publicis versati sunt,à ciuilibus muneribus & oneribus excipiuntur: vt C. de lega.l.iiij.lib.x.In transmarina autem legatione perfuncti,vacationem biennio habent:non tamen hi,qui de proximo obsequium Reipublicæ videntur exhibuisse: vt eo.ti.l.iij. Item præses prouinciæ fines prouinciæ excedere non debet,nisi voti soluendi cā dum tamen ei abnoctare non liceat:vt ff.de off. præsid.l.illo. ¶In summa no.quòd ad officium legati pertinet, vt in adeundo facilem se præbeat:ita tamen, quòd se contemni non patiatur,nec in vlteriorem familiaritatem prouinciales admittat. Nam ex con-
g uersatione æquali contemptus nascitur dignitatis[g].Sed nec excādescat aduersus eos,quos malam causam fouere putat:nec precibus calamitosorum eum illacrymari oportet:& ita ius reddere debet,vt auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat.Hæc leguntur ff.de off.præsi.obseruandū. Illicitas quoq; exactiones & violētias prohibere debet: & ne potentiores humiliores iniuriis afficiant, ff. de off.præsi.illicitas.in prin.& §.neq;.iiij.distin.factæ. & xxiij. q.
54 quinta. non frustra.† ¶ Vltimò consulo legatis, quòd tam in citationibus, quàm in confirmationibus, & in dispensationibus, & aliis formis, sequantur stylum Romanæ curiæ, qui super iure fundatur.In summa verò nota, quòd quibusdam legatis plus conceditur,& quibusdam minus,quod ex suarum literarum patet inspectione: vt suprà, versiculo. nunquid legatus. in fine. Quid si literæ legationis indeterminatè loquuntur? Respon.plena est interpretatio facienda in eis : extrà. de verborum significatio. olim.de dona.cùm dilecti.ff.de constit.prin.l.j.Quædam tamē sunt,quæ non transeunt, quantumcunque sit legatio generalis: vt extrà.eo.quòd translationem.& ĩ.§.nunc ostendendum. Illud etiam nota quòd superueniente legato maioris auctoritatis,puta de latere,minoris officiū cessat,quandiu ille præsens est:vt extrà.
h eo.volentes.[h] extrà.de priui.antiqua.†Sed quid erit de causis in-
55 choatis corā primo.Dic quòd ipse amodò se de illis nō intromittet.Nam tutor gerere prohibitus remot⁹ esse intelligitur.ff. de suspect.tuto.l.hæc enim. Sed an secundus superueniens de illis cognoscet.Respon.sic.ff.de iudi.si iudex.extrà.de officio ordina.pastoralis.de eo qui mit.in posses.causa rei seruan.cùm venissent. Argum.tamen contrà:quia qui apud aliquē nomina edidit, apud
i alium consulem manumittere non potest.ff.de off.consul.l.j.[i] Idē quoque erit de præbendis,quas minor suæ donationi reseruauerat:quoniam secundus eas conferet.infrà.§.proximo.versicu.sed
k ecce[k].Item si aliqua acta perficienda erant, ille perficiet. extra de
56 fide instrumentorum.cùm P. † ¶Quid de causis commissis per primum

ADDITIONES.

a Diuina.¶Hodie quæstio ista est superflua, cum hoc liceat de iure communi.de sent.excom.c.fi.lib.vj.
Adde,quòd stāte priuilegio prædicto,ac etiam quòd possint recipere ecclesiastica sacramēta ꝙ mortuis poterunt super cadaueribus cantari diuina officia,& tradi sepulturæ.Ita consuluit Fede.ↄs. cclxxxvj.& præcedenti.
b Cōcedit.¶Sup.quandoq;.& hoc soluit contrarium.Idem ergo si papa interdiceret,saluis priuilegiis legatorum.
c Nolit.¶Nisi aliàs esset ordinarius in loco,secundum Vinc. vt scripsi in decre.studuisti.super vlt.glo.
d Præsenti.¶Quam non habemus.
e Seruari.¶De archiepiscopis dic vt de off.or.vt litigātes.lib.vj.De legatis verò dic,ꝙ corā se bñ citāt p totā legatiōē licet vltra duas dietas: si verò delegāt ipsi & ipsorū delegati seruare debent decr. statutum.de rescript.lib. vj.Adde. ꝙ delegatus habens sub se plures ꝓuīcias,ñ pt trahere hominē vni⁹ ꝓuīciæ ad aliā.Ita no.Ab.in c.nouit.in iij no.de iud.
f Legatorum. ¶Qui ītelligant̃ quoad hoc legati.& de materia huius §.satis scripsi de foro compe.c.fi.super gl.fi.
g Dignitatis.¶Facit lxxxvj.dist.quando.& quod ibi no.& extra. de Iudæis.& si Iudæos.
h Volentes.¶Ibi ad literam notauit Vin.omnia quæ sequuntur vs quæ ad fi.§.vt ibi etiam scripsi.in vlt.gl.
i Consulis.l.j.¶De collega loquitur,nō de successore:& tamen impedito primo,etiam collega id agit:vt ibi.
k Sed ecce.¶Ibi vide.

primū ante secūdi aduentū? Respon. non expirant cōmissiones, si
iudices cœperant cognoscere. ar. extrà. eo. c. fin. j. §. finitur. Sed ad
quem appellabitur ab illis iudicibus? Respon. ad legatum de late-
re, quasi ad successorem. Sed quis absoluet eos, qui excommuni-
cati erant ante aduentū secundi? Respon. iste secundus de latere
tanquam successor. Quid si lata sententia per primum secundus
intra decennium superuenit? Respon. dicit Vinc. non debere ap-
pellari ad secundum: quia pares sunt, licet primus factus sit priuat⁹
ij. quæst. vj. anteriorum. §. fi. ar. tamen contrà: quia secundus de la-
a tere maior sit. extrà. eodē, officij [a]. † Quid si primus extrà prouin-
57 ciam incidit in canonem latæ sententiæ? Respon. poterit absolui
à secundo de latere: quia prim⁹ inferior est illo, quo ad hoc: ar. ex
trà. c. excommunicati: xxj. dist. inferior. extrà. de maio. & obed. cū
inferior, Sed quid econuersò. Nūquid missus de latere poterit ab
solui à primo, qui non habet executionem? Et videtur quòd sic,
quasi se subiiciat illius iurisdictioni. ij. quæstio. vij. nos si incompe-
tenter. & quæst. v. mandastis. Contrà credo, vt in prædicto c. infe-
rior. Nec enim potest legatus de latere se subiicere alicui j. domi-
num papam: nisi in iudicio animæ, qui est casus exceptus: vt extrà
58 de pœn. & re. c. fin. † ¶ Sed nunquid iste superueniēs poterit cor-
rigere & iudicare primum iam suspensum? Respon. sic, super his, ī
quibus excesserit tempore suspensionis: quia istius missi de latere
est iurisdictio. Secus de his, quæ gessit ante huiusmodi aduētum.
extrà. c. studuisti. quia par in parem nō habet imperium. ff. de arb.
nam magistratus. extrà. de elec. innotuit. ¶ Sed an iste de latere ali
quid p̄t mandare prius quàm ingrediatur prouinciam? Resp. vide
tur generaliter in quolibet, quòd non. ff. de of. proconsl. l. obserua
re. Sed si moram necessariam facit in via: nunquid potest præmit
tere legatum ad prouinciam, ad quam vadit? Et videtur quòd sic.
ff. eo. l. aliquando. j. §. nunc dicamus. in princ. Sed dic quòd prædic
ta lex non habet locum in casu, in quo loquimur quando videli-
cet alius legatus est in prouincia, qui non tenetur suspendere suæ
legationis officium: nisi demùm viso legato de latere superueniē
te: nec etiam hoc casu ante ingressum in prouincia exercebit vo-
b luntariam iurisdictionem [b]. quod aliàs posset: vt in præ. §. nunc di-
camus. imò primus iudicabit: & omnia faciet vsque in aduentum
c successoris, vel quasi [c]. ff. de off. proconsl. l. meminisse. & valebit qc
quid egerit, donec nouerit illum de latere aduenisse: vt eodem ti.
59 l. si fortè. † ¶ Sed pone quòd dominus papa primo legato com-
d miserat diuersas causas singulares, expresso nomine legationis [d]:
& ipse ante aduentum secundi in illis processerat Apostolica au-
ctoritate, non legationis: nunquid post aduentum secundi pote-
rit in illis procedere? Respon. sic: extrà. eodem, studuisti. extrà. de
off. deleg. quoniam. de off. ord. c. pastoralis. §. præterea. ¶ Item, qd
si iste de latere se transfert ad aliam prouinciam sibi similiter cō-
missam, in qua primus non est legatus: nunquid primus poterit re
sumere officij executionem & legationis, dum sic ille abest. Et vi-
detur quòd sic: vt præd. Decre. volentes. ibi: quandiu legatus, &c.
& ar. ff. de asses. l. si eandem. Sed dic cōtrà. nam legatus potest nego-
60 tia vnius prouinciæ in alia tractare: vt extrà. eod. nouit. † ¶ Quid si
iste de latere remanet, peractis negotiis legationis suæ: nunquid
alius potest resumere executionem, vel vsum suæ iurisdictionis?
Videtur quòd sic: qa alius videtur cedere priuilegio. ff. de iud. l. ij.
§. omnes. Sed dic contrà: nisi tempus certum esset sibi præfixum.
extra de off. del. de causis. Sed qd si secūdus egreditur prouinciam
animo redeundi ad illam? Dic quòd primus nequit vti iure suspē-
so: quia ille pro præsenti habetur: licet enim extra prouinciam iu-
dicare non possit, tamen inde causas committere potest, & iube-
re sicut præses, qui prouinciam egreditur, ff. de off. præ. vrb. l. fi. Vi
detur tamen de mente iuris, quòd huiusmodi egressus non debet
61 esse longè. ff. de off. præsi. illud. infra §. finitur. in prin. † Quid si is-
te de latere existens in prouincia, concedit primo vt suum officiū
exequatur? Respon. hoc non potest: quia abdicando à se imperiū
non amittit. ff. de off. præsi. legatus nisi hoc faceret sibi subdelegā
do: vt j. ver. sed an hoc. Quid si legatus de latere animo non rede-
undi mare intrat? Respon. alius poterit immediatè iure suo resu-
mere exercitium suæ legationis, exceptis causis inchoatis per de-
legatos à cardinali. Quid de causis cœptis coram ipso cardinali, vł
coram auditoribus curiæ? Respon. dici potest quòd etiam illas fi-
62 niet secundus. s. ver. sed an seruus. † ¶ Sed pone, quòd aura ad-
uersa iterum reducat illum ad portum: nunquid primus tenetur
ei cedere? Dixit Vinc. quòd si in breui rediit, debet illum admitte-
re: ar. de pœ. dist. j. diuortium. quia in ingressu Romæ deponitur ī-
perium. ff. de off. proconsl. l. fi. Si autem longo tempore post redi-
it, finito legationis officio per longum exitum ad prouinciam, nō
videtur ex necessitate admittendus. ar. ff. de iudiciis. l. longius. ex-
e trà. de renunc. ex transmissa. Vel dic vt j. §. finitur. ver. quid ergo [e].
Sed an hoc casu primus potest ei cedere, si vult ob reuerentiam
Apostolicæ sedis? Et videtur quòd non. s. versic. quid si iste. Vnde
enim haberet iste iurisdictionem, si finita sit, ar. extrà. de off. del. si-
gnificantibus. de cons. dist. iiij. quæris. versus prin. Vinc. contrà. & dicit quòd reuiuiscit ex eo, ꝙ recipitur. fingitur enim non recessisse, sed voluisse recedere: sicut quandoque quis nō petiit, sed voluit petere: vt ff. rem ra. hab. amplius. Præterea in ingressu Romæ dicitur imperium deponere: vt s. & ita ante ingressum id habet, licet non habeat executionē, cùm non sit in prouincia: vt ff. de iud. venditor. §. fin. sicut & primus legatus, qui ibi erat, præsente isto habuit imperium, sed non executionem: si ergo admittitur, poterit exercere.

ADDITIONES.

a Officij. ¶ lib. vj. Verū est ꝙ est maioris honoris & potestatis, quàm ille: sed non est maior illius, id est, super illum, cum vtriusque potestas ab vno dependeat.

b Iurisdictionē. ¶ Sup. quo ad illam prouinciam, ex quo est ibi legatus, licet minor: & sic etiam intellexit Vin.

c Vel quasi. ¶ Hoc puto dictum propter illos duos dies, quibus deponit cingulū ante successoris aduentum. in Authē. de administ. in fi. coll. vij.

d Legationis. ¶ Sup. & proprio. aliàs non procederet quod sequit.

e Quid ergo. ¶ Sub eadē alternatiua ibi huc remittit, sed iustior est istius causa, quia necessaria: illius verò voluntaria. de quo ibi quæritur.

SVMMARIVM.

1 *Legatus quomodo possit beneficia conferre.*
Sedes Apostolica & legatus Apostolicus differunt, & in quo sit sedes Apostolica.
2 *Cardinalis legatus potest reseruare suæ dationi collationem præbendæ primò vacaturæ.*
Promissio facta à legato de conferendo alicui beneficium primò vacaturum, non valet.
3 *Promittere non valens beneficium primo vacaturum, quomodo poterit illud pro aliquo reseruare.*
Legatus episcopo vel capitulo auferre potest potestatem eligendi.
4 *Reseruatio beneficiorum per legatum quomodo fieri debeat.*
5 *Legatus an possit conferre præbendam spectantem ad præsentationem laici patroni, illo inuito.*
b us quā diœcesim ingrediatur, possit committere causas: excipitur tamen in prædictis legibus, vt nō possit demandari vltimum supplicium, vel membri abcissio: ergo nec secundum canones. clericorum depositio, vel perpetua amotio: Nam amotus dicitur abscindi: vt extr. de exces. præl. grauem, ext. de deci. quamuis. in fi. & dixi. j. de iuris. om. iu. versi. sed canones. Patet ergo ex præmissis, quòd legatus extra prouinciā sibi decretā existens potest causas in ea delegare: vt ff. de off. præ. vr. l. fin. qa hoc nō requirit causæ cognitionē. ff. de offic. procons. aliqñ. & l. solent. licet hoc ex imperio procedat: vt ext. de off. deleg. pastoralis. Et hoc olim tantū, quantum necessariam moram extra prouinciam faciebat: vt ibi. Hodie verò potest, etiam si voluntariam: vt in præd. versic. antequā verò. Quidā tñ dixerūt, ꝙ qñ post īgressum prouinciæ ex aliqua causa exit, animo tamen redeundi, committere potest iurisdōnem contentiosam: sed priusquam ad prouinciam peruenerit, non potest: vt in l. obseruare. §. pe. quia etiam ipse illā non habet, quo ad exercitium. Vnde quod non habet, committere non potest: vt extr. de don. inter virum & vxo. cap. nuper. j. quæ. vij. Daiberrum. Nec etiam potest cogere recipere renitentem: vt extr. de offic. ord. pastoralis. si tamen commiserit, & ingressus prouinciam ratum habuerit, quod fecit, valet tempore, & vi ratificationis tantùm: vt in præ. l. obseruare. §. fin. sed hodie potest in distinctè cōmittere etiam prius quàm prouinciam ingrediatur, vt dixi. In ipso quoque prouinciȩ, & cuiuslibet ciuitatis introitu debet legatus prouincialium mores seruare: vt in præallegata l. obseruare. §. ingressus. & eod. titul. l. si in aliam. & in Auth. col. 7.
2 de administratoribus. §. illud autem. 12. distin. illa. †¶Rectè autem faciet legatus, si prius quàm sibi decretam ingrediatur prouinciam, edictum de suo aduentu præmittat, significans quando ingressurus sit: exemplo Christi, qui Ioannē suum precursorē ꝓ-
c misit [c], vt corda hominū præpararet. Non tamē imprudenter appetat populares cursus, & mundanos honores: sed nec vltrò oblatos respuat iuxta decentiā sui status: quia & Christus super asi-
d nam taliter voluit honorari [d]: & præmissā denūciatione per eam partem prouinciæ ingrediatur, per quam alij legati consueuerūt ad instar proconsulis. Hæc omnia probantur in præalleg. l. obseruare. §. antequam. & §. seq. & §. rectè. & in præ. §. illud autem. & jurisdictionē suam impedientes potest excōmunicare: vt s. j. ver. sed nunquid. Legatus aūt egressus prouinciam, & reuocatus, licet sit priuatus quoad exercitiū imperij, quousq; tamē portas vrbis ingrediatur, imperium non deponit. qđ dic vt j. §. finitur. ver.
3 item quàm citò. †¶Et breuiter not. quòd legatus iurisdictionē suam

ADDITIONES.

a Secundū dominū meū. ¶In summa huius tit. §. quando. & Gof. in ver. itē legat⁹. & ita seruatur: dūmodo si promoti sunt ꝑ Apo. sedē satisfiat extraua. Bonifacij, ꝗ incipit, iniunctæ. scilicet quòd literæ promotionis exhibeātur: aliàs esset pœna administranti & illum recipientibus ad administrationem, vt ibi.
b Et Goffr. ¶In summa huius tit. post prin.
c Præmisit. ¶Matth. 3. Ioan. 1.
d Honorari. ¶Matth. 21. Ioan. 12.

ſuam exercere poteſt intra territorium prouinciæ ſibi decretæ: non extra quantum ad cognitionem vel diffinitionem cauſæ:vt extr.de offic.vicarij.c.penult.& ff.de iuſti.& iu.l.pen.ff.de iuriſdi. omn.iud.l.fin.extr.de offic.leg.nouit. Nam & ſi vltra centeſimū lapidem egreſſus eſt,notio præfecti vrbis non eſt:vt ff.de off.pręf. vrb.l.j.§.initio. Poteſt tamen cauſas extra ſuam prouinciam exi-
a ſtens delegare, vt ſ.Item poteſt iudicare [a] in aliena prouincia de conſenſu eius.cuius eſt ipſa prouincia.argu.extr.de fideiuſſ.conſtitutus.in fi.& de auctoritate & vſu pal.ex tuarum.in fin. extr.de inſtit.ex frequentibus querelis.per totum.3.quæſt.6. peregrina.
4 & c.ſequen.& iunge.j.verſ.ſed nunquid legatus.† ¶Poteſt etiā extra ſibi decretam prouinciam exiſtens beneficia conferre: vt
b extr.de conceſ.præben.poſt elect.in parte deciſa.ſecundū Ioan.[b] & extr.de app.qua fronte.Item ea quæ ſunt voluntariæ,nō contentioſæ iuriſdict.exercere poteſt extra prouinciā.ff. de offi.proconſul.l.ij.& l.obſeruare.vnde legatus de latere pōt de conſuetudine excōmunicatos propter manuū violentam iniectionem in clericos extra prouinciā exiſtens abſoluere:vt extr.de ſent.excōmunic.ad eminentiam.ext.de offi.leg.c.qd tranſlationē.alias aūt
5 non:vt eod.titul.excommunicatis.† ¶Circa poteſtatem autem abſoluendi ab excommunicatione plenius eſt notandum. Nam legatus de latere cardinalis in prouincia ſibi decreta exiſtens, poteſt ex officio legationis abſoluere delinquētes ibidem, ſiue ſint eius ſubditi, ſiue non: ſed aliunde veniant, & ibi occurrant, vel ad eum accedant : ſed & extra prouinciam exiſtens, ſiue ante ingreſſum:ſiue poſt egreſſum,prius tamen quam Romam ingrediatur:abſoluere poteſt, vndecunque veniant occurrentes. Legatus autem conſtitutus intra prouinciam ſibi decretam exiſtens, poteſt ſubditos ſuos abſoluere ratione domicilij & peccati, vel ratione peccati tantum:non dico ratione domicilij tantum,vt j. verſicu.illud etiam. Extra prouinciam exiſtens non poteſt abſoluere hos vel illos:quia priuatus factus eſt.ff.de off.præ.l.3.Cæterum legatus natus, nec extra prouinciam ſuam, nec intra illam poteſt aliquos abſoluere regulariter:niſi in illis caſibus,qui omnibus aliis epiſcopis ſunt conceſſi. Et hæc vera ſunt, niſi primo, ſecundo,vel tertio,amplius per ſpeciale priuilegium ſit conceſſum.extra.de priui.porrò.Hoc totum elicitur & probatur extra. eo.tit.excommunicatis.Et ſecundum hanc diſtinctionem intelligenda ſunt iura illa,eo.ti.c.2.& c.quod tranſlationem.& c.volētes.& extr.de ſen.exc.c.1.in fi.& c.ſi verò aliquis.in fin. & c.ſeq. & c.ea noſcitur.in fin.& cap.de his.in fi.& cap.ad eminentiam.& cap.quamuis.Patet ergo quòd poſtquam legatus de latere egreſſus eſt vrbem,ſemper donec reuerſus eſt ad illam,poteſt excommunicatos abſoluere:licet non habeat iuriſdictionem,niſi in prouincia ſibi decreta. Nam & proconſul ſtatim atque egreſſus eſt vrbem,ſemper donec reuerſus eſt ad illam, vbique inſignia proconſularia portat,licet iuriſdictionem non exerceat, niſi in prouincia ſibi decreta:vt ff.de off.procon.l.1.¶Quando autem dicitur legatum abſoluere poſſe, intellige de excommunicatione, quam quis incurrit propter violentam manuum iniectionem in clericum,ſeu in perſonam religioſam:vt in præd.concord.& 17.
6 q.4.ſi quis ſuadente.†Nam de ſententiis ordinariorum ſuæ prouinciæ ſe non poteſt intromittere, nec illas reuocare cauſæ cognitione,& ſecundum tramites iuris.ext.de ſen.excom.per tuas. de off.or.ad reprimendam.de off.deleg. cum contingat, ſed nec extra fines ſuæ legationis: vt j. dicam.quod intellige de ſententiis contra certam perſonam prolatis:ſecus autem eſt de ſententiis in forma conſtitutionis in genere promulgatis:puta, Statuimus quòd quicunque falſauerit chartam, vel luſerit ad taxillos, vel furtum fecerit, & huiuſmodi ſit excommunicatus. Cū enim talis ſententia potius iuris,quam hominis cenſenda ſit: argu. 24. q.1.c.2.extr.de ſenten.excom.à nobis.1.& de app.reprehenſibilis.reſpon.1.legati à talibus ſententiis paſſim abſoluunt.Nam etiam à ſententiis de iure ſcriptis abſoluunt: ex quo eis ſpecialiter
c non inhibetur, ext. de ſententia exc.nuper [c]. De ſententiis verò ordinariorū non ſuæ prouinciæ ſe nullatenus intromittat : ſiue cum cauſæ cognitione: ſiue intra ſuam prouinciam:vt in conco.
7 quæ ſunt j.ver.ſed nunquid pōt.† ¶ Quod etiam dixi legatū de latere,vel alium ab excommunicatione,quam quis propter violētam manuum iniectionem in eccleſiaſticā perſonam incurrit abſoluere poſſe,intelligendum eſt in leui iniuria:& ſic intelligēda ſunt iura prædicta: quo caſu epiſcopo interdicta eſt abſoluendi poteſtas:licet vbi eſt leuiſſima, epiſcopus abſoluere poteſt: vt extr.de ſent.excom.peruenit.& e.ti.in Decre.Inno.IIII.extraua-
d ganti,plectis [d].Si aūt iniuria atrox,grauis & enormis ſit dicit dominꝰ meus,ꝙ nullus legatus tūc abſoluere poſſit citra ſede Apoſtolicā,vel aliū ab ea ſpeciale ſuper hoc mandatū habentem,nec hoc trāſit in gñali legatiōe:vt in ꝯcor. poſitis.ſ.§.nūc oſtēdēdū. ver.legatꝰ igit.ibi:ſed & ſi aliqua. Imò qn̄ qs ſup hoc priuilegiat in gñe,vt i ſpecie ſemp talis iniuria excipi ꝯſueuit: vt patet extr.de ſen.exc.ſi vero alicuius.reſp.1.in fi.& c.peruenit.& c.cū illorum. §.j.& 2.& c.relatum.prope fi.& c.canonica.ergo ſecundum eum nec legato Apoſtolicæ ſedis hoc licet in hoc caſu ex generali legatione, niſi ſuper hoc poteſtatem receperit ſpecialem. Nam & poteſtas abſoluendi potius ei competit ex conſuetudine,quàm de iure:vt in præ.c.quod tranſlationem.& in hoc concordat Ioan.de Deo,dicens legatum abſoluere nō poſſe mutilatores, vel occiſores clericorum:vt in prędicto c.cùm illorum.& 23.quæſt. vlt.ſi quis membrorum. & arg.17.q.4.ſi quis ſuadente. ſecundū ſanum intellectum illius. arg.tamen contrà extr.qui cleri.vel vouē.c.j. vbi epiſcopus abſoluit eum, qui diaconū vulnerauit. Sed
8 dic, quòd ibi illud fecerit auctoritate Apoſtolica & non ſua. † ¶Quę aūt dicatur atrox,& enormis & grauis iniuria,colligitur in præ.Decre.perlectis.& c.cùm illorum.inſtit.de iniur. §.atrox.de pœ.diſt.j.aut facta.Hoc tamen præter homicidiū.& membri mutilationē committo diſcreti iudicis arbitrio. ext.de offi.deleg.de cauſis.& not.ſecundū papam in præ.c. cùm illorū.In hoc autem inſpiciendæ ſunt ꝯditiones perſonarū iniuriantis & iniuriā paſſę & modus,& cauſa illatæ iniuriæ,& populi ſcandalum:vt 29.diſt. ſciendum.extr.de tranſact.cap.fi.in fin.Dicunt aūt quidam,quòd ſanguinis effuſio,etiā ſi os capitis,vel brachij fractum fuerit,non poteſt dici quod hoc enormis iniuria, quòd inde non ſequitur mors,vel membri mutilatio:quòd ſatis puto quoad legati pote-
e ſtātē.arg.ff.de ædil.edict.l. ſi is cui dens.alij contrà [e]. Non ſolùm aūt poteſt legatus de latere excōmunicatos abſoluere:imò etiā abſoluti ab aliis in caſibus à iure cōceſſis remittuntur ad eum, ſi-
9 cut & ad Apoſtolicam ſedem:vt in præ Dec.ea noſcitur.† ¶Sed an tunc poterit mandata iniungere illis, qui non ſunt de ſua legatione, qui ſic abſoluti remittuntur ad eum videtur ꝙ ſic : quia cū poſſit eos abſoluere & per conſequens eis mādare:ergo multò fortius abſolutis poterit mādatū facere.arg.l.di.accedens.ibi, & in hoc tuæ fraternitatis,&c.C.de epiſcop.& cleri. Auth.interdicimus.& hoc quidam tenent. Alij dicunt,quòd ex quo abſoluti ſunt,cum amplius nō ſint in periculo,non remittuntur niſi ad papam,vel ad propriū legatum,ſi in illa prouincia aliquis ſit legatus. Quod enim legatus poſſit extra prouinciā ſibi decretam abſoluere,hoc inductum eſt propter periculum moræ:& mandata dare eſt acceſſorium abſolutioni. Quanuis ergo ea dare poſſit acceſſoriè,non tamen principaliter poterit. Prius tamen dictum be-
f nignius eſt:& ſatis per præd. Decret.ea noſcitur comprobatur [f]. Et ſunt hæc in arg.quòd legatus non poteſt diſpenſare cum illis, quos abſoluit ſuper irregularitate, quam adminiſtrando in ſuis officiis contraxerunt.quod dic vt j.§.conſequenter.verſ.quid ſi. ¶ Sed nunquid legatus cōſtitutus extra prouinciā ſibi decretam exiſtens,poterit de conſenſu ordinarij,ad cuius diœceſim tranſit ibi abſoluere excommunicatos propter violentam manuum iniectionem? Videtur quòd non.cùm enim ipſe ordinarius hoc nō poſſit:vt extr.de ſentent.excōmunic.peruenit.non poterit alteri dare licentiam hoc faciendi:vt i.q.ii. Daibertū.extra.de donat. inter vi.& vxo.nuper.Quidam tn̄ dicunt, ꝙ poteſt: nam de conſenſu illius poteſt ibi pro tribunali ſedere,& cōtentioſam iuriſdictionē exercere.arg.extr.de app. Rom.& de foro cōp.Romana. lib.vj.& ſ.ver.& breuiter.Quod ſatis admitti poteſt in ſubditis ſuis.Si enim poteſt ordinarius ei concedere, quòd ibi ſubditos ſuos iudicet & illum ſuum vicarium facere:multò fortius concedere poteſt de ſubditis ipſius legati.Melius tamen facit legatus,ſi extra ſuam prouinciā hoc non faciat: vt iij. q.vj.peregrina.& ſi ſuis terminis ſit contentus.extr.de ſepul.c.1.24. quæſt.3.transferunt.
10 † ¶Sed quæritur, vtrū legatꝰ poſſit abſoluere capientē ſe? Io.no. xciiij.diſt.

ADDITIONES.

a Iudicare. ¶ Inter ſubditos ꝯſentientes: quia extra territoriū, &c. de conſti.c.2.lib.6.& ſic eſt in epis, ſaluo quod habetur in cle.de foro competen.quāuis.& vide quod ibi not.in §.eiſdē.in j.gl.Adde,an legatus in trāſitu poſſit dare mandatum Apoſtolicū abſoluto ab epo in caſu neceſſitatis,quemadmodū & abſoluere.Vide do.Abb.Sicu.in c.ea noſcitur.extr.de ſent.excom.

b Secundū Ioan. ¶Cuius dictum ponit G.eo.tit.nouit.ante fi.

c Nuper. ¶ Ad prædicta facit, qd ſcripſi de inſtit. ex frequentibus. in fin.& de præb.graue.in fi.

d Perlectis. ¶Quam hodie nō habemus:& omnino vide qd ſcripſi in præ.Decr.peruenit.ſuper gl. Adde tu,ꝙ Ab.Sicu.tenet, ꝙ legatꝰ poſſit abſoluere in huiuſmodi caſu,in quacūq; leſione ēt enormi.in c.ad eminentiam.et in c.quod de his. extr.de ſent. excom.

e Alij contrà. ¶Vide quæ ſcripſi de ſent.excom.ad eminentiam.

f Comprobatur. ¶Vt ibi ſcripſi in vlt.gl.licet hæc opinio ſit benignior:tn̄ contraria verior. Nec ob.dec.eos.de ſen.exc.lib.6.cùm tex.ibi nō dicat abſolutū adire debere eū qui abſoluere poterat: ſed eum,qui abſoluere debeat vt ibi dixi.

xciiij.dist.c.2.quòd sic:vt extrà.de sent.excõicat.ad eminentiam. arg.tamen contrà: quia non debet esse iudex in propria iniuria.
a 23.q.1.c.j.& 3.q.v.quia suspecti.resp.j. [a] ¶Sed nũquid potest legatus extra prouinciã existens excommunicare? Dic ꝙ non: vt extr.de offic.legat.nouit.quia excommunicatio causæ cognitionem requirit,sine qua ferenda non est:vt ij.q.j.nemo.& 11.quę. 3.nemo episcoporum. Vnde ferenda est à iudice pro tribunali sedente:vt 2.q.3.c.si quem pœnituerit.§.si quis,3.quæst.3.c.induciæ.§.spacium.ver.à iudice. Sedere autem pro tribunali non potest in alterius prouincia,nec ibi aliquid disponere:vt in præd.ca. peregrina.11.quæst.1.si quisquã.& ca.peruenit.extr.de paroch. nullus.ix.quæst.ij.episcopum.21.dist.deniq;.ff.de off.de bon.authorit.iudi.pos.cùm vnus.§.pen. Alij dicunt contrà:vt 11.qu.3.
b si episcopus fortè [b]. sicut Apostolus excommunicauit Corin-
c thium absentem.ext. de app.cum sit Romana.in fin.xj.q.iij.audi. ix.q.iij.c.fi.& hoc põt verum esse secundum dominummeum [c]. in notoriis,in quib.causæ cognitio nõ requirit̃.vt in prox.conc.
11 & extr.de iureiur.ad nostrã.iij.de fil.presbyter.quoniã.† ¶Illud etiã quæritur vtrũ legatus cõstitutus possit absoluere subditos suos, qui extra prouinciã suam deliquerunt: nunc verò ad illam reuersi,ab eo petunt absolui.Et videtur ꝙ nõ,cũ nequeat absoluere suos subditos extra prouinciam suam existentes,nec infra illam aliunde venientes:vt in præ.Decret.excommunicatis.argu. contrà:quia eius subditi sunt,& in sua prouincia absolui petunt:
d vt in eadem Decre. Super hoc dixit dominus meus [d], quòd non potest:nam talis potest iudicari aliunde veniens,cùm ratione delicti factus sit de foro eius,in cuius iurisdictione deliquit:vt extr. de foro cõpe.cùm cõtingat.& c.fin.C.vbi de cri.agi oportet.Authen.qua in prouincia.C.vbi sena. vel cla.l.j.iij. quæst.vi c.j.& ab illo potest excommunicari:vt extr.de rap.cap. primo. Hæc solutio probatur extra de sentent.excommunicat. officij.Quod euidentius apparet,si ponas duos legatos eiusdem generis, & subditus vnius in alterius prouincia delinquat.Nam indubitanter is in cuius prouincia delinquit,absoluere poterit. Et hac etiam ratione dici potest, quòd aliundè veniens, & in sua prouincia delinquens poterit per eum absolui: vt ff.de offic.præsid.l.iij. versicul. habet. Alij verò dicunt, quòd potest absoluere suos prouinciales extra suam prouinciam delinquentes.argument. decimasexta. quæst.prima.cap.placuit.j.Vnde secundum eos vnus legatus absoluere poterit ratione domicilij,alius verò ratione delicti:secundum ea quæ not.in præ.cap. placuit. sed secundum dominũ
e meum [e] non est hæc mens Apostolica.extra.eod.volentes.quia sic fines prouinciarum confunderentur:quod esse non debet:vt dixi. 11.quæst. 1.peruenit.& extra.de paroch. super eod. argum. tamen contrà, quòd in præmisso casu vnus non possit sine reli-
f quo absoluere.extrà.de sentent. excommunic.cum illorum [f].†
12 ¶Quid si læsus legato de latere cardinali extra fines legationis occurrit,dicens,Domine non debetis hunc absoluere, nisi satisfactione præmissa:offero libellum: peto tantùm pro iniuria mihi irrogata. Nam non solùm verbalis, verùm etiam pecuniaria est satisfactio facienda; vt probatur extrà, de sentent. excommuni.parochianos.& c.ea noscitur.17.q.4.si quis deinceps,nec teneor,nec volo sibi remittere satisfactionem:vt legitur &not. xc.distinctio.si quis contristatus.Quid faciet legatus?Non enim potest extra prouinciam sibi decretam causam hanc diffinire,neque ius dicere.ff.de iurisdictione omnium iudi.l.fina.Super hoc
g dicit dominus me⁹ [g],quòd debet scribere ordinario,vt iure suo hoc audiat, & diffiniat vice legati, excommunicatum absoluat, vel si periculum sit in mora,statim illum absoluat:vt ext.de senten.excomm.sacro.Et mandabit illi,vt ad arbitrium ordinarij satisfaciat:alioquin in eandem excommunicationem illum reducat: sic enim curia seruat. Quid si legatus existens in ꝓuincia sua aliquem excommunicauit: nunquid postquam est illam egressus,poterit illum absoluere? Dic quòd non. Nam exeundo prouinciam priuatus est dignitate.ff.de off.præsi. l.iij. & statim expirat eius iurisdictio.extr.de offic.legat.nouit.& cap.fina.absolutio enim causæ cognitionem requirit,vt dixi.quod verum est,quando exit prouinciam reuocatus, & animo non redeundi: aliàs secus.Non enim videtur diuertisse,qui incontinenti reuertitur:vt
13 j.§.proximo,vers.ij.Papa dixit,quod † si legatus exit,etiam non animo deserendi legationem, non tamen poterit extra prouinciam existens excommunicare sine licentia episcopi diœcesani: sed cum illa sic:vt s.versicul. sed nunquid potest. & versicul. sed nunquid legatus.Potest tamen absoluere,vbi suum errorem recognoscit sine causæ cognitione,propter periculum excommunicationis.argumen.extr.de sentent.excommunic.sacro.§.si verò iudex.Si autem aliquem denunciasset excommunicatum propter violẽtam manuum iniectionem, potest bene egressus prouinciam illum denunciare.Nam denunciatio non ligat.extrà.de appel.pastoralis.& de senten. excommunic. cùm non ab homine.& c.sequen. denunciator enim non est pronunciator, sed est latæ sententiæ declarator.extr.de elect.venerabilem.§.obiectio-
h ni.de app.nouit [h].ff.de test.hæredes.in fin.extr. de testi.cogend.
14 præterea.§.fi.† ¶Delegati autem ab eo post eius ingressum possunt excommunicare, & absoluere, & de causis cognoscere, si cœperunt ante egressum illius vti iurisdictione.extr.de offic.ordin.c.fi.ab eis appellabitur ad papam, vel ad successorem illius legati. Causam verò à se inchoatam non finiet legatus post egressum,sed successor, ipsius vel papa,qui intelligitur eius successor ex quo alium non dat.ff.de iudiciis.mortuo.extr.de eo.qui mit.
15 in pos.cùm venissent.extrà.de offic.ordin.pastoralis. † ¶Sed an poterit legat⁹ post egressum de prouincia intra annum exequi suam sententiam?respon.non, secundum præmissa: nec est contra.extrà,de offi.deleg. quærenti.quæ loquitur in delegato.legatus autem ordinarius est:vt suprà,§.superest. versic. quid de sententia. Alij autem dicunt idem iuris esse in delegato,& in legato argument.in præ.Decret.pastoralis. §.j. quòd videlicet vterque post sententiam retineat iurisdictionem intra annum quod non
i puto [i]:quia legatus exeundo prouinciam sibi deputatam animo non redeundi, nullam retinet iurisdictionem, imò fit priuatus, vt dixi.Dominus meus dicit,quòd ordinarius potest exequi sententiam legati, de qua nullum est dubium:& coram eo proponi poterit actio iudicati.argum.ext.de off.leg.c.j.& de off.ord.ca.si-
16 gnificauit.de foro cõpet.postulasti.ff.de re iudi.à diuo. † ¶Sed pone.ꝙ non subditi,videlicet de aliena prouincia,super quæstione.quæ inter eos vertitur iurisdictionem legati in se prorogant, & legatus incipit de illa cognoscere: nunquid eo reuocato talis iurisdictio prorogata expirat?Idem etiam quæri potest de episcopo,cuius iurisdictio prorogata est:si ipse postmodum ad aliam ecclesiam transferatur.Et videtur ꝙ duret iurisdictio prorogata ex quo incœpit ea vti priusquam ordinaria finiretur.arg.extr. de offic.deleg.gratum.& c.licet.potius enim videtur fuisse electa persona,quæ superest, quàm iurisdictio,quæ defecit.arg.extr.de offic.leg.c.j.& de offi.deleg.c.fin.§.his autem.ad si.extr. de arbit.ex parte.§.fin.& c.à nobis.extrà.de test.requisisti.ff.de leg.iij.si quis concubinam.§. penul.arg. contrà: quia iurisdictio ordinaria erat principalis:prorogata verò accessoria.Perempta igitur ordinaria videtur perimi subrogata.ff.de regul.iur.cùm principalem.extr. de electio.qualiter.ad fin.& de fide instru.inter dilectos. §. cæterùm.in fi.Ad hoc facit j.q.j.cùm Paulus.lxviij.dist.quorum vices. in fi.xxv.q.ij.c.fi.extr.de app.cùm cessante.cùm concor. ff.de pu. si ergo.§.idem ait:si ædibus emptis.de vsufr.si à Titio,ad fin.Pro & contrà etiam facit ff.eo.item si fundi. §.huic vicinus.ff.de ver. obl.l.inter stipulantem.§.sacram. ¶Super hoc no.dñs meus ex-
k tr.de offic.leg.nouit [k].ꝙ iurisdictio dignitatis prorogata,suppresso proprio nomine legati, vel episcopi, omnino expirat quantũ ad personam iudicis prorogati:ille enim ad successorem transmisit:vt extr.de offi.ord.pastoralis.§.j. prope fin. Si autem fuit proprium nomẽ eius expressum: tunc videtur ꝙ eum iurisdictio sequitur prorogata.arg.ff.quib.mo.vsusf.amit.quid tamen. j.resp. nisi propter crimen vel aliam causam famosam remotus sit,quæ ipsum ad iudicandum inhabilem reddit:vt iij.q.vij.iudicet.extra. de rescrip.sciscitatus.Sed contra hoc vltimum membrum facit, quia prorogari non potuit iurisdictio proprio nomine expresso tacita dignitate:quia non tanquam Petrus, vel Martinus iurisdictionem habet,sed solum ratione dignitatis, & priuato tum consensus eum iudicem non facit,qui nulli preest iurisdictioni:vt ff. de iud.

ADDITIONES.

a Respon.j.¶Delegato cardinali,tene q̃d dicit dec. Felicis.de pœnis.libr.vj.& de non cardinali tamẽ epo,tene quod habes in cle. de pœnis.si quis suadente. in neutro istorum obstat contrarium quia cũ null⁹ absoluatur,nisi hoc petat.xj.q.iij.plerũq;. & c.cùm aliquis.de eo qui dux.in ma.significasti petens p eũ absolui.ꝯsentit eũ esse iudicem.& sic cessat suspicio. de re iu.inter.cum conc.

b Fortè.¶Ad hoc capitulũ & rationẽ sequentem,respõde vt scripsi in decre.præ.nouit.super gl.j.

c Secundum Dominũ meũ.¶Eo.tit.nouit.vt ibi scripsi.super j.gl.

d Dixit dominus meus.¶in Summa eodem.tit.§.pen.

e Secundum dominum meum.¶in Summa eo.ti.§.pen.

f Illorũ.¶§.si verò.sed de religiosis loquit̃,q fortius adstringũtur abbati, quam prouincialis legato. Item vide quod ibi dixi post Host.super secunda gl.

g Dicit dñs meus.¶Qui hoc not.eo.tit.officij.lib.vj.& vide quod ibi scripsi super glo.tria genera.

h Nouit.¶Item scripsi hoc eodem tit.nouit.super fin.primæ glos. secundum Goffr. Iac.& Host.

i Non puto.¶Idem Inno.vt scripsi eod.tit nouit. super prima gl. vbi etiam inuenies id,quod sequitur.

k Nouit.Vbi vide in gl.quid sit.

de iud.l.j.& ij.in prin.extrà.de foro cõpet.significasti.C.de iu.om. iud.priuatorum.De hoc ĩ.cõpe.iud.aditio.§.j.ver.qd si duo. Vltimò nota,ꝙ legatus in plurib. prouinciis pt causas vnius prouinciæ in alia tractare:vt extrà.de offi.leg.nouit.

Potestas legati,seu eius iurisdictio qualiter finiatur.

SVMMARIVM.

1 *Legatus à principe,si exierit,non debet absque speciali mandato redire.*
2 *Legatus generalis missus ad aliquam prouinciam,si papa moritur eo exercente iurisdictionem,an vlterius poterit de causis cognoscere.*
3 *Concessio papæ de puniendo abusores literarum Apostolicarum,an expiret moriente papa.*
4 *Legatus non est admittendus absque literis legationis,nec cum alio signo missus,tanquam legatus est habendus.*
5 *Vacante sede Apostolica,an cœtus cardinalium reuocare possit legatos à papa. Minor aliquando reuocat factum maioris.*
6 *Legatus de latere si facit constitutionem de non recipiendo beneficium ecclesiasticum,nisi cum residentia sub pœna excommunicationis,an contrà faciens teneatur:vide casum Metropolitani.*
7 *Princeps mittens posteriorem legatum ad aliquã prouinciam,non videtur prohibere priorem.*
8 *Legato præterito debetur reuerentia in memoriam pristinæ dignitatis.*

8.§.Finitur aũt legati iurisdictio quatuor modis principaliter.¶Primò tempore, quando videlicet ad tempus datus est.ar.ff.de arbit.si cùm dies.§.si intra diem.& extrà. de offi.dele.c.de causis.¶Secundò reuocatione,ex quo videlicet reuocatus,vel alio modo prouinciam egreditur non reuersus. ff. de offi.præsi.l.iij.§.j.respon.j.extrà.de offi.leg.nouit.& c.fi.ff.de iudiciis,iudicium soluitur.& tunc finit̃ legatio quoad se, sed non iurisdictio in causis cœptis per alios,quibus eas delegauit:& intellige causas cœptas esse per solum citationis edictũ:vt extrà.de offi.
a leg.gratum.C.de liti.Authen.litigiosa[a].Causas autem inchoatas ꝑ se,vel per auditores curiæ suę perficere nequit,postquam reuocatus vel egressus est:cum desinat esse legatus,& factus sit priuatus. ar.ff.de suspe.tu.l.hęc enim.ar.tamen quòd etiam egressus retinet iurisdictionem,licet eã exercere non possit.s̃.§.superest.versi. sed pone quod iura.& seq.sed si egreditur:vt statim reuertatur, iurisdictio intermittitur,ñ finitur.Et secundum hoc intellige.ff.de offi.præfect.vrb.l.fi.& extrà.de offi.leg.c.fi.&c.excõmunicatis. Nec enim videt̃ egressus,qui statim reuersurus est.ff.de diuor.l.diuortiũ.quæ est de pœn.dist.i.& ff.de in rẽ verso.l.si pro patre.§.si nouissimi.& extrà.de ver.sig.nã & ego.s̃.§.superest. versi. sed quid si secundus.Superflua ergo videtur indulgentia,quam quidã legati obtinent:vt si contigerit eos propter aliquam causam exire prouinciam suam,reuersi ad illam possint hoc nõ obstante legatiõis officium exercere.argum.tamen quòd sit necessaria,in qua etiam
1 nota.suprà.§.superest.ver.item præses.†Sed si vocatus à principe exierit, non debet absq; speciali mandato redire.Quid ergo si legatus reuocatus fortè,vel ob aliam causam , prouinciam egreditur animo non redeundi:sed audita morte papæ potius vult in loco pascuæ manere,quàm ad sedem Apostolicam redire:nunquid poterit ad prouinciam redire,& ibi legationis officium reassumere?Responsio patet ex præmissis,quòd non:nam egrediendo illã animo non redeundi , priuatus est dignitate & exercitio iurisdictionis.ff.de offi.præsi.l.iij.suprà.§.nunc dicamus.ver. quid si legatus.vel dic vt suprà.§.superest.ad fi.ver.sed pone quod iura. & sequen.¶Tertiò , ex quo aliquod negotium retulit ad Apostolicã sedem,quoad illud negotium eius iurisdictio est finita:vt s̃.§. nũc ostendendum.ver. xxxiij.vbi etiam alij modi ponuntur.¶Quartò morte ipsius legati,vel illius,qui eum misit:& hoc quando personalis est legatio,secundum dominum meum,extrà.de præsumpt. mandata.non tamẽ,quoad causas cœptas:vt in præ.Decr.gratum & eo.ti.relatum.quia quoad illas remanet legatio,non obstante morte mittentis:si autem ratione dignitatis competit legatio,
2 tũc morte alterius non expirat,vt extrà.de offi.leg.c j.† Pone ergo,ꝙ legatus generalis missus est ad aliquam prouinciam, eo ibi exercente iurisdictionem,papa moritur:quæritur vtrum vlterius poterit de causis cognoscere,per app.vel per simplicẽ querelam? Et videtur ex præmissis,quòd non.Super hoc no.Ioan.de Deo in
b quæst.suis[b]. quòd poterit, ex quo in vniuersum incœpit vti sua iurisdictione:sicut aliàs dicitur in iudice dele.in cuius commissio ne continetur clausula illa,quidam alij & rebus aliis. quia si quoad expressa viuente mandatore perpetuatur iurisdictio: & quoad contenta sub prædictis clausulis intelligitur esse perpetuata: vt legitur & no.extrà.de rescr.pastoralis.Goffr. autem nota.in summa sua,eod.titu.id quod do. meus.suprà.versi.prox.dixit,quòd videlicet morte mandatoris expirat legationis officium, nisi quo ad causas cœptas.Papa verò not.extrà.de offic.lega.licet.quòd iurisdictio legatorum Apostolicæ sedis,& etiam aliorum durat etiam post mortem eius,qui eum misit:& hoc puto simpliciter verum esse:& sic seruari videmus,arg. extrà.de in integ.resti.tamen ex literis.prope prin.ibi:officium legationis denuò,&c.secundum qd̃ dictio illa denuò,determinat verbum illud commisit,quod ibi sequitur.Et enim legatus Apostolicæ sedis,vt patet in omnibus iuribus de hac materia loquentibus,& illa nũquam moritur, vt xij. q.ij.liberti.ij.Hoc hodie expeditum est per constit. Clementis pa
c pæ IIII.eod.ti.ex parte[c].vbi dicitur,quòd legatus ordinarius est sicut & proconsul,& alij prouinciarum rectores: vnde non expi-
d rat obitu mandatoris.Idem etiam videtur secundum Vincen[d].in quolibet cui causarum vniuersitas ĩ genere commissa est,vt morte mandatoris eius iurisdictio non expiret: vt ff.de iur.om.iudi. &
3 quia.¶Sunt†hæc in argum.ad quæstionem illam,de qua peritos dubitare vidi:si papa concessit alicui,quòd possit punire in sua diœcesi,vel prouincia abusores literarum Apostolicarum : vtrum mortuo ipso papa concessio huiusmodi expiret?Et sunt in arg.ꝙ non.Ad idem extrà.de conces.præben.quia cunctis. quod indubitatum est quoad causas cœptas:vt s̃.ar.contrà.ĩ.§.videndum.ver-
e quid si is cui[e].Sed quid si papa mittens legatũ prius moritur , quã legatus intret prouinniam sibi decretam?Videtur ꝙ expiret lega-
f tio:ar.ff.de off.proconsul.l.iiij.§.fin.quod verum.credo[f].arg.tñ ĩ.
4 extrà.de ele.in causis.§.fi.extrà.de offi.de leg.gratum. † Sed pone de facto,papa de consilio fratrũ suorum misit legatum ad partes vltra marinas,& in Franciã,signo crucis ei dato: de legatiõe tamẽ transmarina nulla litera facta fuit.Dum intrasset regnũ Francię,& cœpisset vti legationis officio,prædicando crucem,homines cruce signando,& aliis modis,mortuus est papa:quæritur,vtrum saltem quoad terrã vltramarinam,legatio expiret? Et videtur quòd sic:quia quo ad illam res est integra.extrà.de off.del. gratum.& c. relatum.& c.licet.instit.man.§.rectè.& quia sine litera delegationis non est admittendus tanquam legatus:vt s̃.§. superest. versic. quid si legati.& ver.sed nunquid sufficit.argum.contrà,quia non est res integra,cùm iam legatus sit cruce signatus,& se præparauerit ad transfretandum.C.de in inoffi.test.si pater.ff.de cond. causa data.si pecuniam.& l.dedi. Legatio enim Franciæ,qua vsus est, ꝑparatoria est ad aliam.arg.ff.de procur. l. ad rem mobilem. & l.ad legatum.vel ei connexa.argu.ff.de neg.gest.eum actum.ff.de mino.etiam si patre.§.j.Hinc est,quòd legatus in pluribus prouinciis negotia vnius prouinciæ potest in alia tractare: vt extrà.de offic. leg.nouit.Præterea hoc non videtur simplex mandatum,sed potius iussio siue præceptum,quod etiam re integra non expirat:vt in Auth.coll,ix.vt nulli iud.§.ad hoc verò iubemus.§. si verò etiã præcepta.Et hanc sententiam dominus meus amplectitur:vt no.
g in præ.Decre.rum ex literis g.†¶Sed nũquid sede Apostolica va
5 cante,cœtus cardinalium potest reuocare legatũ à papa missum? Videtur ꝙ nõ.arg.extrà.de ma.& obe.cùm inferior. ff.de mino.l. minor magistratus.Cùm enim à papa de cõsilio cardinalium missus fuerit,necesse est,quòd ab omnibus reuocetur,ar. extrà.de regulis iur.c.j.ff.de pac.ab emptione.Expectetur ergo successor: vt extrà.ne se.va.c.j.ar.contrà.extrà.de ma.& obe.his quæ.& c.cùm
h olim.super hoc no.dominus meus[h], ꝙ reuocare potest ex magna & euidenti causa non aliter.Bene enim reuocat aliquando mi
i nor factũ maioris.l.dist.accedens[i].Item aduentu legati maximæ auctoritatis,cæteri suspẽdunt̃.extra.c. volẽtes. ergo multò forti⁹ aduentu papæ:vt extrà.de priui.antiqua.§.dñicæ.De quo dic plenè,vt s̃.§.supest.ver.illud est.& ver. seq. Itẽ quã citò portã Romæ ingreditur,imperium deponit,& non prius:sicut nec proconsul. ff.de offic.proconsul.l.fi.j.respon.non tamen imperare potest,nisi in prouincia sibi decreta,quantum ad exercitium. vt eod. titu.l. j.& fin.Nam extra prouinciam existens & reuocatus,priuatus est, quoad

ADDITIONES.

a Litigiosa.¶Fuit quæstio disputata , quid si citatio prius fuit commissa,sed pòst facta.quam posui eo.ti.c.vlt.in vlt.gl.
b Quæstionibus suis.¶Lib.j.q.ij.
c Ex parte.¶Quam habes,quo ad mentem.eo.ti.c.ij.lib.vj,
d Secundum Vincen.¶eo.tit.relatum.
e Is cui.¶Vide quod ibi dicam.
f Credo.¶Contrarium no.e.ti.c.fi.lib.vj.in gl. pen. contraria autẽ, quæ sequuntur inducit ad id,quòd res non erat integra.
g Literis.¶Ibi scripsi super verbo,denuò.
h Nota Dominus meus.¶vbi s̃.
i Accedẽs.¶Hodie nõ possunt, ꝑ cle.de ele.ne Romani.ver.irritũ.

quoad exercitium imperij: vt s. versi. quid ergo. Vidi tamen dominum Rodulphum bonæ memoriæ. Alban. episcopum de legatione Apuliæ redeuntem, cùm intraret ciuitatem Viterbiensem, vbi dñs papa Clemens erat erat præsens, per vias, & vicos populo benedicere: cùm tamen ibi Roma sit, vbi papa est: vt xciij. dist. legim' prope fin. sed illud fit de consuetudine, vel mandato domini papæ potius, quàm de iure. Quamuis autem prædictis modis finiat legatio, statuta tamen per legatum facta perpetuò durant. s. §. re-
6 stat. ver. potest etiam. † ¶ Sed pone, legatus de latere facit constitutionem, quòd nullus reciperet beneficium ecclesiasticum, nisi ibi faceret residentiã personalem: alioquin dans & recipiens ipso facto esset excommunicatus: constitutio tamen non fuit in scriptis redacta: processu temporis, postquam legatus exiuit prouinciam, metropolitanus eiusdem prouinciæ fecit se eligi in canonicum cuiusdam ecclesiæ contra constitutionem legati: quæritur vtrum sit excommunicatus? Ioann. de Deo notat in quæstionibus
a suis[a], quòd sic: si is audiuit vel aliquo modo sciuit cõstitutionem
b promulgatam fuisse. extrà. de post. præla. c. j.[b] ar. contrà: quia sententia excommunicationis ferenda non est sine scriptis: extrà. de treu. & pa. c. j. extra de senten. excom. c. cùm medicinalis. respon. j. Item episcopi & superiores non incurrunt sententiam suspensionis generaliter prolatam, nisi expressim in sententia nominẽtur: secus in excommunicatione. extr. de senten. excom. c. quia periculosum. lib. vj. ¶ Sed nunquid legatus de latere, seu etiam constitutus, potest renunciare legationi, & recedere de prouincia sibi cõmissa & redire sine licentia illum mittentis? Respon. non. ff. de ori. iu. l. ij. §. & cùm placuisset. Nam & legatus Cæsaris abdicando se ñ amittit imperium: vt ff. de off. præsi. l. pen. & ar. in concor. positis, s. §. nunc ostendendũ. ver. xxj. & vj. q. iij. deniq;. xvij. q. vij. Gonsaldus. imò punitur voluntariè deserens: vt ff. de legationibus. l. j. vnde quidam legati ad cautelam indulgentiam obtinent, vt peractis
c negociis sibi impositis[c] possint redire alia licentia non petita, iux-
d illud[d], Tempus est vt reuertar ad eum, qui me misit. † ¶ In summa
7 notandum, quòd princeps mittendo posteriorem legatum ad aliquam prouinciam, non videtur prohibuisse priorem. ar. xxv. q. ij.
e in Galliarum. prope fin.[e] & argu. ff. de leg. l. ij. §. cessatio sicut aliàs simile contigit in duobus tutoribus: vt C. de testa. tu. l. ij. Secus autem est in procuratore: vt ff. de proc. si quis cum procuratorio. §. fi. & extr. eo. ti. non iniustè. Ad idem extr. de offi. deleg. pastoralis. §. præterea. sed nec legatus reuocatus deponit imperium, & officiũ legationis: nisi velit prius, quòd ei substitutus prouinciam ingrediatur: vt ff. de off. procon. meminisse. respõ. j. ff. de off. præfe. Aug.
8 l. vnica. † ¶ Item nota quòd ei, qui semel fuit legatus, semper reuerentia debetur in memoriam pristinæ dignitatis. hinc est quòd eum, qui prouinciæ gubernaculis comes primi ordinis esse meruit vicariæ dignitatis, post depositã administrationem priuilegio frui oportet: vt C. de comitibus q prouinciam regunt. l. vnica. lib. xij. cum suis concor. & ar. extr. de foro compe. ex parte. in fi. & de episcopo qui resig. episc. ca. j. de transl. inter. Nec est omittendum, ꝙ defuncto vel reuocato legato, successor eius in legatione, vel dominus papa tenetur beneficiare & remunerare seruitores & socios legati, quos ille non remunerauit. arg. ff. de off. asses. diem. vbi dicitur, diem functo legato Cæsaris, salarium comitibus residui temporis debetur. & ar. xij. q. ij. hæc huius placiti. & ca. quicunque suffragio. & c. seq. Et iunge hic quod no. s. §. nunc dicamus. ver. qd si legatus. & seq.

ADDITIONES.

a Suis. ¶ Lib. j. q. iij.
b c. j. ¶ Hanc quæstionem plenè videas super regula, nemo põt. de reg. iur. lib. vj. & ibi in fin. respondetur ad sequens primum contrarium; secundum non ob. vt ibi in contrario no. in gl. secus.
c Impositis. ¶ Quandoque limitatur tempus: puta post annum. & sic habuit dominus Tornacen.
d Illud. ¶ Tobiæ xij. ad fin.
e Prope fi. ¶ Vbi idem no. Io.

¶ Bald. de Legato.

LEGATVS potest punire eos, qui in eum vel suam familiã delinquũt, in §. legatus. ver. sed nunqd. G. quid quasi honor papæ legato, seu proconsuli eius debetur: & non aliter creditur iudicaturus pro luce suæ sapientiæ. l. j. ff. de off. præfe. preto. Vide de hoc in l. fundi. per Barr. Item quia iste non habet superiorem nisi principem, quẽ adire difficile est, cum procul mittantur. Item isti non habẽt tẽpus determinatũ: & ideo pro ppetuis sunt habendi. ff. de excusa. tuto. l. iurisperito. Secus in præside prouinciæ, qui eligitur ad tempus taxatum. ff. de iurisd. om. iud. in l. qui iurisdictioni. ff. de off. præsi. l. senatusconsulto. cum sim. Econtrà si sua familia delīqt possunt eã punire, si sunt perpetui officiales. Sec' in tẽporalib. ff. de pœnis. l. si quis fortè. §. si quos. nã qui dicit quòd possit cõdemnare, dicit quòd possit absoluere. Sed hoc est incõueniens: quia esset fortè minus gratiosum. Bal. ¶ Legatus non potest ordinem iudiciorum immutare, in §. superest. ver. sed nunquid. G. procedendo vel cõmittendo. vide j. eo. ver. potest legatus. statuendo tic. l. j. ff. de fer. Potest ad legatũ papæ appellari, omissis mediis. ver. illud aũt. G. ¶ Quando legatus facit illud quod non est de natura legationis cõmissæ, sed est de speciali priuilegio suæ personæ, vt de dispensando, vel similia: oportet quòd appareat hoc sibi fuisse cõcessum p tenorẽ literarũ dñi papæ. in ver. ꝯsulo. Igitur sufficit, ꝙ in literis cardinalium tenor papalis ꝯcessionis inserat. ar. ff. de admin. tut. l. chirographis. in prin. j. e. §. ver. creditur quoq;. G. ¶ Potest legatus perpetua statuta facere in prouincia sibi decr. ver. pone etiã G. Potest etiam perpetuò inhabilitare culpa suggerente. Sed ex mero animi motu, & extra ordinem, durante sua legatione duntaxat. ver. sed nunquid potest. G. vide s. e. §. ij. & j. e. §. penult. De re ꝯfirmata per papam inferior non cognoscit sine speciali mandato: vt no. c. fi. de consue. lib. vj. in nouella. Quam potestatem habet legatus circa interdicta. ver. vtrum legatus. & ver. seq. G. Legati debẽt sequi stylum curiæ: qa stylus fundatur super iure, vel iuris ĩterpretatione. e. §. ver. vlt. consulo. ¶ Vnus legatus factũ alterius prędecessoris etiã minoris auctoritatis prosequitur, & exeqt. ver. sed an secundus. G. ¶ Legatus ante ingressum prouinciæ, nil mãdare pt, si est ibi alius legatus: ver. sed iste. G. ¶ Licet legatus de vna prouincia vadat ad aliam, in qua habet eandem legationem: tñ potest negotia vnius prouinciæ in alia tractare & iudicare. ver. item quid si iste. G. ¶ An legatus possit beneficia conferre, vel suæ collatiõi reseruare, & de eius auctoritate receptis, & qui potiores in præbẽdis habeantur. §. nunc tractemus. G. ¶ Papa est ipsa sedes Apostolica, nõ dico personã Vrbani: sed ipsas dignitas sibi annexa: reseruata autem collationi sedis, si pertinent ad legatũ de latere. ver. sed nunquid potest. G. vide j. e. §. sibi. ¶ Auctoritate legati potest rũpi numerus ẽt, iuramento taxatus. G. quoad robur receptionis, non quoad excusationem periurij, etiam si papa confirmauit taxationem. Et addit nõ valere, si ꝯ fiat. ver. sed & si. G. Nam Decretum ꝯfirmatiõis in fauorem eorum appositum, habetur pro priuilegio, cui pt renunciari. ar. no. C. de test. l. omnium. no. B. ¶ An processus legati expiret, expirante legatione: ver. curiales. G. ¶ In literis bñficialibus nomine consuetudinis præscripta tantũ significat: vt no. in c. vlt. de consuet. in cle. Consuetudo, q̃ dat alicui præbendam, videtur sibi dare licentiam possidendi: vt no. in d. c. vlti. de consue. in clemẽ. Inhibitio habet vim suspensionis: & ideo ordinarius interĩ nõ confert. e. §. ver. fin. G. De constitutione execrabili, quæ est odiosa, & non habet locum nisi in casibus ibi expressis. e. §. ver. ille. G. ¶ Quæcunq; sunt reseruata papæ vel sedi, sunt interdicta legato, & sunt expressa, vt in §. nunc ostendendum. G. ¶ Legatus potest vnire ecclesias inferiores eiusdẽ diœcesis. & diuersarum, sine præiudicio iuris episcopalis. versi. verò. G. ¶ Clausula, Supplentes de plenitudine potestatis, excludit defectus solennitatis, non inhabilitatis, vel natiuitatis, vel alios naturales defectus. ver. & nota ꝙ si clausula. Quod est no. dignum. ¶ Legatus potest omnia, quæ possunt episcopi, patriarchæ, & cæteri de iure & consuetudine: tñ multũ ardua non debet inconsulto principe determinare: licet ñ sint per casum legis papæ reseruata. ver. legatus generaliter. G. hęc enim quæ sunt quasi paria, reseruata per similitudinem, pro reseruatis habentur. Nota ergo, quòd prælati tenent seruare bonas cõsuetudines locorũ. ff. de offi. proconsul. l. obseruare. & l. fin aũt. Bal. ¶ Vbi est papa, ibi sunt limina Apostolorũ. ver. illud aũt. G. s. quodam intellectu. ff. de reli. l. ossa. vide s. in §. papa. Bal. ¶ Quod legati possunt absoluere. in §. nunc dicamus. ver. breuiter. & multis vers. seq. G. ¶ Vtrum sicut vnus potest condemnare ratione originis vel domicilij, alius ratione delicti: vt l. j. C. vbi de crimine agi oportet. ita econtrà absoluere. ver. illud etiam quæritur. §. nunc dicam' & sentit quòd non. G. ¶ Verbum sum, es, est, significat originem, indefinitè prolatũ. C. de excusa. tutorum. l. testamento. not. ¶ An iurisdictio prorogata in legatis expiret vna cum legatione? versi. sed pone, quod subditi. G. ff. de capi. dimi. l. tutelas. Cy. ¶ Legatus est ordinarius, & non expirat eius iurisdictio per mortem papæ: sicut nec episcoporum iurisdictio, vel præsidum. Sed quid de singulari commissione facta episcopo de aliquo reseruato papæ: an in hoc est ordinarius? quod credo, si commissio esset facta dignitati: secus si personæ. §. finitur. vers. sed pone. Sed si ista cõmissio esset facta ñ habẽti territoriũ, iste eẽt delegat' sm Iac. Bu. ¶ Sed qd si ꝯmissio discrepat à iure cõi ĩ ordinẽ pcedendi: puta ꝯmittit̃ epo cã suorũ subditorũ, q̃ erat ordinaria, vt sũmarie cognoscat, & fine debito decidat: dic ꝙ in cognoscẽdo erit delegat' sed ĩ iudicãdo erit ordinarius: quia quãtũ ad processum, discrepat mãdatũ à iure cõi: sed ñ quãtũ ad sñiam, sm Iac. Bu. ff. de procur. l. qui procuratorem vnde à processu appellatur ad papam, à sententia autem ad metropolita

tropolitanū, secundum Iac. Butri. Ego dico eū in totū eē delegatū, nec diuerso iure cēseri debet. ff. de iustitia & iure. l. i⁹ ciuile. qđ ibi not. per gl. & d. l. qui procuratorem dat. arg. ff. de vsuca. l. cum qui ædes. & optimè ꝓbatur per no. in c. licet. de offic. ordin. p Innocen. & alios doctores: vbi habet̃ quæstio, si in nullo adiiciat̃ iurisdictioni ordinariæ, ꝙ remanet ille, cui est facta commissio, ordinarius: qa nō videtur cōmissio noua, sed iurisdictionis excitatio. Ex quo apparet. ꝙ si aliquid adiiciatur, sicut in casu nostro, videlicet ꝙ procedat summariè, quod non poterat vigore iurisdictiōis ordinariæ, ꝙ erit delegatus, non ordinarius. Nec obst. ꝙ cōmissio videatur in parte discrepare, videlicet in mō procedendi, & quo ad hoc sit delegatus, & quoad sententiam remanet ordinarius: qa in proposito non est verū. Nam iurisdictio qualificata in mō procedēdi alterat naturā iurisdōnis ordinariæ, etiā in proposito quo ad totū processum, & etiā quoad sententiam: cùm ipsa sit de processu. tex. est & no. doc. in c. qm̄ contra. de proba. & actorum appellatione cōprehenditur. not. gl. ff de iure fisci. l. in fraudē §. sed neque. in fi. gl. propriæ. Non debet igitur aliud dici de ꝓcessu, & aliud de sententia. in totū igit̃ erit delegatus. Bal. An scriptura sit de esse constitutionis legati, sentit ꝙ non etiā si cōtineat sententiā excōicationis. ver. sed pone. le. G. Per missionē secundi legati primus nō ĩtelligit̃ tacitè reuocari. ver. in summa. G. arg. C. de offic. præfecti vrbis. l. j.

De Dispensatione. Rubrica.



PRAEMISIMVS, quæ circa forum contentiosum ad legati pertinent officium: nunc autem dicendum est, quæ sit illi in dispensando potestas. Verùm quia materia de dispensationibus vtilis est & frequens, & tam legatis, quàm aliis prælatis est oportuna plurimum, super qua dubia oriri vidimus infinita, & sapientes plurimum adinuicem discrepare: idcirco super ea quædam noua & vtili doctrina planè
a ac p̄ enè præuidimus disputare [a], dicentes primò, Quid sit dispensatio, vnde originem habuit, & quare fiat. Quot sint genera seu species dispensationum, Quid sit irregularitas, & quid iuris de ea sit, De dispensatione episcoporū, De dispensatione legati Apostolicæ sedis, De dispēsatione dñi papæ, De dispensatione abbatis & principis, & quarundam aliarum personarum, Qualiter & quando sit dispensatio facienda, Quid iuris sit de dispensatione super beneficiorū pluralitate: & quis sit dispēsationis effect⁹. His
b igitur ita sparsis. ea per ordinem prosequamur [b].

ADDITIONES.

a Disputare. ¶Ioānes de Deo ꝯposuerat super hoc libellū, tractās ĩ eo de xiii. dispēsationib⁹, Diuina papali, Legatorū, Patriarcharū Archiepiscoporū, Episcoporū, Abbatū, Presbyterorū, Regū vel Principū, Procerū & Nobiliū, Patrum, Maritorum, Amicorum & Sociorum.
b Prosequamur. ¶Sciēdū est, ꝙ Host. in summa sub rubrica de pœni. posuit rubricellam de dispensationibus, ex qua auctor primū §. sumpsit, tamen aliquibus additis. Prius etiam tractauerat hoc Ray. lib. iij.

Dispensatio quid sit, & vnde originem habuit, & quare fiat?

SVMMARIVM.

1 *Regulæ tres circa materiam dispensationis summopere notandæ.*
2 *Casus maiores adulterio, in quib. episcopus potest dispensare.*
3 *Rigor & seueritas, ius & æquitas & dispensatio differunt.*
4 *Aequitas est media inter rigorem & dispensationem, siue misericordiam.*
5 *Dispensati an sit ius.*

a 1. §. Dispensatio [a] est prouida iuris cōmunis relaxatio vtilitate siue necessitate pensata. Vel sic: Dispensatio est rigoris iuris, per eū, ad quē spectat, canonicè facta relaxatio. Vtraq; diffinitio colligit̃ j. q. vij. requisitis. §. nisi rigor. & c. se. & ĩ. §. genera. Quandoq; tamē dispensatio impropriè
b sumitur pro iuris declaratione: vt extrà. de iureiur. Quintauallis [b]. ¶Vocat̃ aūt dispēsatio vuln⁹, quæ ius vulnerat: vt xxiiij. ipsa pietas. circa fin. vocat̃ etiā misericordia. ĩ. versi. sed nunquid. ibi: ego dico. & ĩ §. fi. in fi. ideo dixi, prouida. Nam prouida deliberatione est in dispensationib. ꝓcedendū: vt extrà. de trāsa. c. fin. Alioquin potius dissipatio, quā dispensatio est dicenda. Ad quod accedit,
c quia dñs non vult simul effundi opes, sed dispensati [c]: vt lxxxvj.
d dist. nō satis. circa medium [d]. † ¶Circa quod tres regulæ sunt notandę. ¶Prima est, ꝙ peccans mortaliter post baptismum promoueri non potest: vt xxv. dist. primum. xlviij. dist. quoniam. l. distin. illud. j. quęst. vij. si quis omnem. ¶Secunda, quòd promotus post suam promotionem mortaliter peccans deiicitur, siue deponitur. l. dist. qui semel. & ca. si episcopus. & c. si post ordinationem. lxxxj. distin. diaconus. ¶Tertia est, quia depositus ab ordine non restituitur. l. distinct. capit. j. & ij. & c. peruenit. & c. postquam. Hæ tres regulæ colligi possunt, l. distin. vt constitueretur. ¶Vbicunque autem mitius agitur, quàm dictæ tres regulæ dicant: dispensatio dici potest. quod prosequere, prout no. l. distinct. in summa. Et scias, quod contra duas primas regulas, possunt episcopi dispensare in adulterio, & in minoribus criminibus adulterio: sed in maioribus illo non nisi in casibus à iure expressis: vt extra. de
2 iudiciis. at si clerici. † Exprimuntur enim quidam casus maiores adulterio, in quibus potest episcopus dispensare: vt in hæresi. l. distinct. presbyteros. in sacrilegio. e. dist. si quis presbyter. in matrimonio contrahendo quandoque, xxxiij. quæst. ij. antiqui. & quandoque in simonia, & in homicidio, & schismate, & in quibusdam aliis: vt ĩ. §. nunc de episcoporum. Vel potest dici quòd præ. cap. presbyteros. hodie non habet locum: quia hæretici hodie incarcerantur: vt extrà. de hær. c. pen. Item præall. c. si quis presbyter. non obstat: quia illud sacrilegium, de quo ibi dicitur non est maius, imò minus crimen adulterio: & sic de aliis. Contra tertiam verò regulam solus papa dispensare potest: vt ĩ. §. nunc ostē
3 dendum. versic. nono. †Notandum est autem, quòd aliud est rigor siue seueritas, aliud ius, aliud æquitas, & aliud dispensatio. De his omnibus habetur extrà. de transact. c. fin. Rigor est districtio iuris siue excessus & austeritas iuris scripta, aliquando ad terrorem: vt patet in accusatore clerici: in probatione deficiente, cui denegatur communio, etiam in fine vitæ suæ: vt ij. quæstion. iij. si quis episcopum, & in eo qui nominauit præsbyterum in testamento tutorem filio suo, pro quo non est orandum: vt lxxxviij. distinct. neque. Ad idem facit j. quæst. vij. qui in qualibet. & quan
e doque seueritas appellatur: vt l. dist. vt constitueretur [e]. ix. quæst. j. c. iij. in fi. ij. q. v. quanto. xxiij. q. iiij. c. non potest. §. precepta. extrà de sent. excom. super eo. Sed rigor iste seruandus non est: nisi vbi timetur exemplum mali: vt xlv. dist. sed illud. & extrà. de transac. c. fina. ¶Quandoque tamen rigor est idem quod subtilitas iuris: vt extrà. de resti. spo. in literis. & c. sæpe. extrà. de præben. tuæ. extrà. de appel. interposita. §. fin. Item rigor dicitur disciplina: vt xlv. distinct. disciplina. in princip. Item dicitur iustitia, vt c. distinct. o. omnis qui. & cap. vera. Et scias quòd quandoque rigor inducitur contra naturalem æquitatem ex causa pro bono publico: & quādoque etiam sine causa, & sine ratione. & hoc solum pro ratione sufficit, quòd ita scriptum est. ff. qui, & à qui. ma. lib. non fi. pro spexerit, vj. quæst. iij. scriptum. quia alia ratio reddi non potest: vt ff. de legi. & se. consul. l. non omnium. xxiij. q. iiij. Nabuchodonosor. in prin. & de hoc extr. de rescrip. si quando. Hoc prosequere, & exemplifica prout not. j. distinct. ius generale. & ff. de iusti. & iur. l. antepenult. ¶Ius autem est ars boni & æqui, cuius quis merito nos sacerdotes appellat, id est, sacrorum præceptorum mini
4 stros. ff. de iusti. & iur. l. j. §. ius. †¶AEquitas verò est media inter rigorem & dispensationem, siue misericordiam. C. de iudiciis. placuit. xxxiiij. dist. fraternitatis. extrà. de translat. c. fin. Interpretari autem an ius scriptum sit æquum, vel iniquum, solius principis est. C. de leg. & consti. l. j. Aequitas ita describitur à Cypriano. AEquitas est iustitia dulcore misericordæ temperata. Vel dic quòd æquitas est motus rationabilis regens misericordiam & rigorem. xlv. dist. disciplina. & c. & qui emendat. & ca. vera. quia rigor est mansuetudine temperandus: vt ext. de pur. ca. cum in iuuentute. Hec autem est æquitas illa, quam iudex semper præ oculis debet habere: vt ff. de eo quod certo loco. qđ si Ephesi. in fin. & extr. vt eccle. benefi. vt nostrum. in princ. in parte decisa. & de transac. c. fi. xxvj. q. vlt. allegant. Quid sit dispensatio. ĩ. est dictum, & illa vtendum non est, nisi necessitas vel vtilitas id exposcat: vt
5 ĩ. c. §. genera. † ¶Sed nunquid dispensatio est ius? dicunt quidā ꝙsic: sed tali iure, superior vti potest: inferior verò illud petere n̄ potest: vt ĩ. §. genera. Alij, vt H. & M. dicunt contrà. argum. j. q. vij. exig

ADDITIONES.

a Dispensatio.)
b Quintauallis. ¶Verbū dispēsationis ibi n̄ est, nec erat in antiqua aliqualiter. facit Decr. & si Christus. eo. tit. in fi. & qđ ibi no. in vlt. gl. sed magis ꝓpriè facit Decr. ij. de tornea. q̄ alleg. ĩ. ver. pen in fi.
c Dispēsari. ¶id est, distribui. Sic etiā ponitur xliij. dist. dispensatio.
d Mediū. ¶Quomodo dispensatio ꝯ ius cōe, & ꝙ si super ratione fundatur, possit eē rationabilis, plenè scripsi de præb. multa. in fi.
e Constituerer̃. ¶Et ibi no. hæc materia in gl. hic habes. & xlv. dist. disciplina. in gl. sed qualiter. j. q. vij. dispensationes, & c. exigunt.

a exigunt[a]. & ea. si quis omne. nam in dulgentia non est regula: vt xxxiij. q. ij. interfectores. ergo nulla dispensatio est ius: quia regula est canõ, seu ius: vt iij. dist. canon. & c. regula. Itẽ aliud est ordo legitimus, & aliud vsurpatio, id est, dispensatio: vt j. q. vij. quod ꝓ remedio. Tertij dicunt, ꝙ secũdũ qđ est in dispensante, nõ est ius, sed potestas à iure permissa, & quędã actio: sed secundũ qđ est in eo, in quo dispensatũ est, ius priuatũ est, nõ commune, & est quędã passio. Ad hoc extr. de fil. presby. ex tuæ & in præ. c. interfectores. & ea. q. in adolescentia. xxxj. q. j. hac ratione. xxxij. q. vij. Apostolus. in fi. ext. de præb. cùm iamdudum. in fi. Ego dico. quòd ibi dispẽsatio debita est: vt j. §. genera. tunc est ius: cũ sit executio iustitiæ. ff. de iusti. & iur. l. j. respon. j. Si verò est prohibita, tunc non est ius, sed dispensatio iuris. Si autem sit permissa, tunc nõ est ius, sed misericordia, vt in præ. c. allegãt. & xlv. dist. disciplina. in prin. & c. omnis qui. ix. q. j. ordinationes. ver. quamuis. & j. q. vij. is qui. siue compassio: vt ea dist. vera. Quandoque tamen dispensatio ponitur pro iure: vt extr. de tornea. c. ij. ¶ Vbicunq; aũt iudex debitas pœnas, & à iure statutas relaxat, semper dispensare videtur multa enim ex officio suo facere potest, ad quę de rigore non tenetur. ff. de iudic. non quicquid. ij. q. iij. c. si quem. §. notandum. in princ. Ad idem. xxviij. q. j. iam nunc. & c. si enim. Minor quandoque mitigat pœnam à superiore inflictam: vt l. di. accedens. xxxij

b q. ij. latorem. C. de epis. & cleri. Auth. interdicimus[b].

ADDITIONES.

a Exigũt. ¶ Vbi de hoc. Adde tu, an dispẽsatio sit ius, q̃ voluit notabiliter Arch. ĩ c. vt ꝯstitueret̃. l. di. vbi ipse sequit̃ hũc. & bñ declarat. & adde ꝙ dispẽsatio respectu superioris est volũtatis, nõ aũt necessitatis, secundum Phili. in c. j. de æta. & qualitate, libro vj.

b Interdicimus. ¶ Vide qđ dixi s. §. nũc ostẽdendũ. sup ver. xxvj. ĩ fi.

SVMMARIVM.

1 *Dispensationis remedium vnde deductum.*

2 *Dispensatio Dei cum Adam & Eua.*

3 *Dispensationis aliquot species è sacris literis sumptæ.*

4 *Rationem reddere de misericordia melius est, quàm de seueritate.*

a 1 2. §. Originem autem[a] traxit † dispensationis remediũ ab eo, qui ex sola misericordia & dispẽsatione vniuersa creauit, & ea homini subiecit: vt ff. de vsu. in pecudũ. in fi. institut. de rerum diuisione. §. in pecudũ. & lxxvij. dist. huius. xxiij. q. vij. quod autem. in fi. vnde Psalmus viij. Omnia subiecisti sub pedib. eius. & c. quẽ de limo terræ ad imaginẽ suam creauit. xxxiii. q. v. hæc imago. † ¶ Itẽ ipse dispensauit cũ Adã & Eua

2 transgressoribus, & post pœnitentiam dimisit illis peccatum. de pœnit. dist. j. serpens. & c. sicut primi. de pœnit. dist. iij. Romanos. & c. Adam. aliàs est ver. de pœnit. dist. iij. Iudas. & de pœnit. dist. v.

3 c. j. † ¶ Item ex dispensatione saluauit Noe & filios eius, cũ vnus illorum, scilicet Cham, reprobus esset: vt xxiiij. qu. j. quia ex sola. & c. quoniã vetus. ij. q. vij. sententia Cham. ¶ Item dispensatione liberauit Abrahã à Chaldæis: vt xxxv. q. j. c. fi. ¶ Item ex indulgentia liberauit Lot de Sodoma. ij. q. j. Deus. xiiij. distin. quod ait. quia perit sæpe iustus ꝓ impio. xxiiij. q. j. non turbatur. de consecra. dis. j. in sancta. j. q. iiij. c. ecclesia. §. item ex peccato Achor. Item eundẽ liberauit ex indulgentia de captiuitate gentilium. xxij. q. v. dicat. ¶ Item ex dispensatione liberauit Iacob de manu Esau: xxij. q. ij. §. fina. & Moysem de multis periculis. de pœnit. distinction. j. §. vt cognouer. §. opponitur. & filios Israel de fornace ferrea. xvj. q. iij. porrò. & de Babylonica captiuitate. de pœniten. dist. j. prædixerat. † ¶ Item dispensauit Deus cũ humano genere, quando mi

4 sit filium suum, vt nos redimeret. viij. q. j. in scripturis. vij. quæ. ij. cùm redemptor. & in præ. cap. porrò. qui etiam quotidie nobiscum dispensat: vt de pœnit. dist. v. c. ij. & in Psalmis, miserere mei secundum. & c. ¶ Non est igitur mirum, si homines cum hominibus dispensent; quia omnis ei⁹ actio, nostra debet esse instructio xij. quæstione prima. exemplum. & vbi dominus est largus dispẽ

5 sator non debet famulus esse auarus. † Quia melius est de misericordia, quàm de seueritate reddere rationẽ. xxvj. q. vlti. allegant. xliij. dis. dispensatio. xxxiii. di. vsqueadeò. Misericordia enim communis est vsus. lxxxvj. distin. non satis. ad fin. extrà. de regulis iur. estote misericordes. Defectus nostri temporis, quibus non solũ merita, sed etiam corpora defecerunt, antiquam canonum non patitur manere censuram: vt xxxiiij. distinct. fraternitatis. vnde & misericordia temperanda est: vt s. §. proxi. versicu. æquitas. Vnde Augusti. Imple Christiane iudex pij patris officium: sic succense, ne iniquitatis memineris, vt in peccatorum atrocitatibus non exerceas vlciscendi libidinem: sed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem. xxiiij. quæst. v. c. j.

ADDITIONES.

a Originem autem. ¶ Hunc §. vsq; ad ver. nõ est igitur. habuit à Io. de Deo. vbi. s.

Dispensationum species quot sint.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio an possit fieri ex causa probabili.*

2 *Dispensare tenetur prælatus in aliquibus casibus, ne detrahatur seueritati. Episcopatus debetur meliori de ecclesia.*

3 *Dispensatio prohibita est, vbi nõ potest fieri sine decoloratione status ecclesiæ.*

4 *Dispensari potest, vbicunque à iure conceditur.*

5 *Dispensatio permissa quæ.*

3. §. Genera autem Dispensationum sunt hæc. Nam est alia debita, alia ꝓhibita, alia cõcessa, alia per

a missa[a]. Debita est, vbi multorum strages iacet, & de scandalo timetur. l. dis. vt cõstitueretur. extr. de cle. exc. mi. latores. xlv. distinctio. licet. j. quæst. vij. dispensationes. xj. quæstione iij. plerunque xxiij. quæstio. prima, noli. in fine. Multitudo enim dispensationẽ inducit, extr. de transactio. cap. fin. ix. quæst. j. c. iij. in fin. & not. extrà. de tempor. ordin. cap. ij. & est scandalum, vt not. extr. de temp. ordin. ad aures. & de præscript. nihil. Item debita est ratione temporis, vel personæ, vel pietatis, vel necessitatis, vel vtilitatis ecclesiæ, vel euentus rei. Hæc enim dispensationem inducunt, vt probatur sigillatim per ordinem prima quæstione vij. §. nisi rigor. & capitulis sequen. vsque ad §. ecce quibus. c. requisitis. in capitu. si quis episcopus. extr. de præben. exposuisti. extra. de æta. & qualit. tua. & cap. indecorum. & cap. quæris. vij. quæstione j. scias. xiiij. distinctio. sicut. extr. de concessio. præben. cum nostris. ad fin. Item quandoque est debita post peractam pœnitentiam: vt j. de resti-

1 tutio. in integrum. §. secundo, versic. in summa. † ¶ Sed nunquid ex causa probabili potest & debet fieri dispensatio? Alan. dixit quòd sic, argumen. lvij. distinctio. ca. vnico. Ioan. contrà. Nec obstant præd. c. quia ibi, si postea fides eius appareat probabilis, abo letur irregularitas præsumpta: & promouetur de iure communi. & breuiter vbicunque persona, res & locus eam exigit, debita est. xxix. distinct. c. j. & ij. l. distinctio. domino sancto. versicul. præcipiunt. & versicul. necesse sit. & cap. considerandum. Vnde & dispensare est diuersa discretè pensare: & in animo, vtrum relaxatio iuris expediat, versare, argum. xliij. dist. dispensatio. & xxxiiij. distinct. vsqueadeò. Cùm enim dispensatio sit quædam misericordia, certum est quòd quilibet debet esse misericors: vt lxxxvj. distin. non satis. prope finem. l. distinction. ponderet. ad fi. xxvj. q. vlt. allegant. ¶ Item fit quandoq; dispensatio ratione ętatis: vt extr. de senten. excommunic. c. fin. vbi de hoc xxiij. quæst. ij. in adolescentia. 34. distinct. fraternitatis. ¶ Item quandoq; quia timetur maius scandalum: vt 35. quæst. iij. quod scripsi. argu. contrà. extr.

b de regulis iuris. capit. iij.[b] detrahendum est enim seueritati, & c. l. dist. vt ꝯstitueretur. & vbi multorum strages iacet, detrahendum est seueritati: vt ix. quæst. j. ordinationes. in fin. extr. de senten. excommunic. super eod. in fi. Quandoque etiam propter futurum bonum: vt quando dispensatur cùm hæreticis, vt alij facilius re-

2 uertantur. xiij. quæst. iiij. ipsa pietas. † ¶ Licet autem ex prædictis causis debita sit, & etiam peccet prælatus non dispensando tunc vt argum. ij. quæst. v. quanto. in fi. & l. dist. domino sancto. versic. ergo ita est. & j. quæstio. vii. exigunt. tamen subditus non potest eam petere, nisi fortè supplicando. sic & meliori de ecclesia debetur episcopatus: vt viij. quæst. j. licet. & extr. de offic. custod. cap. ij. nec tamen eum petere potest: vt ea. quæst. in scripturis. & i. quæst. vij. sicut is. Exemplum etiam patet in concorditer postulato, cui fit gratia, si admittatur, cùm superior ad hoc non teneatur: & iniuria, si repellatur. Quod dic prout not. extr. de postu. præla. cap. penulti. Sicut & panis, quem auarus detinet, est egentium: illi tamẽ nullam habent actionem ad illum petendũ: vt legitur & no. xlvij. dist. sicut hi. Nunquid ergo tenetur episcopus ex debito cum criminoso post peractam pœnitentiam dispensare. argu. ex præmissis quòd sic. ar. tamen contrà, ext. de iudiciis. at si clerici. §. de adul

c teriis. vbi dicitur potest episcopus[c], & c. Sed dic quod debet de bono & æquo: vt j. q. vij. exigũt. vbi de hoc. & extr. de trãs. c. fi. vbi dicit̃, poteris ꝓut videris expedire: & si nolit, põt subditus adire superio

ADDITIONES.

a Alia permissa. ¶ De his breuiter Hosti. vbi s. §. ij. & scripsi post eũ de renun. nisi cùm pridem. §. personæ. super verbo, potest.

b c. iij. ¶ Solue, vt ibi not. in gloss. ij. cum suis remis.

c Episcopus. ¶ Et vide quod ibi dixi super illo verbo. & de tempo. ordin. ex tenore. super gloss. ij.

periorem, vt eum compellat.ar.ext.de iure pa.nullus. quod ñ pla
a cet: quia nemo cogitur facere beneficium, vt x. q. ij. præcariæ ᵃ†
3 ¶Prohibita autem est, vbi non pt fieri sine decolaratione status
ecclesiæ: & vbicunq; non subest iusta causa dispensandi: vt prima,
quæst. vij. & si illa. & capitu. tali. extrà. de election. innotuit. §. mul-
cta. & §. final. In quibus autem casibus sit prohibita, not. j̃. §. nunc
4 breuiter. & §. seq. §. nunc de episcoporum. & ver. prohibetur.† ¶
Concessa est, vbicunque à iure conceditur. quod dic vt suprà. §.
nunc ostendamus. & in præ. §. consequenter. & §. nunc de episco
5 porum. & j̃. §. sunt quoq;.† ¶Permissa autem dici potest in casu:
puta si quis aliquo accusante conuictus est sacra vasa, vel aliam rẽ
ecclesiæ subripuisse. hunc enim poterit episcopus etiam fortè ad-
uersario contradicente dispensare. Sic potest intelligi l. dist. si quis
b presbyter ᵇ. De hac dicitur, permittimus, quòd volentes præcipi-
mus: vt xxxj. q. j. hac ratione. Permittitur enim aliquid, vt peius e-
uitetur: vt extr. de sponsalibus. c. ij. quod vocatur comparatiua per
missio, siue tolerantia, vt extr. de præben. cùm iam dudum. in fine.
quod tamen permittitur, non iubetur: vt xxxij. q. vij. Apostolus. in
fi. sed quod permittitur, durat: vt ff. quod cuiusq; vniuer. nomi. Itẽ
eorum. §. penul. de hac. legitur extr. de fil. presbyter. l. literas. & de
cor. vi. c. j. Et no. quòd tribus modis dicitur aliquid permitti: quod
dic vt no. iij. dist. omnis autem. Sunt & alia dispensationum gene-
ra: prout no. j̃. de sententia. §. vt autem. ver. postremò. Potest & ali
ter distingui: nam dispensatio alia volũtaria, quam solus princeps
facere potest: vt in præalleg. §. nunc breuiter. ver. & no. Alia. ratio
nabilis & necessaria, quam episcopus interponere potest: vt infrà
c dicetur ᶜ.

ADDITIONES.

a Precariæ. ¶Facit ad materiam, quod scripsi, ne cleri. vel mo. ca. ij. lib. vj. super ver. prælato.

b Quis presbyter. ¶Vide j̃. de aboli. §. j. ver. sed cum. s̃.

c Dicetur. ¶Host. in Summa de fil. presbyt. in fin. ponit tertiam speciem, s. de rationabili, non necessaria: quæ fit propter prærogatiuã meritorum. de præben. de mul. in fi.

Irregularitas quid sit, & quid iuris de ea sit.

SVMMARIVM.

1 *Irregularitas prouenit ex facto, seu crimine, vel aliqua notabili inobedientia, præsertim aduersus Apostolicam sedem.*
2 *Irregularis dicitur ab in, quod est sine, & regula: quia sit contra regulam ecclesiæ natus, vel ob iniquitatem extra eam positus.*
3 *Papa dispensare potest in omnib. irregularitatibus.*
Irregularitas inducta est à iure diuino.
4 *Sacramentorum defectus, an irregularitatem inducat.*
Hortator viduitatis esse non potest, qui coniugia frequentauit.
5 *Irregularitates temporales, & non perpetuæ, erant in veteri Testamento, vt in eo, qui propter tactum morticinij eijciebatur extra castra.*
6 *Bigamia est triplex, s. vera, similitudinaria, & interpretatiua.*
7 *Cupidus vsurarius, & turpis lucri sectator, sunt irregulares.*
Percussio dupliciter consideratur.
8 *Beatus Petrus an fuit irregularis, cùm auriculam seruo pontificis abscidit.*
9 *Litigiosus quomodo irregularitatem incurrat, cuiuscunque status existat.*
Clericus non debet interesse, vbi vindicta sanguinis exercetur.
10 *Iudex, officialis, miles, aduocatus, & qui talia susceperũt officia, non tamen sunt ea executi, an dici possint irregulares.*
11 *Exercens artem chirurgiæ, si propter imperitiam vel negligentiam mors sequatur, censetur irregularis.*
12 *Extrahens sagittam, vel aliud à cuiusdam corpore, propter quod citius moritur an sit irregularis.*
Clericis chirurgiæ officium prohiberi.
13 *Custodiens infirmum, si imperitè & contra consilium medici det ei vinum, vel aliud, vnde sequatur mors irregularis est.*
Irregularitas diuersimodè & in multis casib. notatur.
14 *Accedens ad monasterium causa pœnitentiæ ibi agendæ pro quocunque delicto irregularis habetur.*
15 *Casus impedientes promouendos, vel deiicientes iam promotos, & qui pœnam depositionis merentur, irregularitatem inducunt.*
16 *Irregulares sunt, qui per acta pœnitentia ordinis executionem non habent.*
17 *Sodomitico peccato vitiatus, irregularis habetur.*
18 *Infamis siue infamia iuris, siue infamia facti, est irregularis.*
19 *Suspensus ab officio celebrando, fit irregularis.*
20 *Participans excommunicato ipso iure suspensus habendus est.*
21 *Excommunicatus maiori excommunicatione, siue à iure, siue ab homine, scienter celebrans semper fit irregularis.*
22 *Irregularis nemo iudicandus, nisi in iure expressum inueniatur.*
23 *Suspensio ad tẽpus non dicitur propriè sententia, vel suspensio, canonis, sed Dei.*
24 *Violans interdictum ecclesiasticum, celebrando in loco interdicto, fit ipso iure suspensus & irregularis.*
25 *Celebrans coram excommunicatis à domino papa, est irregularis.*
26 *Ecclesia violata vel sanguinis effusione, vel aliter, non dicitur propriè interdicta, nec in ea celebrans, est irregularis.*
27 *Excommunicatus vel interdictus, dicitur violare sententiam vel interdictum, agendo suum officium, vt prius.*
28 *Excõmunicatus si celebrat, vt prius, non in ecclesia, sed extra, quid iuris: & quid si celebrat in ecclesia non consecrata.*
29 *Cœmiterium, in quo sepultus est excommunicatus, est interdictum nec potest in eo aliquis ante reconciliationem sepeliri: & sacerdos contrà faciens, est irregularis.*
30 *Sepeliens publicè scienter & solenniter excommunicatum, grauiter peccat.*
In officiis vel ministeriis constitutus, si excõmunicatus sit, & ea exerceat, an sit irregularis.
31 *Aduocati tabelliones, iudices, & talia publica officia gerentes si ab illis per superiorem suspensi nihilominus ea exequuntur, an irregularitatem incurrant.*
32 *Excommunicatum absoluere per sententiam non est ordinis, sed iurisdictionis.*
33 *Sacra ministeria exercentes sine apparatu suo, cum requiritur, an sint ipso facto irregulares.*
34 *Consuetudo in sacramentis & ecclesiasticis officijs est attendenda.*
35 *Presbyter excommunicatus, vel simpliciter ab ordinibus suis suspẽsus, accolitatus officium exercens, an sit irregularis.*
36 *Episcopus à pontificalibus suspensus, nihilominus potest absque irregularitatis periculo celebrare.*
37 *Iudicari nemo debet in debito irregularitatis.*
Irregularitas à iure positiuo est inducta.
38 *Abbas non remouetur à prælatione propter irregularitatem.*
39 *Irregularitas quando occasione homicidij contrahatur.*
40 *Consulens alicui seipsum occidere, vel aliter interficere, an sit irregularis.*
41 *Iudex habens latronem captum, super quo consuluit peritum aliquem, qui respondet morte puniendum, an sit irregularis.*
42 *Episcopus à suo iudice interrogatus super crimine, pro quo est pœna sanguinis, infligenda quid respondere debeat.*
43 *Consulens alicui aliũ occidere, ille autẽ ab alio occidit, an irregularis habeatur.*
44 *Consulens alicui se periculo exponere pro patria sua, vel proximo suo, vel iure suo, vel suæ ecclesiæ: non ob hoc fit irregularis.*
45 *Occidens quemcunque facto & propria manu, fit irregularis.*
Deus cor interrogat: Lex autem opus quærit.
46 *Infirmum vertens vel transuertens de latere in latus, vt citius moriatur fit irregularis, si ex hoc moriatur.*
47 *Dispensatio facilis est erga eum, qui ineuitabili casu se defendens aggressorem occidit.*
Hominem à morte non liberans vbi potest, illum occidit.
48 *Retrahens aliquem à proposito liberandi hominem à morte iniusta, indirectè homicidium committit, & per consequens irregularis habetur.*
49 *Clericus trahens potestati seculari latronem, petens illum puniri citra sanguinis effusionem, non ob hoc fit irregularis.*
50 *Instruens iudicem, vel officialem de fure inueniendo, quo casu irregularis efficiatur.*
51 *Ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.*
52 *Mortuus si quis sit in rixa, nescitur tamen quis illum interfecerit, an omnes homicidæ censeantur.*
53 *Amici alicuius si illum iniuriantes interficiunt illo inuito, an illi noceat homicidium?*
54 *Associans aliquem euntem alium occidere, quo casu reddatur irregularis.*
55 *Clerici si inducant milites ad pugnandũ pro ecclesia, vel republica, vel fide Christiana, & in conflictu ipsis præsentibus aliquis moriatur, an ipsis imputetur irregularitas.*
56 *Clericus existens ĩ bello iusto vel ĩiusto, armatus vel non, semper redditur irregularis, si in illo aliqui moriantur.*
57 *Clericus non debet præponi bellis, nec retiarijs nec balistarijs, seu huiusmodi viris sanguinum.*
58 *Clericus in bello iusto potest interesse, & militibus necessaria ministrando præponi, dummodo vindictam non intendat.*
59 *Sacerdos in duello pugnans est irregularis, & quo casu poterit cum eo suus episcopus dispensare.*
60 *Promittens pacem & securitatem fugienti & timenti, irregularis dicitur, si ille cui promisit, fuerit in loco, vbi timebat esse occisus.*
61 *Irregularitas homicidij quando & per quem possit dispensari.*
62 *Homicidium euitabilis necessitatis, aut ineuitabilis, diuersimodè consideratur & circa illa diuersimodè dispensatur.*
Episcopus dispensare potest cum presbytero homicida in casu ineuitabili.
63 *Curia Romana non dispensat cum clerico in homicidio voluntario, nec de facili in casuali, vel dubio.*
64 *Homicidium ante baptismum commissum an irregularitatem importet.*

4. §. Iuxta propositionis ordinem dicendum restat, quid iuris sit de irregularitate. circa qđ primò videndũ est, qđ sit irregularitas, & vnde dicatur, Quot modis sumat. siue ac

cipiatur irregularitas personę, Quibus modis, & in quibus casibus
irregularitas contrahatur. ¶ Irregularitas est nota seu impedimẽ-
tum canonicum ex facto seu defectu proueniens, qua quis pro-
hibetur ad ecclesiasticos ordines promoueri, & in eisdem mini-
strare. Bene dixi, nota, qđ est idem quod infamia seu irregulari-
tas, vt extrà, de pur. cano. accedens. ij. q. iij. si quem. §. notandum. &
in l. indulgẽtia. ff. de his qui no. infa. furti. accipe. §. si quis alieno. &
a l. sequen.[a] & est etiam nota idem quod cicatrix, vt ff. de ser. fug. l.
ij. Et irregularitas est cicatrix criminis vel defect⁹, vt 61. di. in sacer
dotibus. in fi. vnde sanitas, s. pœnitentiæ post vulnus, scilicet pec-
cati sequuta sine cicatrice, s. irregularitatis esse non potest, vt j. q. j.
ventum est. Item ideo dixi canonicum, quoniam irregularitas à
b iure canonico ortum habet, vt j. ver. ij.[b] † Ex facto autem seu ex
1 crimine prouenit irregularitas, vt patet in clerico censuram ec-
clesiasticam violante, vt j. dicetur, vel ex aliqua notabili in obedi
entia, præsertim aduersus apostolicam sedem. 81. distinctio. si qui
sunt. extrà, ne cle. vel mo. non magnopere. in fi. extrà, de hæreti.
excommunicamus. j. §. sanè. extrà, de cle. exc. mi. c. fi. prope fi. ex-
trà, de sen. excom. significauit. & in simoniaco in ordine, & in cle-
rico per saltum promoto, & in similibus: & generaliter in cōmit-
tente aliquod de criminibus in Apostolica regula cōtentis, vt di-
cunt quidam 25. di. c. vnum. §. nunc autem. & c. j. & in crimine ho
micidii, quod quemlibet hominem irregularem facit, vt l. dist. mi
nor. Item ex defectu quod prouenit quandoq; à natura, quando-
que ex euentu. A natura, vt defectus natalium. Regula enim ec-
clesiæ est, vt quis de legitimo matrimonio nascatur: contra hanc
regulā natus irregularis est, vt lvij. distin. per totum. & extrà, de fil.
presbyt. per totum. vel si quis cum corporis defectu nascitur, ex
quo sit in membro nobili & apparenti vitiatus: talis enim nequit
promoueri, quamuis sit de legitimo matrimonio natus, vt lv. di-
stin. pœnitentes. & extrà, de cor. viti. per totum. Ex euẽtu autem
prouenit in quolibet homine casualiter, vt bigamia quæ propter
sacramenti defectum inducit irregularitatẽ: non tamen omne cri
2 mẽ, nec omnis defectus irregularitatem inducit. † ¶ Dicitur aũt
ab in, quod est sine, & regula: vnde irregularis, id est contra regu-
lam ecclesię natus, siue ꝑ defectum, vel factũ extra eam positus,
c vt præmissum est[c]. ¶ Sumitur ergo siue accipitur irregularitas
primò ꝓ defectib. qui sunt in homine sine peccato: puta quia est
bigamus, vel viduæ maritus illegitimus, vel huiusmodi. extrà, de
renun. nisi cũ pridem. §. personę. alios etiam defectus habens. liiii.
& lvj. dist. per totum. & l. distin. nō confidat. & extrà, de fi. presbyt.
& de seruis non ordi. per totũ. Secundò sumitur irregularitas per
sonæ, vbi generaliter omnis homo prohibetur ordinari, vel etiā
celebrare in ordine iam suscepto sine dispensatione domini papę
siue patiatur defectum sine peccato, siue commiserit grāde pec-
catum: & qui sint, hic dicetur j. §. nunc de episcoporũ. Non ergo
hic dicitur irregularis pro eo quod secundum regulam Apostoli
ordinari prohibeatur: sed quia talis est extra regulam aliorum,
Nam cum generaliter episcopi possint dispensare cum omnibus,
nisi eis specialiter prohibeatur, vt quidam dicunt, vt j. §. nunc de
episcoporum. versi. his igitur. & seq. cum prædictis tamen dispen
3 sare specialiter ꝓhibetur. † ¶ Papa aũt in omnibus irregularita-
tib. dispensat, quia irregularitates ipsæ, & pœnæ earum de iure po
sitiuo sunt, in quo ipse habet plenariam potestatem, vt extrà, de
conces. præben. proposui. prope fin. arg. tamen contrà, quòd à iu
d re diuino irregularitas sit inducta. Nā dictũ est Dauid[d], Non ædi-
e ficabis mihi tẽplum, quia vir sanguinis es: vt de cōsec. dist. j. c. j.[e] ¶
Tertio etiam modo dicuntur irregulares omnes illi qui non pos
sunt remanere in susceptis ordinibus: nec ad maiores promoue-
ri, etiam post peractam pœnitentiam sine dispensatione vel pa-
pæ, vel prælatorum inferiorum de quibus dicetur j. versicul. sunt
4 quoque. & in præ. §. nunc de episcoporum. † ¶ Defectus autem
sacramentorum videtur, quòd tantùm ex constitutione ecclesiæ
irregularitatem inducant, quo ad ordinationem in hoc, vt cum
eis non possit dispensari, nisi per papā. argu. cōtrà. quia vnũ de ca-
pitulis Apostolicæ regulæ est, Oportet episcopum vnius vxoris
esse virum, xxvj. distin. c. j. & ij. Sed responderi potest quòd hoc,
ꝙ talis prohibetur ordinari, non est ex defectu sacramenti, sed
quia non potest esse hortator viduitatis, qui cōiugia freqentaue-
rit, vt patet 26. distinc. vna. in fin. Vel dic, quòd licet per nouum
Testamentum inducatur huiusmodi irregularitas, quo ad hoc ꝙ
promoueri non possit: non tamen quo ad hoc, quin per alium ꝗ
per papā dispensari possit. sed videtur, ꝙ defectus sacramenti est
causa, quare tales promoueri nō possunt, argu. 26. dist. acutius,
& extrà, de biga. debitum. Sed potest responderi, ꝙ est causa coa-
5 diuuans, vel dic vt s. † ¶ In veteri aũt Testamēto erāt irregularita
tes tẽporales, & nō perpetuæ, vt qñ qs eiiciebatur extra castra, ꝓ
eo quòd tetigerat morticiniũ: vna tñ videtur fuisse perpetua, s. ꝙ
summus sacerdos deberet habere virginẽ, & nō repudiatā. de quo
no. secūdũ do. meũ, extr. de cleri. cōiu. sanè. i. Sed nec istud erat ꝑ
defectũ sacramēti, sed qa nō posset esse hortator viduitatis, vt s.
Idē ēt videť de his qui tantũ de iure positiuo sunt irregulares, vt
corpore vitiati, illegitimi, & obligati ad ratiocinia. Contrahitur
autem irregularitas ex defectu natalium: quia non legitimè ge-
nitus ordinari non potest. vt s. versic. j. Et si ordinetur, non pro-
mouebitur ad beneficia cum cura, vel ad dignitates sine dispen-
satione, vt extrà, de fil. presbyter. c. j. & c. nimis. extrà, de elec. cum
in cunctis. respon. j. & c. innotuit. & c. cùm Vintoniensis. de quo
dic vt j. §. nunc de episcoporum, versi. vtrum. Item etiam ex defe
ctu alio modo, puta si careat oculo, manu vel pede. vt s. Item cō-
trahitur ex facto: puta si est criminosus, prout in regula Apostoli
ca continetur. Tales enim non promouentur, de qb. habetur 25.
distin. per totum. & vj. q. j. infames, vbi tales defectus enumeran-
tur. Item bigamus est irregularis, qui non potest promoueri pro-
pter sacramenti defectum, vt 25. distinct. per totum. extrà, de bi-
6 gamis. per totum. & s. versic. proximo. † ¶ Et scias ꝙ est triplex
bigamia, s. vera, quando videlicet qs contrahit cum vna, postquā
habuit aliam, vt 26. distin. acutius. Similitudinaria, vt cum mona-
chus seu monialis professa matrimonium contrahit, vt 27. q. ij.
quotquot. Et interpretatiua, vt cum habens vnam de iure, contra
hit cum alia de facto: vt extrà, de biga. nuper. & c. debitum. 31. qu.
f j. quomodo. in fi.[f] Item ebriosus, id est non sobrius, est irregularis,
qui si persistit, est deponendus, nec ordinatur, vt 25. dist. ca. vnum
orarium. §. aliàs ea demum. 25. dist. episcopus. Vinolenti enim
non de facili continent. 44. dis. c. j. 49. dist. c. hinc etenim. prope
fi. Item illiterati & imprudentes sunt irregulares, vt 36. dist. illite-
ratos. j. §. nunc de episcoporum. versicul. 27. Sed nunquid talis
promotus recipit characterem? Non videtur. Nam scientia caret,
g & scientia clauis est, vt 20. distin, c. j. vbi de hoc g. † ¶ Item cupidus
7 est irregularis, vt lvij. dist. per totum. Vnde vsurarius deponitur,
& turpis lucri sectator de clero eiicitur, vt c. distinct. c. j. & ij. extrà,
de vsur. preterea. Item percussor. 45. distin. per totũ. extrà, de cler.
percus. per totum. ¶ Et scias. ꝙ percussio consideratur dupliciter.
Primò passiuè, vt si quis percussus est lepræ morbo, & deinde scā
dalum generatur. Talis enim non promouetur: imò promotus
nō ministrat, sed ei coadiutor datur, vt vij. q. j. cũ percussio. ext. de
cleric. ęgrot. vel debilitat. c. pen. alia verbalis, est percusio, vt si ac-
cuset vel deferat crimẽ, pro quo capitis pœna debetur, vt v. quæ.
vj. delatori. & vj. q. j. summa. extrà, de accusat. accusasti. Alia realis,
& hoc quocunque modo fiat, siue in propria persona, siue per ali
um eius mandato: & si sequatur inde homicidium, contrahitur
irregularitas. extrà, de homi. præsbyterum. & c. Petrus. l. distinct.
miror. & c. clericum. & c. de his. j. Idem est, si sequitur membri mu
tilatio, vt dixi in aureo Repertorio, super titulo de pœnis, in rubri
h ca. casus totius iuris quibus promoti deiiciuntur. ver. truncans[h].
8 † ¶ Nunquid ergo beatus Petrus fuit irregularis, qui auriculam
i seruo pontificis præcidit,[i] 24. quæstione prima. si Petrus. & 22.
quæstione iij. pro membris. & videtur quod sic: cùm hoc non fe-
cerit superioris auctoritate, vt e. causa. quæst. iiij. ille gladium sed
dicas contra. Nondum enim erāt clericis arma prohibita. nec irre
gularitas erat inducta, quæ à iure positiuo ortum habet, vt dixi s.
versicu. ij. imò olim licebat sacerdotib. interficere, vt ij. quæst. vij.
c. nos si incompetenter. §. item cum Balaam. Vnde & Paulus, qui
beatum Stephanum lapidantib. ministerium præbuerat, electus
est à Domino Apostolus, vt l. di. §. econtra. c. si post. Sed in eo om
nis irregularitas fuit abolita in baptismo, vt notat 26. distinctio.
k deinde. & j. versiculo vlti.[k] Vel dic quòd illi & alii ex diuina or-
dinatione

ADDITIONES.

a Et l. seq. ¶ Et extrà, de sortil. c. fi. vbi de hoc dixi. & de off. dele. cũ
olim. ij. super versi. notauisset.
b Ver. ij. ¶ Vnde nō contrahitur, nisi in casibus expressis à iure. de
sent. exc, is qui. lib. vj. Adde tu, quòd irregularis fit de iure positi-
uo. hoc tenet Pe. de Anch. in cle. vna. de homi. & ibi do. Car. in vj.
col. Item do. Ab. in c, ego N. in fin. extrà, de iureiu.
c Præmissum est. ¶ Quod sequitur vsq; ad ver. contrahitur. posue-
rat Inn. in decr. nisi cùm pridē. de renunc. §. personæ. vbi breuita-
tis causa huc remisi super gl. arg. pro opinione.
d Dauid ¶ j. Paralip. 16. & 28.
e c. j. ¶ Vt ibi no. & j. §. nunc breuiter. versic. v. Dauid fuit figurator
noui Testamenti.
f In fin. ¶ Idem si cum vidua contraxit, & eā cognouit. de biga. c. iij.
& c. debitum. versi. cùm ego.
g De hoc. ¶ Scilicet claui scientiæ: ibi enim nil de quęstione, in qua
contrarium eius quod tenet gl. no. in præ. c. illiteratos. & vide qđ
scripsi de tempo. ord. nullus. lib. vj. super ver. illiterato.
h Truncans. ¶ Tex. est in decr. is qui. de ho. li. vj. & in cle. eo. tit. c. et
tuo. & ibi multæ concordantiæ in v. gl.
i Præcidit. ¶ Lucæ 22.
k Ver. vlt. ¶ Qui penultimus est, sed ante additionem erat vltimus.

dinatione excusati sunt, vt extr. de diuor. gaudemus. §. verum. 23. q. iiij. si non licet. & quæst. viii. occidit. Diuina enim facta, & maximè veteris Testaměti sunt admiranda, non in exemplum nostræ actionis trahenda, vt ij. q. vij. nos si incompetenter. §. item cum Ba
a laam. ver. Daniel. & iiij. q. iij. c. si testes. §. sed obiicitur[a]. Si verò per cutiat absq; mortis periculo, vel sanguinis effusione, vel trũcatio
b ne, & habet potestatem, non imputatur ei[b]: vt ext. de rap. in archi episcopatu, & 23. q. v. c. ij. quod prosequere, vt ĩ. ver. facto autem.
9 † ¶Item litigiosus est irregularis. xlvj. dist. per totum. extr. de syndico. c. vnic. Si enim criminalis est quæstio, & sequitur inde mors vel mẽbri trũcatio, sequit irregularitas, siue sit iudex vel assessor, vt no. 23. q. vlt. princeps. & c. sæpe. siue aduocatus, siue pro actore
c siue pro reo. ĩ. de aduo. §. primo. versic. in causa[c]. siue actor vel notarius, siue dictator sententiæ, vel promulgator, vel procurator, vel officialis, vel executor, vel testis, vel accusator, vt l. distinct. si quis viduam. extr. ne cleric. vel mo. sententiam. & c. clericis. ext. de hom. postulasti. lj. q. c. j. siue purgationi vulgari, vel vindictæ sanguinis auctoritatem, vel benedictionem seu præsentiã suam exhibet. ext. de excess. præ. ex literis. Item in milite. lj. dis. si qs post. xix. q. iij. monasteriis. Tamen in his casibus, si mors, vel membri diminuito non fuerit secuta: dicunt quidam posse episcopum dispensare. arg. extr. de cleri. pug. in duel. c. j. alij dicunt, quòd cùm tales voluntarij homicidæ intelligantur, solus papa potest dispensare cum eis. licet autem clericus non debeat interesse, vbi vindicta sanguinis exercetur: si tamẽ ex sola curiositate, vel leuitate fuerit, vbi latro suspẽditur, vel vbi qs in duello interficitur, licet grauiter peccet: non tamen fit irregularis, si nec auxilium, nec consi-
d lium, nec auctoritatem præstiterit.[d] † ¶Sed quid de iudice vel of
10 ficiali, vel milite, vel aduocato qui talia susceperint officia: nõ tñ
e sunt ea executi? Respondet Hugo. no. lj. dis. si quis[e]. eos non prohiberi ab ordinum susceptione. Alij etiam tales iudicant irregulares propter propositum exercendi, quod habuerunt. arg. extr. de biga. nuper. & c. fin. Si autem ex officio suo causa iustitiæ aliquem iudex interfecerit, irregularis est: miles autem qui fuit in bello, per per eum stetit quin occideret, repellendus est: secus si nec percussit, nec ad hoc operam dedit, secundum Hug. similiter iudex q examinauit causam sanguinis, & aduocatus in ea, & officialis qui ex officio suo dedit operam vt sanguinis effunderetur, irregulares sunt, licet mors vel sanguinis effusio non fuerit subsecuta. Potest tamen cum talibus per episcopum dispensari, vt ĩ. ver. quãdo autem. & similiter cum illo qui non ex officio, sed ex odio dedit operam, & fecit quod potuit vt occideret: non tamen occidit, nec mutilauit. Indigent enim tales dispensatione. & vide ĩ. ver. sed nũ
11 quid cleri. & ver. sed quæritur quando. & seq. † ¶Item exercens artem chirurgiæ, videtur quòd sit irregularis, si propter imperitiã vel negligẽtiam suam mors fuerit subsecuta, ex incisione, adustione, vel potione quam dedit infirmo, vt extrà. de homi. tua. §. j. Item si quis peritus phlebotomat & secat, vel adhibet omnẽ diligentiam quam debet: non tenetur in aliquo si mors sequatur: qa poti⁹ præsumitur casu & culpa phlebotomati, vel medicinati seu secti, mors euenisse. 22. q. v. de occidendis. secus si propter eius ne
12 gligentiam euenerit, vt ĩ. versi. facto. & sequen. † ¶Si autem aliquis sagittam vel telum vel gladium infixum in gutture vel pectore, seu corpore alicuius extrahit, propter quod vulneratus citi⁹ obiit, irregularis efficitur: vt ff. de re iud. in culpa & l. quamuis. extrà. de homi. tua. Intellige autem cihirurgum non prohiberi à ꝓmotiõe, nisi propter periculum: quoniam de facili in officio suo errare potest. vnde si quis existens laicus hoc officium exercuerit non ob hoc est irregularis, licet multi sub eius cura obierint: nisi propter eius incuriam perierint: vt dixi. ¶Clericis autem hoc officium omnino interdictum: est ita quòd si cessare nolunt, deponendi sunt, quamuis ex hoc solo non sint irregulares. Si tamẽ sub eorum cura aliqui obierint: etiam præter eorum culpam dicit papa eos irregulares fore, vt no. in præ. c. tua. & extr. de cle. vel mo. sententiam. Is autem qui ante baptismum vel etiam existens laic⁹ irregularitatem contraxit post baptismum, vel etiam factus cleri
13 cus, remanet irregularis. 26. dist. c. j. & ij. † Similiter si custodiens infirmum det ei bibere vinum, vel aliud imperitè contra consiliũ medicorũ faciat, propter quod mors sequatur, irregularis fit propter imperitiam & negligentiam dissolutam. Sed si talia bona fide fiunt circa ægrotos, non debet quis facilis esse ad faciendam sibi conscientiam scrupulosam quamuis in aliquo sit erratum, si non sit ibi lata culpa, cum negligentia dissoluta quæ prope dolum est, & huiusmodi scrupulum de facili deponere debet ad consilium sapientis. Si autem lata fuerit culpa aut negligẽtia dissoluta, & certum sit quod inde mors euenerit, irregularitas contrahitur. Si verò non sit certum, aut dubitatur probabiliter secundum iudicium medicorum, aut non. In primo casu abstinendum est ab officio & promotione: in secundo deposità erronea conscientia, si fieri possit: poterit administrare, & etiam promoueri: aliàs non, secundum fratrem Ray. l. distin. hi. qui arborem. & c. sæpe. Solus tamen papa cum prædictis dispensat secundum quosdam. Item est irregularis ordinatus ad sacrum ordinem ab episcopo qui renuntiauit episcopatui, vt extra. de ord. ab episc. qui renunciauit episcopatui. c. j. Item ordinatus à non suo episcopo: non enim recipit executionem. ix. q. ii. c. j. ij. iij. & iiii. vij. q. i. episcopus in diœcesi. lxxj. distinct.
f c. j. & ij. & dixi in decr. Grego. X. de temp. ordi. eos qui[f]. nisi fiat de licentia proprij episcopi, vt ibi. & ix. q. ii. Lugdũ. Quidam tamen dicunt, ꝙ ordinatus ab alieno episcopo non est suspensus ipso iure, sed suspendendus, vt extr. de temp. ord. quod translationem. & de ord. ab episcop. qui renunc. episcop. capi. j. §. j. ad fin. Vnde si celebrat, non est irregularis: quia prædicta iura loquuntur de suspensione quo ad se tantùm, potest tamen suspendi seu interdici ei ne celebret, vt in præ. ca. quod translationem. & si postea celebrauerit, irregularis efficit: nec poterit cum eo citra sedem Apostolicam dispensari: prout ĩ. dicetur: & hoc etiam probat styl⁹ curiæ. Nam quando scribitur pro talibus, dicitur sic: Mandamus quatenus ipso ad tempus suspenso super hoc: auctoritate nostra dispenses. Et no. quod dicit, super hoc: & non dicit, super irregularitate dispenses. Dispensatur enim, vt non deponatur: quod fieri de
g bet secundum predicta iura. & hoc sentit do. meus[g]. Item ordinatus extra statuta tempora, vt extr. de tempor ordin. cùm quidam Item non ordinatus celebrans, vt ĩ. §. nunc de episcopo. ver. xviij. Item recipiens plures ordines sacros eodem die, vt eodem titul. dilectus. Item minor xiiij. annorum in subdiaconum ordinatus, vt eodem ti. vel non est. Item per saltum promotus, vt extr. de cleric. per saltum promo. tuæ. ¶Sed quid si nullum ordinem habens ordinetur in presbyterum: vel quid si prætermisso aliquo ordine sacro quis ordinetur in episcopum? De hoc dic prout ibi nota
h tur[h]. Item rebaptizatus, de consecra. distinct. iiij. qui bis. extra. de apostatis. c. j. Item simoniacus in ordine. extra. de simo. si quis. j. q. j. statuimus. Item neophytus, vt xlviij. dist. per totum. Item regularis audiens leges vel physicam vltra duos mẽses. extra. ne cleric. vel monac. non magno. in fine. Idem etiam dici potest de personis illis quæ enumerantur eo. ti. c. fin. §. fi. Item publicè pœnitens.
14 l. distinct. canones. & lv. distin. pœnitentes. † ¶Item accedens ad monasterium causa pœnitentiæ ibi agendæ pro quocunque delicto siue leui, siue occulto, vt extr. de renunciat. post translationẽ. l. distinct. si ille. Item suspensus, vt extr. de cõsuetud. cùm dilectus. Qui autem sint suspensi, vide in Repertorio sub titu. de senten. ex
i commun. in rubrica extraordinaria[i]. Item accusatus accusatione pendente. extrà. de testi. capitu. fina. Item conuictus & confessus, & condemnatus de crimine. xv. quæst. vlt. si quis. argumen. extra. de testib. testimonium. Idem est si non sit condemnatus, si crimẽ sit enorme & manifestum. l. distinct. de his verò. Item denunciatus de aliquo crimine. extr. de accusat. omnipotens. Item accusator accusatione pendente, vt ij. quæst. iii. Euphemium. Item excõmunicatus scienter ordines recipiens. extra. de senten. excommunic. cùm illorum. Item recipiens ordines etiam ignoranter ab hæretico, vel excommunicato, vel schismatico, vel suspenso, vel etiam ab eo qui renunciauit episcopatui, vt legitur & notatur extra. de schisma. c. ii. extra. de ordin. ab episcop. qui renun. episc. c. fin. j. quæst. vii. conuenientibus. Item qui contraxit matrimonium cũ ioculatrice, vel alias vili muliere, vel ancilla. xxxiiii. distin. si quis viduam. extra. de cleric. coniuga. sanè. ii. Item promotus post inhibitionem sub pœna anathematis. extra. de eo qui fur ordines susc. c. i. ¶Generaliter quicunque promoueri non potest ad ordines, vel honores sine dispensatione: & quicunque ineligibilis est, irre
15 gularis est. † Item omnes casus qui impediunt promouendos, vel deiiciunt iam promotos: & qui pœnam depositionis merentur, irregularitatem inducunt: quos plenè prosequere in Repertorio

ADDITIONES.

a Obiicitur. ¶xxii. q. ii. si quis per testamentum.
b Imputatur ei. ¶Ad irregularitatem vel ad culpam: si verò potestatem non habet, imputatur ad culpam, sed non ad irregularitatem
c In causa. ¶Ibi dabo remissionem.
d Præstiterit. ¶Hoc scripsi post Inn. & Host. in præ. decr. sententiã. super j. gl.
e Si qui. ¶Et Ioan. ibi.
f Eos qui. ¶li. vi. & ibi vide in gl. quod non licet.
g D. meus. ¶Vt post eũ scripsi in præ. c. quod translationẽ. in gl. ergo talis.
h Ibi nota. ¶Et xl. dist. sicut. & lii. dist. solicitudo.
i Extraordinaria. ¶Hanc ĩ declarat ver. casus aũt. vide quod plenè no. in cle. de pœnis. cupientes. in gl. nota nouam.

d 3

torio sub titulo de tempor. ordin. in duabus rubricis extraordinariis, & sub titu. de pœnis. in rubrica illa: casus totius iuris in quibus promoti deponuntur: & de aliis multis, vt patet infrà §. nūc de episcoporū. ¶ Item in veteri Testamēto quædam inueniuntur irregularitates, quæ impediebant aliquem panes Domino offerre: quæ figuraliter intellectæ etiam in nouo repelluntur, vt cęcus, id est, ignorantia: claudus, id est, infirmitas mentis. Item nasum paruum, id est, indiscretio, vel grandem vel tortum, id est immoderata discretionis subtilitas. item habens fractum pedem id est, alienatio à bono, vel gibbum, id est peruersitas. Item lippus, id est, depressio ingenij. Item albuginem in oculo habens id est, arrogantia. Item habens iugem scabiem, id est, luxuriam. Item ponderosus id est, immunda cogitatio. Item habens impetiginem in corpore, id est, auaritia. Hæc leguntur quadragesimanona. distinctione. hic etenim. Item languidum: id est tarditas & negligentia. Indignū enim est, dare Deo quod dedignatur homo
16 vt eadē distinctione, cap. final. † ¶ Sunt quoq; irregulares hi qui post peractam pœnitentiam non habent ordinis executionem, vt extra. de renunc. nisi cùm pridem. §. primo. quod contingit in
a pluribus casibus [a]. ¶ Primò, in homicidio. l. distinctione. miror. extr. de tempo. ordi. ca. fina. ¶ Secundò, in simonia in ordine, prima, quæstione j. erga. extr. de simo. tanta. vel in beneficio quoad illud retinendum. extra. de accussa. inquisitionis. j. respon. §. nunc ostendendum versicul. xxiij. ¶ Tertiò, si quis excommunicatus, vel suspensus, vel interdictus in contemptum clauium se fecerit ordinari. extra. de sentent. excommuni. cùm illorum. §. si autem hos. ¶ Quartò si talis præsumitur celebrare. xj. quæstione tertia. si quis episcopus. in conci. extr. de vita & honest. clerico. vt clericorum. §. si quis igitur. vel beneficia conferre: vel si quis à contēnente interdictum beneficia recipere, vel ipsum interdictum violare præsumit. extr. de exces. præla. tanta. Quintò, falsarius literarum domini papæ. extr. de crimine falsi. ad falsariorum. §. primo.
b Talis tamen secūdùm papam, [b] si occultus sit, post absolutionē & pœnitentiam peractam, sine peccato ordinatur: nec debet petere restitutionē: quia nullo iure cauetur: quòd sit infamis ipso iure. ¶ Sextò, hæreticus. extr. de purgat. cano. inter solicitudines. & qui fuit hæreticus, prima, questione septima. conuenientibus. & §. fina. xij. distinct. non cōsuetudinem. ¶ Septimò, exhibens hęreticis ecclesiastica sacramenta, vt extr. de hæreti. excommunica
17 mus. primo. §. si verò clericus. & §. sane clerici. † ¶ Octauò, sodomita, extr. de exces. præla. clerici. ¶ Nonò presbyter peccatorem sibi cōfitentē denudans. extr. de poe. & remis. omnis. §. finali. ¶ Decimò, incorrigibilis & in nimia cōtumacia perseuerans. extra. de dolo & contuma. veritatis. §. fina. 23. quæstio. iiij. fortè. extr. de iudi. cùm non ab homine. ¶ Vndecimò crimen notorium de iure vel de facto, extr. de tempo. ordi. cap. fina. ¶ Duodecimò, vtens officio assasinorum, vel eos receptans vel defendens, vel occultans, licet exinde mors non sequatur, extr. de homi. pro humani lib. vj. ¶ Decimotertiò, apostata. extr. de aposta. capit. fin. ¶ Decimoquartò, schismaticus. extr. de schismaticis. c. primo. ¶ Decimoquintò, intrusus, 16. q. vij. si quis deinceps. vij. quæstione j. factus. & capitu. sequent. & per abusum secularis potestatis voluntariè electus. extr. de elect. quisquis. ¶ Decimosextò, secundum Ioan. omne crimen, quod ipso facto inducit infamiam ciuilem. iij. quęstione vij. c. infames. §. porrò. C. de infamibus. l. j. ff. de his qui no. infam. l. j. & l. ait. ¶ Decimoseptimò, infamia descendens ex delicto per sententiam declarato: quia pœna potest demi, culpa pe-
18 rennis erit. ij. qu. iij. c. Euphemium. §. hinc colligitur. † ¶ Infamis enim est irregularis. siue sit infamia iuris, vt lj. dist. qui in aliquo. & ij. quæst. iij. c. si quem. §. notandum. C. de infami. l. j. extr. de testibus. c. testimonium siue sit infamia facti, vt extr. de accus. omnipotens. ij. q. iij. §. hinc colligitur. 80. distinct. tantis. C. lib. xij. de dignit. l. iij. extr. de exces. prael. inter. §. postremo. versicu. hoc etiam nota. Qui autem sint infames, vide plenè in nostro Repertorio sub titulo, de pœnis, in rubrica extraordinaria. ¶ Decimooctauò, in casibus in quibus papa non potest dispensare, quos habes j. §. nunc breuiter. & in quibus ipse solus dispensat. qui no. s. §. nunc ostendendum. In his enim casibus etiā si occultū sit, non potest quis ministrare, vt j. §. qualiter. in aliis aūt casibus non impeditur executio ordinis post pœnitentiam peractam, sed sufficit per solā pœnitentiam suo satisfacere creatori: nec illa si latentia vel occulta sint irregularitatē inducunt, vt extr. de simo. c. fina. in fine. l. distin. ferrum. 32. q. 5. Christiana. extr. de coha. cler. & mu. vestra. extr. de renuntia. nisi cùm pridem. §. personæ. Alij tamen contra argument. pro eis. l. dist. sacerdotes. & c. de his verò. Sed dici potest qđ inducunt irregularitatem canonicam, quæ per pœnitentiam aboletur, & non aliam præterquam in homicidio & in aliis
c præmissis casibus. extr. de temp. ord. c. fi. Vincētius dixit [c], ꝙ nūquā ꝑ peccato occulto acta pœnitētia īpedit qs vti ordinibꝰ habitis, & ascendere ad superiores, nisi inueniatur expressum, vt ī si-

moniaco in ordine. extra. de simonia. tanta. Nec acta pœnitentia indiget dispensatione, quoad vsum, vt in c. Christiana. & in c. ferrū. & in eadem distinctione quæ sub gradu. & præ. c. de his. vbi dicitur seruato gradu. Intelligit enim seruato; scilicet ipso iure. arg. pro eo. extr. de tempo. ordi. cap. fina. ibi: non debent, &c. & intellige contraria loqui de crimine, in quo lata est sentētia: vel de fama, vel de infamia irregulari. xxv. dist. primū. lxj. distinctione, in sacerdotibus. Itē non obstat extr. de tempo. ordi. ad aures. quia loquitur de irregulari, qui non habet velle, nec nolle: quoad hoc aūt, vt nunquā inde accusari possint, bene est necessaria dispensatio. extr. de fil. presbyt. ex tua. vbi autē aliquis manifestè deliquit, peccat celebrando, siue egerit pœnitētiā, siue nō, vt in d. c. sacer-
d dotes. extr. de furt. ex literis [d]. & vide j. §. nunc de episcoporum.
19 versi. ꝓhibetur. & §. qualiter autē. versiculo hoc quoq;. † ¶ Item nota ꝙ suspēsus ab officio celebrando fit irregularis, vt xj. q. iij. si quis eps dānatus. & c. si qs eps in ꝯcilio. Sed canones illi loquuntur in excommunicato scienter, & in contemptum clauium celebrante. Hodie tamen idem iuris est in suspenso à diuinis, vt extra. de re iud. cùm æterni. & de sent. excō. cùm medicinalis. in fin. lib. vj. & hoc casu solus papa dispensat, vt j. §. nunc de episcoporum. versi. sed nūquid potest. Suspēsus aūt à beneficio tātum nō fit celebrādo irregularis: quia hoc nullo iure cauetur, secundum
e Papam [e]. extr. de electio. cùm in cunctis. §. clerici. & c. statuimus. §. fina. extr. de conces. præben. quia diuersitatem. Minori quoque excommunicatione propter participationem ligatus, licet celebrando grauiter peccet, non tamen efficitur irregularis: imò si medio tempore, scilicet, postquam communicauit excommunicato celebrauerit, bene poterit sine papę dispensatione celebrare, vt extr. de cleri. excom. mi. c. si. xj. q. iij. si quis presbyter. & cap.
20 seq. † ¶ Quod autem dixi de excommunicato minori propter participationē, idem etiam dicendum est in notorio fornicatore & simoniaco, & omnibus aliis suspēsis à iure: cùm & participans excommunicato sit à iure suspensus, vt eadem quæstione, excōmunicatos. & duobus cc. seq. & vbi est eadē ratio, idem ius debet esse. de consang. & affinit. tua. extr. de constitu. nam concupiscentiam. Secus autē est in suspensis ab homine. Illi enim si celebrāt irregulares fiunt, vt in præce. c. si quis presbyter. & c. seq. & extr. de cler. excom. mi. c. ij. & c. latores. & c. postulastis. Et est ratio: qa mitius agitur cum lege q̄ cum ministro legis. ff. de arbi. l. Celsus. Quidam tamen dicūt participantes seu communicantes cū excommunicatis, & illos qui per saltum promoti sunt, non suspensos à iure, sed suspendendos esse: & solū propter peccatum, quātum ad Deum, prohiberi à sacramentis, & à promotione, vt extr. de cler. per saltum promotis. c. vnico. & lij. dist. ca. j. Quod verius
f videtur secundum papam. & do. meum [f]. Si enim à iure suspensi essent, celebrando fierent irregulares, vt extr. li. vj. de re iud. cum æterni. §. si quis. & §. sciturus. de sent. excom. cum medicinalis. §. si quis. & §. fin. Alij tamen aliter dicunt, extr. de cohabit. cleri. &
21 mulier. sicut. Ad idem extr. de sent. excom. solet. lib. vj. † ¶ Vt autem in hac materia plenius instruaris, nota ꝙ excommunicatus maiori excommunicatione siue à iure, siue ab homine, scienter durante excommunicatione celebrans, semper fit irregularis, & deponendus est, vt in præ. cap. si quis presbyter. & c. sequent. & ea. quæstion. de illis. & in præ. decre. latores. Secus si ignoranter, vt eodem titulo. §. Apostolicæ: & j. §. nunc de episcoporum. ver. sed nunquid potest. & etiam clericus illi ministrans, vt dicunt
g quidam, arg. extr. de aposta. c. ij. [g] Si autē dubitaret probabiliter de sua excōmunicatione, præsertim quando cōscius est de culpa sua propter quā iustè potuit excommunicari: nescius tamen exponit se discrimini: & si celebrauit: cum sit excommunicatus irregularis est: & indiget dispensatione domini papæ, vt in c. Apostolicæ. Crassa aūt dici pt in talibꝰ ignorātia, si citatꝰ pereptoriè, nec iuit, nec misit: & sic excōicatus celebrat, licet nil de excōicatione

ADDITIONES.

a Casibus. ¶ Quos scripsi in præ. c. nisi. super gl. ex loco.
b Secundum Papam. ¶ In decr. nisi cum pridem. post prin.
c Vincen. dixit. ¶ In c. prox. alleg.
d Literis. ¶ Hucusque Vin. qui addebat, maximè si scādalū est, vitari non poterit ante sententiam. xv. q. vlti. c. vlti.
e Papam. ¶ In prin. c. nisi cùm pridem.
f Dominū meum. ¶ Qui hoc no. in ca. si celebrat. vt ibi scripsi post principium.
g c. ij. ¶ Hoc nō placet, nec hoc etiā recipit interpretatio ꝯsuetudinis: & ꝓbat hoc decr. is qui. j. respon. de sen. exc. li. vj. nō ob. decre. ij. Dispar enim est culpa celebrātis in excōmunicatione et rebaptizantis, qui quasi crucifigere Christum dicitur. de cons. dist. iiij. q bis. Et in quo punitur etiam ignorantia rebaptizati, vt ibi. & secus in excommunicatione, vt s.

a tione sciat[a]. In suspensis autē distinguitur: quia quomodocunq;
quis suspēdatur à iudice, siue ad certum diem, siue perpetuò, siue
quousq; pœniteat: semper si celebrat, fit irregularis. Huiusmodi
enim suspēsi nunquā debent celebrare, nisi prius sentētialiter ab-
soluantur per iudicē, sicut sententialiter suspensi fuerunt: extr. de
regu. iuris. c. j. Quidam tñ contradicunt in hoc vltimo casu, scili.
quando suspensus est quousque pœniteat. Sed pro primis multū
facit ij. q. v. presbyter. vbi dicitur de tali, ꝙ ad arbitrium suspenden
b tis satisfacere debet[b]. Et si tales ante absolutionē celebrant, sunt
irregulares: vt in præ. c. si quis presbyter. & c. seq. extr. de resc. dilec
tus. extrà. de exce. Apostolicæ. Suspensi verò à Deo, quales sunt
omnes peccatores: vt extr. de cohab. cle. & mul. c. si. quia q indig-
nè corpus Christi sumit, iudicium sibi manducat & bibit. de cōse.
dist. ij. sancta. & c. timorem. & c. qui scelerate. xj. q. iii. c. ad mensam
§. euidenter. 23. q. iiij. fortè. nunquam fiunt irregulares, si celebrāt
licet peccent: nisi in grauioribus criminibus, vt in homicidio, si-
monia, & huiusmodi: in quib. etiam post peractam pœnitentiam
executio officij impeditur, vt s. ver. sunt quoque. quia hoc nō in-
uenitur in canonibus. & hæc irregularitas à iure canonico tantū,
22 est inuenta: vt dictum est s. ver. ii. † ¶ Et ideò neminem irregula-
rem iudices, nisi hoc in iure inueniatur expressum, vt j. vers. gñali-
c ter[c]. In suspēsis à canone ab officio propter crimen, dic quòd fiūt
irregulares celebrando: vt in præ. decre. cum æterni. & c. cùm me
dicinalis. Sed contrà, nonne excommunicati minori excommu-
nicatione suspensi sunt à canone, & tamen non fiunt irregulares
celebrando? vt s. ver. item no. So. excommunicatus minori excō-
municatione est principaliter à Deo suspensus, & non à canone,
nisi per approbationem. quod apparet ex eo. quia quā citò vult
pœnitere, absoluitur à quoq; confessore: & statim celebrare pōt:
vt extr. de sen. excom. nuper. in fi. Sed secus est in suspensis à cano
ne: quia ipsi quantumcunque pœniteant, ante tempus suspensio
nis finitum celebrare non possunt: vt in prædicta decre. cùm ęter
ni. & c. cùm medicinalis. Sed adhuc opponitur, quia in minori ex-
communicatione aliquid adiectum est à canone. Nam in absolu-
tione est necessaria solennitas. extr. de sen. excom. nuper. & c. qua
muis. & c. venerabilis. & c. duob. & omnia nostra meritò facimus,
quib⁹ auctoritas nostra impartitur, vt C. de ve. iu. enu. l. i. §. sed ne-
que. & §. tanta autem. Sed dic, ꝙ hęc adiectio, quo ad solennitatē,
non immutat statum, siue naturam suspensionis, vel minoris ex-
communicationis: & ideo non est dicenda sententia canonis, sed
23 Dei tantùm. † ¶ Item quando dicitur, Sis suspēsus, quousque sa-
d tisfacias, vel pœniteas, vel vsque ad annum, vel aliud tempus g: ñ
dicitur propriè sententia, vel suspensio canonis, sed Dei: & ideo sta
tim post pœnitentiam legitimam celebrare potest: vt lxxxj. dist. si
qui sunt presbyte. in prin. & etiā prius celebrans non fit irregula-
ris secundum papam, vt probatur, & no. secundum eum extrà. de
e coha. cleri. & mulie. sicut[e]. Nototius quoq; fornicator non est prī
cipaliter suspensus à canone, sed à Deo. quod patet ex eo, quòd
quàm citò pœnitet, licitè celebrat. eo. c. fina. licet per canones in
odium criminis aliquid additum sit, quo ad vitatioēm eorum. vt
eo. ti. c. tua. & c. vestra. 32. distin. nullus. & ca. præter hoc. §. verum
secundum papam. Dominus autem meus dixit, ꝙ simoniacus &
notorius fornicator suspensi sunt ab officio propter crimen à ca
none, quantum ad se, & quantum ad alios: vt in præ. §. verum. Vn-
de quantumcunque pœnitentiam egerint, nunquam celebrare
debent ante obtentam à sede Apost. dispensationem: alioquin cō
trahunt irregularitatem: vt extr. de biga. quia circa. & notatur se-
cundum eum extr. de simo. tanta. & in præ. c. cum medicinalis. Si
enim aliquis est suspensus ab officio propter crimen, quātum ad
se, & quantum ad alios, siue à canone, siue à iudice, semper fit irre
gularis celebrando, secundum eum, vt no. in præc. decr. cùm æter
ni. & c. cùm medicinalis. ar. tamen contrà in his quæ no. j. §. nunc
de episcoporum. ver. 26. Porrò si non sint suspensi à canone pro-
pter crimen, sed propter aliquem defectum, vt puta illegitime na
ti, & corpore vitiati, & huiusmodi non incurrunt nouam irregu-
laritatem, si ante obtentam dispensationē celebrent: & hoc curia
Romana obseruat: quia quando dispensat cùm talib. simpliciter,
dispensat super defectu tantùm, nulla facta mentione de irregula
ritate: quia nullam contraxit. lxvj. dist. Apostolica. & c. Cenoma-
nensem, extr. de fi. presby. veniens. & c. peruenit. Et idem est, si sus
pensi sint à canone non propter crimen, sed propter infamiam: si
cut illi quorū crimina sunt notoria: & qui etiam post peractam
pœnitentiam celebrare propter scādalum & infamiam prohibē-
tur, vt in præalleg. decre. de coha. clerico. & mulie. c. fina. & de ho
mi. ex literis. §. fina. & tamen celebrando ante dispensationem, no
uam irregularitatem non incurrunt: quia hoc non inuenitur iure
cautum. Et idem est in suspenso à confessionib. audiendis celebrā
te ante reconciliationem: quia hoc iure non cauetur. xi. q. iii. §. eui
denter. De hac suspensione habetur 26. q. v. & qu. vj. per totum.
¶ Hic etiam est, quòd si quis in irregularitate existēs beneficium
recepit: tamen imperata absolutione super irregularitate, non in
diget alia dispensatione super beneficio obtento, secundum fra-
trem R. sed & vbi quis debet esse in suspensione, id est, in probati
one prius quàm celebret, si illa durante celebrat, bene potest cū
tali episcopus dispensare, vt legitur & no. secundum papam extr.
f de clerico peregrinant. c. j.[f] Casus autem in quibus sit aliquis ipso
iure suspensus, vel debeat de iure suspendi, vide plenè in nostro
aureo Repertorio sub titulo de sen. excommunicatio. sub Rubri
ca casus totius iuris, in quib. est aliquis suspensus. & in titulo seq.
24 † ¶ Sed quæritur, vtrum is qui non seruat, sed violat interdictum
ecclesiasticum celebrando in loco interdicto, sit irregularis, & sus
g pensus iure ipso. Et videtur ꝙ sic[g]: vt extrà. de exces. præla. tanta.
ver. fi. & de cle. excom. mi. postulasti. §. fi. Sed contrà: quia celebrās
& communicans excommunicato non est suspensus ipso iure,
nec irregularis. vt eodem titulo, si celebrat. in principio. mul-
tò ergo minus qui non seruat interdictum. Super hoc dicunt qui-
dam, quòd non est irregularis: nec suspensus ipso iure. Et intel-
h ligunt prædictam decretalem, tanta[h]. loqui, quando quicun-
cunque non seruarent interdictum, sed celebrarent in loco in-
terdicto expresè per sententiam erant excommunicati vel sus-
pensi. Tu dic contrà, etiam si super hoc nulla sententia lata fuerit,
vt eodem titulo, Apostolicæ. & extr. de electio. cùm inter. R. & de
postulatio. prælato. c. j. Qui enim in loco interdicto celebrat, non
i à canone, sed à latore sententiæ, intelligitur esse suspensus[i]. vnde
cùm sit irregularis, non potest dispensare cum eo, vt 11. q. iij. si qs
episcopus. & c. seq. Qui autem coram excommunicato celebrat,
verè irregularis nō est, quia non est suspēsus, nec ab homine, nec
à iure, sed est censendus sicut ille, qui excommunicato participat
in oratione, qui tantùm minori excommunicatione excommu-
nicatus est, vt 11. q. iij. excommunicatis. Nec est irregularis, vt in
præ. decr. si celebrat. in prin. vnde potest à quocunque absolui. vt
extr. de sent. excom. nuper. in fin. ¶ Sed quare non multò magis ē
suspensus celebrans & communicans excommunicatis, quàm ce
lebrans in loco interdicto? De hoc dic secundum papam, vt no. in
k præ. c. tanta[k]. Suspensum autem ab homine reputo, siue nomina-
tim suspensus sit, vt Suspendo talem: siue generalis suspensionis
sententia feratur in omnes qui in tali facto commiserint: Vt inter
dico talem ecclesiam, vel talem ciuitatem: vt in præal. decr. tanta.
25 & extr. de postula. c. j. de verbo. significa. cùm in partibus †. ¶ Qđ
autem dixi, quòd celebrans coram excommunicatis non est irre-
gularis, fallit secundum quosdam, si illi fuerint à domino papa
l excommunicati, vt extrà. de sententia excommunic. significauit.[l]
Illud

ADDITIONES.

a Sciat. ¶ Durū videtur hoc, cùm potuisset etiam non excommuni
cari, & post peremptorium iterum citari. de off. dele. consuluit. de
do. & contuma. prout vel alia pœna contumacis puniri, vt lit. non
contesta. quoniam.
b Debet. ¶ Remissiuè dabo j. ver. proxi.
c Generaliter. ¶ Et sic est declaratum de sent. excom. is qui. j. resp.
libr. vj.
d Tempus. ¶ Quomodo hæc duo vltima differunt à primis duob⁹,
plenè scripsi de æta. & quali. cum bonæ. in gl. moderatè.
e Sicut. ¶ Vbi scripsi in gl. satisfactio, & gl. seq.
f c. j. ¶ Vt ibi scripsi. super ver. suspensus.
g Quòd sic. ¶ Et sic est determinatum de sen. excom. is qui. ij. respō.
li. vj. & quod sequitur de celebrante coram excōmunicato, si scie
ter ibi expeditur. in j. responso.
h Tanta. ¶ Vt ibi recitat Ber. in gl. no. quod vt quidam. Adde quòd
celebrans in loco interdicto, fit irregularis: voluit Fede. de Senis
cons. ccxxj. An autem prælatus non prohibens celebrare in loco
interdicto, sit & ipse irregularis, ibi vide. & cui incūbat onus ꝓban
di. ꝙ prælatus sciuit locū interdictū, etiā ibi vide: & an prælatus, q
tpe interdicti clausis ianuis interfuit missæ, quæ cælebrabatur sup
cadauere cuiusdā beguinæ, fit irregularis: cū dicta beguina sit pri-
uilegiata, ꝙ tēpore interdicti diuinis officiis possit interesse, & ec-
clesiastica capere sacramenta, vide Fede. de Senis concludentem
quòd non cons. lxxxvj.
i Suspēsus. ¶ Melius diceret, nō à latore sñiæ, sed à canone: vt patet
in præ. decre. is qui. ij. respon. & huic literæ melius coaptat istud.
vnde quod sequitur nō ob. decr. nuper. de sent. exc. vt ibi scripsi su
per gl. colligitur. & vide quod no. e. ti. statuimus. in ver. gl. & super
ea. libr. vj.
k Tanta. ¶ Cuius mentem ibi posuit Ber. in additione.
l Significauit. ¶ Omnino videas qđ ibi scripsi super j. glo. Adde ver.
sequenti. illud quoque. Fede. de Sen. consi. xcij. inci. fratri Raynal
do, vbi bene discurit materiam huius ver. & per ipsum etiam con-
si. lxx. vbi ponit de illo q accipit aliquos ad diuina officia tēpore

Illud quoq; notandum est, quòd cùm locus interdicitur, non solùm clerici illius loci, sed etiam alienigenæ ibi prohibentur celebrare, nisi sint priuilegiati, vt extr. de priuile. quod nonnullis. & c. vt priuilegia. Nominatim autem interdicti celebrantes irregulares fiunt, vt xj. q. iij. si quis episcopus in concilio. & c. si quis episco
26 pus damnatus. † ¶ Quæ autem dicimus de loco interdicto, intelligimus etiam si parochia fuerit interdicta. Si autem ecclesia interdicta sit: ideo quia est violata sanguinis effusione, vel semine pol-
a luta: non est irregularis in ea celebrans[a]. Tunc enim nõ dicitur ꝓprie interdicta, sed dicuntur in illa organa esse suspensa. extr. de ꝯse. ec. vel alta. c. fi. extr. de adul. significasti. & de priuile. tuarum. vbi generaliter no. ꝙ celebrans in ecclesia à iure interdicta, nec suspẽsus nec irregularis est: quia interdictum nomen iuris est: & plus ĩportat quã verbi ꝓprietas sonet. Idem etiã puto, si episcopus propter patronorũ discordiã clauserit ecclesiam, & inde reliquias asportauerit: præcipiens ne ibi missarum solennia celebrentur. Non enim credo, quòd celebrans ibi sit irregularis. extr. de iure pat. c. j. & ij. Si autem dicatur sic: Interdico talem ecclesiam: celebrans in ea incurrit irregularitatem & suspensionem, sed clerici & laici illiꝰ ecclesiæ bene poterunt alibi vbicunq; audire & celebrare diuina:
b nisi illud additum fuerit in sentẽtia interdicti secundũ papã[b]. Idẽ no. Vinc. extr. de consue. cùm venerabilis. Ber. tamen dicit, & melius, quòd isti laici non poterunt alibi diuina audire, vt no. extr. de
c priuil. quod nõnullis[c]. ar. ꝓ eo. iiij. q. v. quisquis. versi. si autem. De hoc dic secundũ papam, prout no. in præd. c. tanta. & in præ. Dec.
d quod nõnullis. & in c. cùm venerabilis[d]. † ¶ Hoc etiam not. quòd
27 excommunicatus vel interdictus dicitur violare sentẽtiam vł interdictum, agendo suum officium, sicut prius: puta offerendo in missa calicẽ, vel vrceos & huiusmodi, vel celebrando solenniter vesperas, vel matutinũ, vt in præ. c. si quis episcopꝰ in concilio. Vtrum autem episcopus vel legatus sic possit in hac irregularitate dispensare, no. ĩ. §. prox. ver. sed nunquid episcopꝰ. Quid si officio diuino interest, & cantat: nõ tamen celebrat? R ñ. non incurrit irregularitatem vel suspensionem, licet peccet: quia nõ facit tanquã in officio suo agens, ar. eiusdẽ c. Legere enim psalterium, vel docere etiam Euangeliũ, vel nouum, vel vetus Testamẽtũ in ecclesia interdicta, nõ est prohibitũ: cùm etiam ibi prædicari possit, vt ext. de sen. excõ. respon. ar. tamẽ cõtrà extr. de exces. prael. tanta. & de
e cler. excõ. mi. illud. §. fin.[e] & extr. de re iud. cũ ætern. §. sciturus. Sed distingui potest, vtrum ex ignorantia seu etiam deuotione, an ve-
28 rò ex contemptu, seu ex malitia se officio ingerat. † ¶ Quid si excõmunicatus celebrat, sicut prius, vel dicit horas suas officiando populum, nõ in ecclesia, sed extr. puta in naui, vel in exercitu, vel alibi? Respon. irregularis est. ar. de conse. di. j. concedimus. Secus, si dicit horas cum vno vel duobus, aut plurib. sociis non officiando in ecclesia, tunc tamen bene facit, si supprimit verba illa quæ à
f solo sacerdote dici solent, vt, Dominus vobiscum[f]. & si per alium etiam nõ sacerdotẽ, facit officiũ inchoari. Quid si excommunicatus, vel interdictus celebrat in ecclesia non cõsecrata? Resp. idem iuris est, ac si esset consecrata, quo ad hoc, extr. de immu. eccle. ecclesia. extr. de cõse. eccle. vel alta. c. fi. Nam ẽt idem esset, si extr. ec-
29 clesiam celebret, vt s̃. † Quid si sacerdos sepelit aliquem in cœmiterio, in quo certum est aliquos excõmunicatos esse sepultos? Et videt̃ quòd sit irregularis: cùm constet eum violare interdictum, extr. de exce. præla. tanta. Nam tale cœmiteriũ interdictum est, donec reconcilient̃, extr. de conse. eccle. vel alta. consuluisti. extr. de sepul. ex parte. Sed dic ꝯ: cùm hoc non sit expressè iure cautum. ĩ. ver. generaliter. sicut nec celebrans in ecclesia sanguine vel semine polluta, vt s̃. ver. illud quoq;. Mitius enim punitur committẽs contra interdictum legis, quàm hominis. ff. de arbi. Celsus. In cœmiterio autem per sententiam hominis interdicto sepeliens solẽniter, bene fit irregularis. ĩ. ver. quid si excommunicatus. extrà. de postu. præla. c. j. prope princ. extr. de cle. excom mi. c. Apostolicæ, Regulariter enim siue interdictus ab homine in loco non interdicto, siue etiam nõ interdictus in loco ab homine interdicto, ea q̃ suo ordini sunt specialiter attributa, solenniter prophanet, præsertim scienter & in contemptum: ex hoc efficitur irregularis. ar. 11.
30 qu. iij. si quis eps, j. ibi: aliquid contigerit de sacro ministerio, & c. † ¶ Quid de illo qui scienter & solenniter sepelit publicè excõicatum? Respon. licet grauiter peccet, non tñ ex hoc fit irregularis: si
g cut nec ille qui celebrat excommunicato. s̃. versi. sed quæritur g. Quid de officiis, vel ministeriis: puta si magister scholarum suum exerceat officium: & sic de aliis? fortè idem dicendum quòd de
h ordinibus secundum papam[h]. quod ex eo apparet, quia laici qui irregularitatem vel suspensionem nõ incurrunt, cùm ordinem vł
i officium non habeant, puniuntur, si violetur interdictũ. Tu dic[i], quòd talis non incurrit irregularitatem: quia hæc non competũt ordinis ratione. Peccat tamen, & grauiter est puniendus, sicut & laicus excommunicationem contemnens, vt extr. de cle. excom.
31 mi. c. ij. in fi. † ¶ Sed quid dices de aduocatis & tabellionibus, iudicibus, & aliis publcia officia gerentibus: nisi quid si ab illis per superiorem suspensi, ea nihilominus exequũt, irregularitatem incurrãt? Videtur quòd sic. ar. extr. de hæret. si aduersus. in fin. & de cler. ex. mi. c. ij. respon. j. extr. de re iudica. cùm ætern. §. sciturus. Sed dic contrà, nec obstant iura prædicta: quia locum habent in suspensis à spirituali officio ordini sacro annexo. 11. q. iij. si quis episcopus damnatus. & c. si quis episcopus in cõcilio. Quid de benedicente mensam? Et videtur quod sit irregularis: quia hoc ex officio incũbit. xliiij. di. pro reuerentia. de conse. dist. v. in omnib. Sed dic ꝯ: cũ hoc nulli sit ordini deputatum. xliiij. dist. c. fi. secus in benedictiõe
32 aquæ: quia illa fit cum solennitate. de consecrat. dist. iiij. aquam. † ¶ Quid de absolutione ab excommunicatione? Dic quòd absoluere excommunicatum per sententiam non est ordinis, sed iurisdictionis, sicut & excommunicare, vt ij. q. j. nemo. Nã par est ius ligandi & soluendi. de pœ. dist. j. verbum, sed absolutionis solennia adhibere, sicut est dicere orationes cum stola, & psalmum pœnitentialem: & in ecclesiam introducere, ordinis & officij est. ar. extrà. de sent. ex. nuper. in fi. xj. q. iii. debent. & c. seq. & ĩ. de sent. §. vt
k autẽ. ver. porrò. & seq.[k] † ¶ Quid si diaconus, vel acolytus legunt
33 epistolam sine apparatu in loco, vbi de consuetudine generali per subdiaconum dicitur epistola? Videtur quòd sint irregulares. arg

ADDITIONES.

☞ interdicti, aliis seruatis circa obseruationem interdicti: & an seruãtes interdictũ possint admittere aliunde venientes ad ecclesiasticã sepulturam: & an debeat illo tempore portare corpus Christi cum sono campanæ ad infirmum: & an in quatuor festiuitatibus anni, in quibus tempore interdicti permittitur celebratio diuinorum officiorum, sepeliens mortuum sit irregularis. Io. An. & Pau. de Lea. vt refert Fede. de Se. cons. xcj. tenent quòd sic. Sed an tunc officiantes ad sepulturam sint & ipsi irregulares, Fed. vbi s̃. consuluit, quòd non.

a Celebrans. ¶ Et sic terminatum est de senten. excom. is qui. j. respon. lib. vj.

b Papam. ¶ Qui in hoc dixit in præ. Decre. tanta. in fi.

c Nonnullis. ¶ Salua pace Gul. Ber. non loquitur de speciali interdicto ecclesiæ, sed de generali interdicto terræ. de quo loquitur ibi tex. Cy. q̃d no. de sen. exc. c. vlt. §. adiicimus. in glo. j. lib. 6. Adde ꝙ Ab. Sic. in c. tãtæ. de exce. præl. tenet, quòd alibi possint celebrare & audire, qñ locus solus est interdictus, & ita intelligit. d. c. tanta.

d Venerabilis. ¶ Tu distingue, vt de sen. exc. si sententia. §. j. lib. vj.

e §. fi. ¶ Vide quòd ibi scripsi in gl. distinguit. & in præ. c. tanta. super ver. violauit. Adde, quòd idem quod Spe. sentit. Ab. in d. c. tanta.

f Vobiscum. ¶ Hoc ẽt supprimũt laici & moniales dicẽtes officiũ, vt scripsi de cele. mis. j. super. ver. j. compleantur. Aduerte ad id q̃d dicit hic Spec. dum vult quòd excõmunicatus celebrans etiã ext. ecclesiam, sit irregularis. Nã videtur tenere contrariũ In. & Host. ĩ c. sacro. extr. de sen. exc. Itẽ Arch. in c. is cui. per illũ tex. dum dicit ĩ ea. extr. de sent. exc. lib. vj. & ibi ẽt Io. An. in gl. in ver. in ea. & ibidẽ Do. & Phil. Fran. Sed pro dicto Spe. facit: quia videtur effectiuè & ꝯsecutiuè ꝓhibita celebratio, ẽt ext. ecclesiã, si ibi sit populꝰ & sua plebs. Nã ibi est collectio fideliũ, & nil aliud est ecclesia quã fidelium collectio. c. ecclesia. de conse dist. j. quare satis dubitandũ est. Ego aũt sic dicerẽ, salua tñ opin. melius sentiẽtis: aut hic celebrãs extr. ecclesiã, cui ecclesia est interdicta, celebrat cõueniẽdo populũ ext ecclesiã frauduleñter, & ĩ ꝯtẽptũ censuræ & ĩ hoc casu sũ cũ Speculatore. ar. c. illo vos. ext. de pig. c. quãto. de priu. c. fi. de imm. ec. li. vj. cũ si. Si verò celebrat his sedatis, s. simpliciter, & ñ hoc animo fraudulento: sum cũ opinione ꝯria. Tu cogita. Vel posset dici, & forsitã melius, ꝙ opinio cõmunis intelligit qñ celebrat sine plebe & fideliũ collectiõe sub aere ĩ territorio aliquo, vł ĩ aliquo priuato oratorio: ñ cũ fideliũ multitudine. & hoc quãtũ ad irregularitatẽ incurrendã: qa nõ incurritur, nisi ĩ casibus à iure expressis vt iã dictũ est. vltimò tamẽ his missis disputandi gratia dicas, & hæc est veritas, ꝙ opinio cõmunis intelligitur in suspẽso vel ĩterdicto solum in ecclesia, seu est sibi interdictus ingressus ecclæ, vel ab eo suspẽsus. & ita loquitur tex. in d. ca. is qui. & cũ hoc ꝯcordat autor ĩ. e. §. ver. quid si quis suspẽditur ab ĩgressu ecclesiæ. Sed hic loquit̃ in excõicato maiori. dicas, qui est extr. omnẽ ecclesiam, est membrum diaboli effectus est. c. omnis Christianus. & d. c. audi. deniq; xj. q. iij. & ideo vbicũq; celebraret cũ populo, celebraret in ecclesia. quare, & c.

g Quæritur. ¶ Dic vt de priu. episcoporum. libr. vj. & in clemen. de sepul. eos qui.

h Papam. ¶ In c. tanta. Adde & intellige secundum præcedentem ad fin. addit. & per Fed. consi. Alex. cxj.

i Tu dic. ¶ Idem Host.

k Et seq. ¶ Et illam exercens irregularis esset, vt in Decre. tanta. scripsi post Inn. & Host.

arg.11.q.3.si quis episcopus damnatus.vbi dicitur generaliter, si
quid contingat de sacro ministerio. Sed intelligendum videtur
de his, quæ certo & suo ordini sunt deputata: sicut subdiacono
legere epistolam, vel acolyto portare cereos, & sic de aliis. Simi-
le 23.dist.subdiaconus.& c.seq.25.distin.perlectis.21.dist.cleros
Sed si facit ea, quæ nō sunt certo ordini, vel officio deputata, vel
à iure, vel à constitutione ecclesiæ, vel de consuetudine, vt si can
tat Responsoria, vel legit lectiones: non fit irregularis. Vnde vi-
detur, quòd si in aliqua ecclesia sit consuetudo, quòd quisque si-
ne distinctione ordinis legat epistolam, vel portet cereos, vel
quid aliud pertinens ad aliquod officium faciat, non erit irregu-
34 laris qui illud officium facit. † Consuetudo enim attenditur in
sacramentis & in ecclesiasticis officiis, vt extr. de celebratio.miss.
perniciosus.cum suis concord. Argumen.tamen contrà, extr.de
homic.sicut dignum.in fine. vbi dicitur quòd homicidæ non de-
bent etiam Responsoria separatim cantare, sed dici potest, quòd
illud specialiter fuit inuentum propter terrorem enormis crimi
nis. Patet ergo ex præmissis, quòd in minoribus ordinibus con-
trahitur irregularitas, & probatur & not. secundum dominum
meum.extr.de cler.excom.mi.c.2.Nam & tales degradantur, vt
11.q.2.episcopus presbyter.in fin.24.dist.ca.fin. Quidam tamen
dicunt constitutos in minoribus non incurrere irregularitatem
ministrando in suis officiis. Nam prædicto c.si quis episcopus.j.&
& ij.non loquuntur de his, sed de præsbytero & diacono, & poe
næ moliendæ sunt vel saltem si incurrunt, potest cum eis epi-
scopus dispensare, cùm non inueniatur ei prohibitum. nec est
contrà, extr.de cler.excom.mi.Apostolicæ.quia vt dicunt, ibi lo
quitur de existentibus in sacris ordinibus. Quid de simplici cleri
co? Respondeo secundum illos qui dicunt, quòd non est ordo
nullam irregularitatem incurrit: secundum illos verò, qui con-
trarium dicunt, ꝓprium est dicendum, si in officio suo cantat. 23.
distin.psalmista.quod verius est secundum dominum meum, ar-
35 gumen.ad hoc 21.dist.cleros, in principio. † ¶ Quid si presbyter
excommunicatus vel suspensus simpliciter ab oridnibus suis ad-
ministrat in ordine acolytatus? Respondeo, irregularis efficit̃, vt
in præced.c.si quis episcopus damnatus. vbi dicitur si quid con-
tingit de sacro ministerio: secus si tantum à missarum celebratio
ne suspensus esset. Quid si constitutus in minoribus ordinibus
excommunicatus legit epistolam in missa priuata? Respondeo
non est irregularis, ex quo sine solennitate hoc facit: cùm etiam
à laicis quandoque legantur epistolæ, & lectiones in missa, de
consuetudine. Et idem iuris est, si ministret sacerdoti ad altare pa
rando vinum & aquam & lumen, & huiusmodi. & idem etiam
36 puto in presbytero & diacono & subdiacono. † ¶ Quid si epis-
copus à pontificalibus sit suspensus? Dicunt quidam, quòd in il-
lis celebrando non efficitur irregularis: quia pontificalia non
sunt de substantia. Nam & sine ipsis potest quolibet pontificale
officium exercere: nec debet quis irregularis iudicari, nisi vbi in-
uenitur expressum. Quid si quis suspenditur ab ingressu ecclesiæ
tantùm? Dic quòd non fit irregularis celebrando: quia etiam ex
a trà ecclesiam celebratur: de consecr.dist.j.concedimus[a]. Quid si
excommunicatus, vel suspensus baptizat? Respondeo, non est ir
regularis, vt quidam dicunt: nam hæc pœna non extenditur ad
hunc casum: quia hoc non est specialiter certo ordini deputatū.
argument.contrà.11.q.3.si quis episcopus.j. Sed quod ibi dicit,
contigerit de sacro ministerio: restringitur, vt dn̄t ad officium ec
clesiasticum, & ad sacramentum altaris. Vel dic quòd si quis pa-
ratus vestibus sacerdotalibus, vel diaconalibus solenniter bapti-
37 zat, irregularis est: secus si aliter hoc facit. † ¶ Generaliter autem
dicendū est, quòd non debet aliquis in dubio irregularis iudica-
ri, nisi vbi inuenitur expressum in iure. arg.ff. de pœnis.l.præses.
de pœn.dist.j.pœnæ. Irregularitas enim à iure positiuo est intro-
b ducta, vt s̄.vers.ij.[b] Scandalum etiam solum inducit irregularita-
tem, vt extr.de homic. ex literis.j. Hoc etiam sciendum est, quòd
habens plura beneficia cum cura, vel plures personatus sine di-
spensatione, irregularis est, quod dic vt j̄.§.videndum.ver.nunc
38 aliqua † ¶ Abbas autem propter irregularitatem à prælatione
non remouetur, vt extr.de æta.& qualita.tuam.l.dist.accedēs.16
c q.j.legi secundū papam[c]. † ¶ Sed quæritur, quādo occasione ho
39 micidij irregularitas cōtrahitur[d]. Super quo nota, quòd ad hoc
d quòd irregularitas & peccatum ex homicio contrahatur, neces
se est quòd interueniat cōsilium vel præceptum, vel factum, vel
defensio occidentis.l.dist.si quis viduam.extr.de cler.pugnan.in
duello.c.ii.in fi.23.q.vlt.c.fi.de quo plenè not.extr.de homic.si-
cut dignū.§.clericos. Intelligitur autem aliquis consilium vel p̄-
ceptū vel factum in mortem alicuius dedisse, quādo suasit illud,
vel rogauit, vel mandauit, vel aliàs consuluit ostendendo vtilita
tem, quæ ex homidio sequeretur, extra.de hom.sicut dignū. Sed
& qui non consuluit homicidium, sed consuluit id vnde illud se
quitur, irregularis est: vt si suasit iactum lapidis, machinæ, vel bali-
e stæ[e]. vel ꝙ quis iret ad capiendum castrum: qd̄ de facili capi non
potest absque hominis morte. Si enim iste occidit aliquē in cap-
tione castri irregularis est: qa captiōi castri & iactui machinę, vel
balistæ valde affine est hominem interficere, Secus autem vide-
tur, si mandauit furtiuè, seu proditionaliter capi castrum: tunc
enim licet qui ad hoc vadunt, hominem occidant, cōsiliarius ex
hoc nō fit irregularis: nisi fortè aliàs verisimile esset, vel ipse idē
suspicaret̃, ꝙ hoc sine hominis morte fieri non posset. Vel dic, &
melius, ꝙ cùm illicitum opus consulat, irregularis efficitur, etiā
si casu mors inde sequatur, argu.extr.de homic.de cætero. In ta-
lib.enim ita punitur, qui remotam causam homicidio præbet, si-
cut qui propinquam, vt not.eod.tit.presbyterum. Idem quoque
est, si mandauit aliquē verberari: quia satis credibile erat, quòd il-
le se defenderet.ff.de iusti.& iur.vt vim.extr.de homici.significa
f sti .prope fin.[f] Sed si insisteret consilio liciti operis, videlicet, vt
maleficus, vel alter consimilis capiatur: tunc non fit consiliarius
irregularis, etiam si capiens illū occidit: quia hoc non consuluit.
arg.extr.eo.tit.c.fin. Absit.n. vt ea quæ propter bonum facimus,
si quid per hoc præter voluntatem nostram cuiquam mali acci-
dit, nobis debeat imputari.23.q.v.de occidendis. Semper tamen
fit irregularis dans directè consilium in mortem alicuius, vt extr.
ne cler. vel mona.sententiam. Nec interest, siue is cui datum est
consilium, statim fecerit homicidium, vel etiam diu post, nisi pri-
mum cōsilium reuocauerit, & contrarium suaserit.extr.de hom.
Petrus.& argu.extr.de sent.excom.mulieres.cum suis concord.
imò nisi firmiter & probabiliter credat quòd post reuocationem
consilij, reuocetur is cui consultum est à proposito occidēdi: ne
cesse est quod denunciet illi de cuius morte tractatum est quod
caueat sibi. In eo autem qui mandauit pro se fieri homicidium,
videtur sufficere, si contrarium mandet tantùm, extra.de reg.iur.
omnis.vel si sciente eo cui mandatum est, pacem iuret cum occi
dendo, vt 22.q.1.omne quod. vel parentelam, vel extr.amiciti-
am cum eo contrahat aliam.extr.de despon.impub.cap.ij. Licet
hoc non significauerit ei: quia qui certus est certiorari non de-
bet.ff.de actio.empt.& vend.l.j.in fine. extrà. de elect. cùm inter
vniuersas. Ratio diuersitatis est, quia quando mandato alterius,
& pro alio tantùm fit mandatum de occidēdo: videtur ꝙ cōtra-
rio mandato vel cōtraria voluntate ostensa debeat ab homici-
dio cessare. Sed vbi non fit mandatum pro alio, sed pro se, is qui
cōsuluit, debet semper dissuadere, & etiam plus facere, si hoc cō-
scientia dictat. Cautè tamen facit, ne quem prodat, vt 46.dist.cle
ricus.ij.q.j.si peccauerit. Si autem postquam consulens pœnitet:
prius tamen quā reuocet consilium, ille procedit ad actum irre-
gularis fit, licet tempore perpetrati homicidij in charitate sit, ni-
si reuocauerit tempestiuè, ita ꝙ reuocatio ad illū p̄uenerit. ar.ff.
man.si mādassē.& ff.ad Mace.si tn̄. & l.si filius.& ff.quod iussu.l.
j.Resp.j.extr.de procu.mandato.& c.ex insinuatione. extr. de re-
40 scr.ex parte. † ¶ Sed si aliquis alicui cōsuluit, ꝙ proiiciat se in ma
ri, vel quòd aliàs se occidat, irregularis fit. argumen.l.distinctio.si
g quis viduam[g]: Sed pone, rusticus super asinum volebat torren-
tem uadare cūque fuisset in medio torrentis, asinus nec ante nec
h retrò voluit ire, sicut asina Balaam[h].ij.q.vii.c.nos si.§. item cum
Balaam

ADDITIONES.

a Cōcedimus. ¶ Dic vt de sen.exc.is cui.j.respon.li.6.quicquid in-
tellexerit Gul.in eccl̄ia celebrādo, irregularis est, vt ibi. Adde ꝙ si
suspēsus ab ingressu ecclesię celebrat in ecclesia, fit irregularis, te
net Fed.consil.129.

b Ver.ij. ¶ Sumitur, & vide s̄.ver.vt autem.in fin.

c Papam. ¶ Qui not.hoc de cor.vit.expo.

d Contrahitur. ¶ Multa de his q̄ hic sequuntur, scripsi post Inn. &
Hostien.de homic.ad audientiam.in gl.mag.

e Balistæ. ¶ Vide qd̄ scripsi de parante balistam, ne cle.vel mo.sen-
tentiam, super verb.balistariis. Adde ꝙ si fanticellus alicuius offi-
cialis minor 14.an.doli tamen capax, vacit cum familia ad capiē-
dū aliquē, qui postea suspendit̃ sine facto illius fanticelli, an effi-
ciat̃ irregularis: & dato ꝙ efficiat̃, an poterit absolui à suo p̄lato ip
so iam ꝓfesso: cū prælatus habeat priuilegiū dispensandi super ir
regularitate ꝯtā, cum quocunq; suo subdito: nisi fuerit casus gra
uis et enormis, pp quē meritò tales essēt ad sedē Apostolicā desti
nandi. vide Felin.consi.clviij.

f Prope fi. ¶ Et sic est terminatū eod.tit.is qui.lib.vj.ēt si ille man-
dans expressè prohibuisset occidi, vt ibi.

g Viduā. ¶ Hoc aūt intelligas, si cōsilio paritū fuit: nec putes ex so
lo ꝯsilio irregularitatē induci. Vnde canō ille supponit homici-
diū. Et qd̄ sic intellexerit Gul. patet ex superiorib⁹: & sic ēt scripsi
in præ.c.ad audientiam. Et scias, ꝙ hoc interdicit auctor ibi: scri-
pta. vsque ad ver. quod si aliquis consuluit.

h Balaam. ¶ Numeri 22.& ij.Petri.ij.c.

Balaam.& c.secuti sunt. Clericus verò vna cũ aliis,quia aqua crescebat clamauerunt ad illũ,vt de asino descenderet, & rediret ne periret, firmiter & verisimiliter credentes, quòd illæsus redire posset: ille igitur ad eorũ clamorem de asino descendens vi fluminis est submersus: nunquid ergo clericus ille irregularis est? Responde: non. Absit enim, vt ea quæ propter bonũ. &c. vt in præ.c.de occidendis.& ad idem.ea.q.cùm homo. Rectè ergo cõsului illi religioso facto,vt erroneam deponeret cõscientiam,vt

41 extr.de simo.per tuas.ij. in fi. † ¶ Quid si iudex habẽs latronem captũ, quærit ab aliquo perito, quid fieri debet de tali: & ille respondit,talem morte puniendum,vel simile: iudex autem secutus consilium, latronem punit ad mortem? Respon. irregularis est,secundum R.taliter cõsulens.fuit.n.in culpa.sic in casu qui de facto erat,respondendo,extrà.de exces. prælato.ex literis. vbi de

a hoc [a].Si verò nõ est casus de facto, sed iudex simpliciter quærit, qualiter sint tales puniendi,& clericus respõdet,quòd ad mortẽ, vel ad sanguinem. Quam responsionem secutus, talis punit ad mortẽ,vel ad sanguinem.Si respondens reputatur Iurisconsult⁹, & super talibus cõsueuit consulere,& respondere consultus:aut errauit in apicibus iuris, & vbi sunt variæ magistrorum opiniones, respondet secundum opinionem suam, in qua etiam aliqui periti errant,& tunc non est irregularis: dũ tamen consulenti dicat super hoc varias esse opiniones:aut errauit per crassam ignorantiam & supinam:vbi nullus perit⁹ ꝓbabiliter dubitasset:& tũc fit irregularis, q̃a fuit in culpa lata.Si autẽ nõ reputat̃ Iuriscõsultus: nec interrogatus, respondet vt Iurisconsultus, sed simpliciter dicit q̃d de talib.sentiat,nec præsumit,nec pręsumere debet ꝙ iudex sequatur ipsius responsionẽ: cõtrahit ex hoc irregularitatẽ,ex quo nõ respõdeat ad casum, q̃ sit de facto, Sed si scienter respõderet ad casum, qui esset de facto:vt pote,si iudex quęreret ab eo,quid debet facere de primo deprehẽso in tali, & tali crimine:si ex eius responsione sequatur mors, irregularis est: quia in culpa est in casu de facto respondendo,secundum fratrem R.de

b penna forti [b]. † ¶ Quid si episcopus habens iurisdictionem tem-

42 poralem,interrogatur à iudice à se constituto,quid agendum sit de aliquo crimine, pro quo est pœna sanguinis infligenda? Respon. potest respondere, hoc non pertinere ad episcopum: sed consule super hoc alios peritos,arg.in præ. Decret.ex literis. Potest etiam præcipere,vt quidam dicunt,vt puniat.vt iura volunt dum tamen non exprimat, quòd puniat ad pœnã mortis vel sanguinis:prout no.Hug.di.tertia, omnis autem lex.non tamen debet interesse,ne videatur auctoritatem præstare. Aliàs autẽ si alius prælatus ex sola curiositate talibus interesset,non ob hoc fieret irregularis,nisi aliàs de facto cooperaretur,vt ver.sed quid de iudice.& sic intellige præ. c.ex literis. Si verò episcopus à iudice interrogatus respondeat. malũ est, si iste malefactor remanserit impunitus:irregularis fit,si post eius responsionẽ iste pœna mor

43 tis,vel sanguinis puniatur:vt eo.cap. † ¶ Quid si aliquis consuluit alicui, quòd aliquem occidat, ipse tamen ab illo occiditur? Dicunt quidam irregularẽ fieri consulentem: quia dedit operã cõsilio illiciti operis:vnde quicquid mali culpa,vel casu,inde secutũ est,sibi debet imputari.arg.extr.eo.tit.continebatur.& c.sufficepimus. Potuit enim cõsiderare & examinare diligenter quòd etiam ipse poterat ab illo occidi:vnde fit irregularis.l.distinct.hi qui.& c.sæpe. Alij contra dicunt,quia nullum consilium dedit in mortem illius:imò eum mori nolebat.Si enim hoc voluisset,& fraudulẽter ei consuluisset ad hoc, vt ipse occideretur:indubitatè irregularis esset.argument.prædictorum. c.hi qui.& c.sæpe.& extr.e.ca.significasti. Consilium enim illius licet malum fuerit& magnæ negligentiæ,non tamen fuit ad mortem eius:nec fuit in negligentia in morte eius, quia consilium sic debuit intelligi, vt bene sibi caueret, & hoc faceret in loco & tempore, vbi recipiens consilium, vel sui, occidi non possent occidendo eum.Sed si excitaret eum ad occidendum alium in loco,vbi periculum esse posset,tunc bene esset irregularis:etiam si is,cui consuluit,occidatur. Quod si dicatur,semper apparet quòd non fuit diligens, nec bonum dedit consilium, ex quo is qui recepit consilium,est occisus:ipse respondeat,fines mandati diligenter seruandi sunt. extr.de rescr.cum dilecta.ff. manda.diligenter. Vnde si non bene sibi cauet,& fines mandati egressus est,non videtur eius consilio

c fecisse: vnde non est irregularis [c]. † Porrò si quis alicui suadeat,

44 quòd pro patria sua,vel proximo suo,vel ꝓ iure suo,vel ecclesiæ suæ periculo se exponat:non ob hoc fit irregularis, etiamsi ille ibi moriatur, 23.quæstio.iij.pro membris.& infrà capitulo sequen.& capitulo viij.igitur.& capitulo sequen.& capitulo,conuenior:in princip.prope fi.versicul.respondi.& versicul. sanctus enim.Sed si sciret,vel crederet eũ moriturũ tunc videt̃ q̃d fiat irregularis: quia est ordinata charitas, quòd quisque diligat plus corpus suum, quàm alterius. de pœnitentia distinctione. tertia. qui vult. sed si ei consulat, quòd se indubitatæ morti exponat pro honore Christi,vel pro fide,vel pro statu ecclesiæ,non fit irregularis:etiam si mors inde sequatur. 25.quæst.1.sunt quidam. 11.quæstio.iij.non solùm.& cap.sequen. cùm Christus pro nobis mortem subierit. 12.quæst.2. cùm redemptor.extr. de hom. pro humani. & sancti martyres pro ecclesia sanguinem suum effuderunt:hac etiam ratione excusari possunt ab irregularitate inquisitores hæreticæ prauitatis: scientes, quòd statim postquam pronunciauerint aliquem hæreticũ esse,ille morti tradetur,hoc etiam aliàs multipliciter procurando. Ad hoc etiam accedat 23. q.viij.legi & q.v.si audieris. Quid de his,qui propter indulgentiam habendam portant ligna ad hęreticos comburendos? Respõde,si illa ligna combusserũt hæreticum irregulares sunt: nec cũ

45 eis dispensatur, nisi per papam. † ¶ Facto autem si quis sponte committat homicidium propria manu,fit irregularis:etiam si Paganum,vel Sarracenum occiderit.l.dist.clericũ.& c. de his clericis.extr.de homici.c.pen. Idem etiã est, & si non sponte,sed casu cùm daret operam rei illicitæ: vel si non adhibuit diligentiam, quam debuit:vt ext.de homic.c.sicut dignum.& cap.presbyterũ & cap.continebatur. & c.ad audientiam.& c. Ioannes.& cap.fin. Idem est,si causam proximã morti dedit:vt l.di. studeat.vel si venenum dedit:vt eo.tit.si aliquis.& C.de maleficis & mathe.l.j.siue accusator,vel iudex,vel aduocatus, vel testis fuit in causa criminali:vt §.ver.item litigiosus,& c. Si autem casu cõmittitur homicidium, & dabat operam licitæ rei, & adhibuit diligentiam, quam potuit,ex hoc non fit irregularis,vt extra.eodem. lator.& c.ex literis.ij.& c.seq.& c.Ioannes.& c.fin. Alij dicunt, quòd talis fit irregularis, licet ei non imputetur ad culpam: quia Deus cor interrogat,lex autem opus quærit. 15.q.j. si quis non iratus. Sed prius dictum est verius. Hinc est quòd medico.qui adhibuit diligẽtiam,quam potuit,& operatus est iuxta traditionem artis medicinæ,non imputatur mors ægrotantis.extr.de æta t.& qual.ad aures.& de homic.tua.& §.ver. contrahitur.aliàs autem si in aliqua negligentia fuerit: consulitur medico, ne promoueatur ad

46 ordines. † ¶ Quid si aliquis infirmum vertit, vel transuertit in aliud latus, vt citius moriatur? Resp.irregularis efficitur tam ipse, qui fecit, quam ille qui consuluit, si ex hoc mors fuerit subsecuta: puta, quia forte via anhelitus præcluditur, vel rumpitur apostema ex violentia motus,& suffocatur. Si autem non citius moritur ex hac causa,non est irregularis: licet alias pœnitere deberet de peccato. Si tamen de his & similibus dubitatur, an inde mors fuerit subsecuta, deponat leuem & temerariã conscientiam ad arbitrium prudentis viri: alioquin eligat tutiorem viam. & iunge quod no.§.ver.item exercens. Quid si aliquis tenet ceruum,vel leonem,qui aliquem occidit? Dic ꝙ non est irregularis, dummodo malitiam vel latam culpam non adhibuerit in morte alicuius. Non enim videt̃,quòd leuis culpa,vel negligentia debeat huic imputari,cùm multùm sit remota causa ab homicidio. Alij dicunt quòd si aliquid est, q̃d possit imputari tenenti ceruũ vel leonem,qui occidit,est irregularis,argum.l.distinct. sæpe. Instit.si quadrupes pauperiem fecis.dica.§.j.Item quandoq; aliquis est irregularis,vt non promoueatur,sed nõ quin ministret in susceptis ordinibus,vt extr.de homic.cõtinebatur.in fi.& c.ad audientiam.in fin. Item non solùm est irregularis quis, si ex eius percussione aliquis interiit,verum etiam si ex hoc infirmitatem contraxerit, vnde mortuus est: vt extrà.eo.capitul. presbyterum. & capitul.ad audientiam.& l. distinction.studeat. extra.de cler.percus.c.

ADDITIONES.

a De hoc. ¶ In gl.ij.& vide quod super ea dixi.& ne cleri.vel mon. clericis.sup verbo,officiũ Adde q̃d Bal.in auth.habita.C.ne fil.ꝓ pa.dicit.ꝙ clerici possunt dare consiliũ in legibus & statutis condendis,licet ex hoc sequat̃ mors, nõ efficit̃ irregularis. Ad quod facit q̃d voluit Inno.in c.ad audientiã.extr.de homic.vbi dicit,ꝙ qui dat consiliũ rei licitæ secundum conscientiã,licet ex hoc indirectè sequat̃ mors,nõ efficit̃ irregularis. Adde tu, ꝙ hoc communiter tenetur vt vbi nõ imminet crimen de ꝑsenti puniendũ, clericus dicens seu respondens de iure, vel cõsulens tale crimẽ corporaliter puniendũ,&c. ex hoc non incurrit aliquã irregularitatẽ:aliàs secus.hoc mõ intelligitur gl.in c.oĩs. 3.di.gl.in c.delatori.v.q.vj.hoc tenet Host.in d.c.ex literis.extr.de excess.prælat. hoc tenet Arch.in d.c.omnis.hoc tenet. Ab.in c.j.extr.de furtis.

b Forti. ¶ Cuius etiã fuit ver.sequen.in sum.de hom.ver. itẽ nota.

c Irregularis. ¶ Hucusq; sic ad literã recitat Inn.ĩ Decr.ad audiẽtiã. vt ibi scripsi.ver.q̃d si Titius, Sed tu similiter dicas eum irregularẽ,ꝑ Decre.is qui.de homic.lib.vj. Nam vt ibi scripsi,si ille prohibẽs homicidium pp culpam,& quia non præuidit, quod debuit, est irregularis, fortius ergo ex eisdem causis iste,qui suadebat homicidiũ,& ibi vide nota.super ver.occidat. Idẽ in consulente aggressionẽ dicẽdum,si sequatur mors,vel truncatio. Adde ꝙ opi. Io.Andr.sequitur Abb.in c.ad audientiam.extr.de homic.

47 cus.c.ij. †¶Defensione quoq; cõmittitur homicidium. Vnde si
quis ineuitabili casu se defendit,& homicidiũ committit, irregu
laris efficitur:vt in præ. c.si quis viduam. quia voluntate cõmittit
a homicidium,sed facilis est cum huiusmodi dispensatio [a].Item eti
am defensione committitur: vt si quis comitatur occisorẽ, vt eũ
b defendat,extr.de homic.sicut dignum [b].Quid si potui hominem
defendere,& liberare eũ à morte,& nõ feci, videt ꝙ sum irregu-
laris:quia qui potest hominẽ liberare à morte, & nõ liberat,cum
occidit:vt in ead.dec.§.illi etiã.extr.de sent.excommu.cap.quam
te.& c.dilecto.§.fi.23.q.3.non inferenda.83.distinct.§.j. ff.de lib.
agnos.necare.Sed super hoc vide quod no.in præal.Decret.quã
48 te.& c.dilecti. †¶Quid si cùm velles hominem liberare à mor-
te iniusta,te retraho à proposito liberandi?Resp.irregularis sum:
quia quodammodo homicidium committo indirectè.l.distin.si
quis viduam.de pœn.dist.j.periculosè.Illud etiam nota,ꝙ si quis
occidendi animo percussit latronem,non tamen lethaliter,latro
autem ex aliorum vulneribus perit,irregularis est,vt colligit,ex-
tra.de homic.significasti.primo.Idem est etiã si nõ percussit, sed
aliquid operis impendit in mortẽ eius:puta,quia latronẽ detinu-
it, vel ꝯtra eũ clamauit, & huiusmodi. Aliàs aũt si clamasset ꝯtra
eũ,nõ in mortẽ eius,sed ꝙ caperet: vel detinuit eum, vel leuem
ictum ei dedit,irregularis nõ est,etiã si ab aliis occidat,secundum
papam arg.præ.Decre.In hoc enim videt esse vis,ꝙ non auxiliũ,
nec consilium det in morte alicuius apertè.nec etiam sit in negli
gẽtia quia si culpa eius, vel malitia homicidiũ perpetrat, irregu-
laris fit.& idem est,si eius negligentia committitur, l.dist. hi qui.
extr.eo.Petrus.& ideo siue clamet ꝯtra latronem,siue eum capi-
at, siue quocunq; alio modo potuit intelligere ex clamore , vel
alio actu suo homicidium posse sequi, irregularis est: nisi fortè
faciat ꝓpter corporis sui periculũ:vt si timet ꝙ aliquis eum occi
dere velit, tunc enim bene põt inuocare & clamare pro auxilio:
quia nõ intendit in aliorũ mortẽ,sed in suã liberationẽ,& præte
reà liberat à peccato animã volẽtis eum occidere : secus si faciat
hoc propter periculũ rerũ : vel si fugæ præsidio euadere potest,
eo.tit. suscepimus. Clericus quoq; q vnà cum socio cepit latro-
nẽ & ligauit,& postmodũ timẽs interfici à latrone ligato,eum in
terficit:irregularis est.extra.de homi.suscepimus.Itẽ si clericus ñ
valẽs aliter recuperare res suas,tenet furẽ,ne cũ rebus fugiat,do
nec eũ exhibeat iudici, vel eius auxiliũ inuocet ad res suas recu-
perãdas:nõ est irregularis,vt quidã dicũt:licet fur à iudice postea
corporaliter puniat,vt ĩ.ver.prox. dum tñ eius intẽtio nõ sit cor
49 rupta,intendẽdo ad furis mortẽ,vel mutilationẽ.†¶Quid si cle
ricus tradit seculari potestati latronẽ, petẽs ꝙ eũ puniat citra san
guinis effusionẽ: vel petẽs rem subtractã sibi restitui? Resp. licet
potestas in latronẽ animaduertat, nõ ꝓpter hoc cleric⁹ fit irregu
laris:nec etia nocet illi,si ad ꝯuincendũ latronẽ tradiderit intersi-
gnia.Et idẽ est, si simpliciter deponit quærelã de iniuriantib. sibi
& ecclesiæ suæ, quãuis tales vix absq; sanguinis effusione valeant
coarctari.extr.eo.tua nos.§.ad vltimũ.& c. postulasti.23. quæ.4.
Maximianus. & qu.v.c.j.& c.vnum. & c. pœna. & argu. ff.de bo-
nis liber.qui cùm maior.§.j.& hæc vera sunt, qñ non intendit ad
c mortem:nec hoc in animo gerit, sed fortè [c] expressè instabat, vt
citra sanguinis effusionẽ castigaretur.extr.de rap.in archiepisco-
patu.vel in exiliũ mitteret,vt extr.de iud.cùm non ab homine.&
de verb.signif.nouimus.vel in ꝑpetuũ carcerẽ detruderet.ext.de
hæret.c.excõmunicamus.ij.§.pe.& de apost. à nobis. 23.q. 5.non
vos.Non est ergo irregularis agens ꝯtra furẽ ciuiliter de crimine
nõ criminaliter ad mortẽ vel sanguinẽ: licet iudex causa probata
illũ suspenderit ex officio suo:vt not.in præ.cap.postulasti. Absit
enim vt ea, quæ propter bonum facimus, si præter voluntatem
nostrã cuiq̃ malum inde cõtigerit,nobis debeat imputari: vt 23.
50 q. 5.de occidendis.†¶Et sunt hæc in arg. nullius notã irregula-
ritatis incurrere eũ, qui per executores alicuius curiæ ꝓcurauit
aliquẽ capi ꝓpter tale delictum, propter qđ nec mori, nec muti-
lari debuisset: licet iudex inueniens eum alia commisisse, ꝓpterea
suspẽderit eum: si tñ ille nec credidit, nec cogitauit id cõtingere
posse. ¶Quid si iudex,vel officialis insequit furem fugientem,&
quærit à me vtrũ viderim illũ : & ego sciẽs ꝙ fur ille ad mortem
quærit,instruo eũ? Resp.si ꝑ meã responsionẽ fur inuẽtus est, &
occisus,irregularis sum:sec⁹ si nesciui,nec suspicatus fui ꝙ ad mor
tẽ,vel ad pœnã sanguinis quæreret.Quid si scio illũ ad mortem
quæri,nec ille fugere potest, nisi per alteram de duabus viis:& di
d co quòd per hanc viam nõ fugit, sciens eum per alterã fugere [d]?
Et videtur quòd non sim irregularis:quia non indicaui eum:arg.
contrà, quia dicendo ipsum per hanc viam non fugere , implico
eũ per aliã fugere.arg.extr.de præsumpt. nonne. Tutius est ergo
tacere,vel quærentẽ curialiter eludere dicẽdo:Nunquid ego cu-
stos illius sum?vel alio modo,de poe.di.j.c.voluissent.§.ex his ita-
51 que.ver.deniq;.43.dist.in mandatis.in fin. †¶ Sed quid si agenti
ad res suas,ex post facto placet,quòd latro suspensus est,&ratum
habet?& quidem videtur contrahere irregularitatem.Nam rati-
habitio retrò trahitur,& mandato comparatur:vt ff.de vi &vi ar.
l.j.§.quoties.& extr.de elect.c. pe.& ff.de his qui not. infam.quid
ergo.extr.de rest.spolia.cùm ad sedem.in fi.Quod enim non pro
nunciat ore, Deus audit in corde, & voluntas pro opere reputa-
e tur,vt xvij.q.j.c.q bona.§.si ergo.Et hoc tenet dom.meus [e].quod
verum est,vt dicit,si gaudet de morte personę:secus si gaudeat,ꝙ
maleficium est punitum.23.q. 5.reos.licet doleat de motre per-
sonæ,& compatiatur figuræ Dei, & tristetur:quia commisit, vn-
de taliter est punita.argu.extr.de homi. c.ij.C.de pœnis.si quis in
metallum.extr.de sent.excom.vt famæ. In dubio autem relinqui
tur quis ꝯscientiæ suæ,quam intentionem habuit,extr.de homi-
go pari ratione nec diſpenſatio pendente accuſatione, vel exce-
ptione obtenta valere debet. Ad quod reſpondeo, quòd aliud
eſt in priuilegio, per quod fit alij præiudicium: & aliud in di-
ſpenſatione, per quam nemini præiudicatur: ſecus tamen eſſet,
ſi per eum alicui fieret præiudicium. Nam & priuilegium, ſi nulli
afferat præiudicium, poteſt lite pendente impetrari. Præterea cū
nondum ſit probatum crimen, bene poteſt diſpenſari. extrà. de
exceptio. Apoſtolicæ. extrà. de cleric. excommuni. mi. Apoſtoli.
extr. de ſenten. excommu. venerabilis. & vide quod not. ſuprà §.
nunc de epiſcoporum. verſicul. quid ſi electus. Hæc vera ſunt, ſi
obiiciatur electo crimen præteritum, de quo pœnitentiam egit.
j. §. prox. verſi. ſed quid ſi aliquis. Si verò ei obiiciatur crimen, in
quo perſeuerat, & de quo pœnitentiam non egit, ſemper eſt ex-
ceptio admittenda. l. diſtinct. abſit. 34. diſtinct. cap. j. 25. diſtinct. c.
fi. in occultis etiam, de quibus poſt electionem tantùm pœnitu-
it, poteſt diſpenſare cum eo: extr. de renun. niſi cum pridem. §. j.
9 † ¶ Porrò diſpenſator debet diligenter attendere dignitatem, ad
quam vocatur electus: quia facilius diſpenſabit in minori, quam
in maiori. arg. extr. de elect. ſcriptum. §. penult. arg. tamen contrà,
extr. de tranſla. c. fin. §. j. verſi. vnde licet. ſed verba ibi poſita cōtra
e rium ſoluunt [e]. Item conſiderare debet qualitatē perſonæ. Nam
facilius diſpenſabit cū gratioſo, propter multas bonas dotes, quā
cum minus grato. extr. de præben. de multa. §. fi. Item facilius qs
repellitur ab obtinendo, quam deiiciatur ab obtēto. extr. de iure-
iuran. quemadmodum. §. ſi poſt. Item conſiderandum eſt, quare
accuſatio vel exceptio proponatur: nam ſi proponitur, vt quis re
pellatur à promotione: tunc cum accuſato, ſeu cum eo, contra
quem excipitur, diſpenſatur. Si verò ideo, vt repellatur de accu-
ſatione, vel teſtimonio in cauſa criminali: tunc non diſpenſatur
cum eo: quia huius accuſatoris, ſeu excipientis illaudabilis eſt in-
tentio. ii. q. vii. ſi quis epiſcopus. & quia fieret in præiudicium ei⁹,
10 qui accuſat, vel teſtes producit. ii. q. iii. Paulum. † ¶ In ſumma, no
tandum eſt, ꝙ in huiuſmodi exceptionibus, quæ opponuntur cō
tra electum, ſemper probationes & dicta in meliorem partem in
f terpretanda ſunt [f]. extr. de regulis iur. eſtote. niſi fortè alias pro-
bationes probabiliores in ꝯtrarium moueant iudicem, extrà, de
elect. cùm inter R. ſeniorē. de præſumptio. quia veriſimile. Hæc
autem interpretatio latior fiet: quando excipitur, quàm quan-
do quis accuſatur: nec iudex eccleſiaſticus debet admittere illum
qui libidine vindictæ accuſat. Item ſi in modum exceptionis pro
batum fuit crimen, de quo electus pœnitentiam egit vel egiſſe
præſumitur, & crimen eſt modicum, vel non eſt inde exortum
ſcandalum, non ſemper caſſatur eius electio: ſed ei alia pœna im-
ponitur. extrà. de electione. quod ſicut. ſexageſimatertia. diſtinct.
Salonitanæ. extra. de homicid. ex literis. j. §. fi. ſecundum Papam,
g quod proſequere ſecundū eū, prout no. in præ. Decre. dudum [g].
Sed

ADDITIONES.

a Secundum papam. ¶ Vt ſcripſi in præ. c. ex tenore. ſuper gl. ii.
b Sed dic. ¶ Secundum Inno. in c. ex tenore. vt j. ſequitur.
c Exhibendum. ¶ Solue vt de renun. niſi. §. ꝓ graui. vt ibi no. de vo-
to. magnæ. ver. cum igitur. & vide quod no. 11. q. 3. præſenti.
d Quidam. ¶ Ingreditur gl. Innoc. de qua in fin.
e Soluunt. ¶ Solue vt ibi dixi ſuper ver. diſpenſare, ſcilicet illud ꝓ-
cedere, quando ſolum vinculum eſt impedimento.
f Sunt. ¶ Hanc partē & eius exempla plenius vide de elect. dudum.
ii. poſt prin. ſuper verſi. obiecta.
g Dudum. ¶ Hic eſt erratū, quia in toto iſto. §. nō allegauit decr. du
dū. 2. de elec. de qua intendit, & ibi ſcripſi ſuper præ. gl. in glo. hic
non facit. & ibi in fi. inuenies dictum Hoſt. quod ſequitur.

Sed dominus meus dixit, quòd & si papa probato crimine in modum exceptionis, vel denunciationis, vel accusationis hanc gratiam facere possit, licet non deceat: non tamen hoc alii iudici facere licet: quamuis aliud sit de illo dicendum, qui suo proprio motu petit consilium salutare. argu. extra. de homic. significasti. iij. §.
a j. versi. & quidem. extra. de elect. innotuit. prope prin. a Postremò nota quòd is, cui mandatur quòd dispenset cum monachis, dispensare etiam poterit cum abbate: vt extra. de simonia. c. finali.

ADDITIO.

a Prin. ¶Et vide quod post ipsum Hosti. dixi de cleric. excom. mi. cleric. super j. gloss.

¶De dispensatione super pluralitate beneficiorum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiorum aliud simplex, aliud compositum: & simplex beneficium quid sit.*
Actio nouiter inducta non tollit veterem, nisi hoc expressè dicatur.
2 *Episcopus dispensare non potest in diuersis episcopatibus, propter iuris impossibilitatem.*
3 *Collatio præbendarum, si pertineat ad regem, vel abbatem, vel capitulum, vel decanum, an poterunt dispensare cum aliquo in duabus præbendis.*
4 *Papa literis conferens aliquod beneficium cum clausula, Non obstante, &c. literis apposita, an hæc sufficiat ad beneficium obtinendum.*
5 *Retinere an possit quis de iure sine peccato, & absque dispensatione, plura beneficia.*
6 *Consuetudo generalis interpretari dicitur, quam papa scit, & tolerat, vnde eam approbare videtur.*
7 *Beneficium duplex aut compositum quid sit.*
Casus, in quibus quis plures ecclesias habere possit.
8 *Episcopus an possit dispensare, vt quis habeat duo beneficia simplicia.*
9 *Dispensare an possit episcopus, vt quis habeat duo beneficia, vnum simplex, & aliud duplex.*
10 *Curam animarum potest quis dispensatiuè habere cum vna præbenda.*
Recipiendo secundam curam animarum, non vacat prima præbenda.
11 *Irregularis est & ineligibilis, qui plura tenet beneficia cum cura sine dispensatione.*
12 *Suppressio veritatis, & expressio falsitatis, reddunt indulgentiam inualidam.*
13 *Indulgentia alicui facta, quòd præter obtenta possit vnum beneficium curam habens animarum recipere, & licitè retinere, an sit valida.*
14 *Impetranti indulgentiam summè nocet mendacium.*
15 *Indulgentia plurium beneficiorum contra intentionem domini papæ, non valet.*
16 *Dispensatio tenens in maiori, per consequens in simili vel minori tenebit.*
17 *Dispensatio, in qua dicitur, licere personatum vnum recipere, & simul cum obtentis retinere, & prius habitum est vnum beneficium canonicè, & aliud minus canonicè, an valeat.*
18 *Indulgentia si sit alicui data, posse plures ecclesias tenere, an intelligatur dispensatus, vt in neutra teneatur residere.*
19 *Papa dans alicui potestatem dispensandi cum aliquibus in pluralitate beneficiorum, quomodo intelligatur.*
20 *Dispensatio an valeat, non obseruata conditione, vel clausula in ea apposita.*
21 *Tenens plura beneficia cum cura, sine dispensatione, an potest eligi ad minora.*
22 *Impetrans indulgentiam de beneficio insufficienter & minus canonicè obtento, de perceptis inde fructibus mentionem nullam faciens, an sit ineligibilis.*
23 *Dispensatio cum aliquo facta, vt sibi liceat plures personatus recipere, si sibi canonicè conferantur, si eos non canonicè recipiat, quid iuris.*
24 *Insufficiens dispensatio, non confert ius beneficium retinendi: agit tamen aliquid pro dispensato, & aliqualiter obstat ordinario.*
25 *Ordinarius potest conferre beneficia, de quibus in termino per ipsum assignato non ostenditur dispensatio.*
26 *Sufficientiam vel insufficientiam dispensationum, papæ est cognoscere.*

10. §. Dicendum restat de dispensatione super pluralitate beneficiorum, super quo
a videndum est, per quem & in quibus beneficiis a dispensetur, & quid iuris sit de huiusmodi dispensatione. ¶Primò igitur sciendum est, quòd beneficiorum aliud est simplex, aliud duplex, siue
1 compositum. †Simplex beneficiũ dicitur simplex canonia cum præbenda: vel aliud beneficium curam animarum non habens. Et in talibus, vt quidam dicunt, bene potest episcopus dispensare ex causa, vt aliquis habeat talia plura: vt extra. de elect. c. pen. xvj. q. possessiones. nam dum constitutio, extra. de præben. de multa. reseruat specialiter Apostolicæ sedi dispensandi potestatem super pluribus personatibus, & beneficiis curam animarum habentibus, per consequens videtur relinquere aliis ordinariis potestatem super simplicibus dispensandi. argumentum extra, de præsump. nõne. xxv. dist. qualis. ff. de iudic. cùm prætor. Et per contrariam consuetudinem derogatum est illi canoni, lxx. dist. c. sanctorum. vbi interdicitur episcopo dispensandi potestas in pluribus præbendis: quam consuetudinem dominus papa scit, & tolerat, & quoad permittitur, durat, ff. quod cuiusq; vniuer. item eorum. §. pen. Alii verò dicunt, ꝙ nec in simplibus potest episcopus dispensare. Nam ille antiquus canon sanctorum, nisi corrigatur expressè, remanet cum nouo simul. C. de appel. præcipimus. in fin. Quoties enim noua actio inducitur, vetus non tollitur, nisi hoc expresse dicatur. ff. de ac. & obli. l. quoties. xxxv. q. iij. de incestis. in fi. Quod enim non mutatur, quare stare prohibetur: vt C. de testamentis. sancimus. responspon. j. Ad hoc etiam facit extr. de præb. cùm iam dudum. in fi. & de concess. præb. literas. Nec obstat, vt dicunt, ꝙ de scientia dñi papæ proponitur. Nam multa per patientiam tolerantur, quæ si deducta forent in iudicium, non deberent mediante iustitia tolerari: vt in præ. Decre. cum iam. in fi. Ad idem xxxj. q. j. hac ratione. in fi. & xxxii. q. vii. Apostolus. in fi. Prior tamẽ opinio verior est, & communiter obseruatur: veruntamen episcopus non potest dispensare cũ aliquo super pluribus talibus beneficiis in eadem ecclesia obtinẽdis: prout colligitur in prædicta Decretali, de multa. §. pe. & in præ. Decre. literas. eo. tit. cum nostris. & ar. ff. ad muni. municipes. ij. xxvj. dist. acutius. in fine. Sed ꝙ in diœcesi sua possit quis plura talia habere, bene dispensat epis-
2 copus secundum primam opinionem. † ¶In diuersis episcopatibus dispensare non potest, propter iuris impossibilitatem, quia teneretur vtrique episcopo obedire, & ordines recipere ab vtroque; & ab vtroque iudicari posset: quod esse non potest, si contraria mandarent, quia nemo potest duobus dominis seruire: vt xxi. quæstione. prima. capitul. j. 26. distinctione. acutius. Vnde huiusmodi perplexitatem solus papa tollere potest, secũdum dñm meum, qui dispensando videtur ei cõcedere, quod eligat, cui maluerit obedire. Ber. autem no. extra. de elect. dudum. ij. vtriusque episcopi necessariam dispensationem esse: & sufficere quoad hoc arg. extra. de senten. excom. cum illorũ. §. si verò. & de offi. arch. ad hoc. §. fi. Sed si primum beneficium requirebat residẽtiam, dispensatio alterius episcopi non sufficit, vt ille possit recipere prouentus prioris beneficii: & sic potest intelligi præ. capitu. sanctorum. Item licet episcopus prioris beneficii dispensare possit tacitè vel expressè, vel saltem sustinere, secundum papam, sine dispensatione, ꝙ habeat canonicatum in alio episcopatu, si placuerit secundo episcopo, vel etiam suo: non tamen valet eius dispensatio, vt contra statutum, vel consuetudinem ecclesiæ habeat præbendam: quia sic aliorũ præbendæ diminuerentur, & ecclesiis est ad profectum, vt plures habeant consiliarios. lxiiij. dist. extra. Hoc prosequere secundum papam prout not. extra. de cler. non resi. c. fi. Goffr. autem dixit, ꝙ nullus, solo papa excepto, neque in eodem, neque in diuersis episcopatibus in talibus dispensare potest. Et nota, quòd expressa dispensatio necessaria est in talibus. Est etiam necesse, quòd fiat ex causa, nec intelligitur episcopus dispensare conferendo etiam noto, nisi hoc exprimat. quod dic vt suprà, §. qualiter autem. versic. dicunt autem quidam. &
3 versicul. sequent. ¶Quid si collatio præbendarum pertinet ad regem vel abbatem, vel capitulum, vel decanum: nunquid illi poterunt dispensare cum aliquo in duabus præbendis? Videtur quòd sic, cum non sit eis prohibitum. argumentum. extra, de spon

ADDITIONES.

60 Quid sit dignitas, quid personatus, quid officium, & quæ differentia sit inter ista. Archidiac. de hoc in cap. j. extra. de consuetud. libr. vj.
a Beneficiis. ¶Si intelligit de his, de quibus loquitur ca. quod primò allegat, planũ est: si intelligit, vt videtur per sequentia, de simplicibus, de quib. prox. dixit: contrarium no. in c. literas. statim allegato in fin. vlt. gl. & vide quod super ea dixi. Adde aduer. seq. ibi, simplex beneficiũ, & c. Ioan. de Turrecrema. in c. sanctorum. dist. lxx. col. iiij. ver. ad tertium. & col. seq. vbi plenissimè examinat, an episcopus possit dispensare super pluralitate beneficiorum. Henric. Ferran.

de sponsa. cum apud. extra. de translatio. inter. post medium. Ipsi
enim ita poterunt considerare personę merita, sicut & episcopus.
Et præterea ipsi vtuntur iure episcopi in collationibus præbenda
rum: quare dispensare poterunt sicut ille. Pro rege est arg. extra.
de cōces. præb. c. fi. pro abbate est arg. quia maiora potest. s. §. sunt
quoq;. pro capitulo est arg. extra de conces. præben. cum nostris.
in fin. de præben. cum non ignores. in fi. & præ. §. nunc breuiter.
a versic. capitulum [b]. Sed dic cōtrà, quòd nō possunt. De iure enim
cōmuni nullus potest duo beneficia obtinere: vt j. ver. illud. Et
specialiter permissum est episcopo, vt possit in hoc casu dispensa-
re, & ius cōmune relaxare: vt s. ergo alii hoc sibi vsurpare non de
bent: quia priuilegia singulorum cōmunem legem non faciunt:
vt xxvj. q. ii. non exemplo. & iii. dist. priuilegium. quod si fecerint,
tanquam violatores canonum puniendi sunt: vt xxv. q. ii. violato
res. Quòd autem rex hoc non possit, probatur extra. de pœnis. in
quibusdam. & de offic. leg. dilectus. Quòd abbas non possit, pro-
b batur extra. de exces. præl. accedentibus. xvi. q. i. interdicimus [b]. †
4 ¶ Quid si papa ita dicit, Dilecto filio magistro Gul. Durando ca-
nonico Beluacen. capellano nostro salutem. Conferimus tibi de
canatum Carnoten. non obstante, quòd es canonicus Narbon̄.
& ibi præbēdam obtines. Respon. credo, ꝙ absq; alia dispensatio-
ne potero præbendam Narbon̄. tenere: cùm satis appareat inten
tio domini papæ super hoc, dum dicit, non obstante, &c. vt extr.
c de conc. præb. quia cunctis [c]. Circa præbendam autem Beluacen̄.
licet non possit dici litera seu gr̃a subreptitia, pro eo ꝙ non tacui,
sed de hac in salutatione fit mētio, h intelligitur mecū dispēsasse:
5 quia expressa dispensatio est necessaria, vt prædixi. † ¶ Illud autē
quæri ꝯsueuit, vtrū quis possit de iure communi sine peccato. &
absq; dispensatione plures prębēdas, & plura simplicia bñficia re
tinere? Et videtur ꝙ non: vt extra. de præb. cùm iamdudum. ibi,
plures dignitates atq; præben. &c. & in fi. & c. cum non ignores.
& c. super inordinata, vbi hoc videtur expressum lxx. dist. sancto-
rum. extra. de conces. præbend. literas. arg. tamen contrà, extra. de
d excep. cum ecclesiasticæ [d]. & extra. de elect. dudum. ij. prope fin.
vbi prohibetur aliquis habere titulum in diuersis ecclesiis paro-
chialibus: vnde videtur concedi, quòd possit habere in diuersis
simplicibus. Sol. Dicunt quidā, quos dominus meus sequitur, ꝙ
hodie licet habere plura beneficia simplicia: cùm constitutio, de
multa, interdicat solùm de duplicibus, & in eadē ecclesia. Nec ob
stat Decre. cū iamdudum. nam licet possit quis plures præbendas
habere, non tamen multitudinem: prout ibi dicitur. Multitudo
enim est canonibus inimica: vt eod. tit. quia intantum. & sic intel
6 liguntur omnia contraria, vel de beneficiis curam habentibus a-
nimarum. † ¶ Et sic consuetudo generalis interpretatur, quam
scit papa, & tolerat: vnde eam approbare videtur. arg. iiij. distin. §.
leges in istis. Vel ibi habebat ille simul dignitates & præbēdas, qđ
esse nō potest absq; dispensatione: & in hac sententia concordat
papa, dicens, quòd quis potest esse præbendarius & canonicus in
diuersis ecclesiis. Quod prosequere secundū eum, prout not. in
e præ. Decr. cùm iamdudum [e]. Et potest responderi ad iura contra-
ria, prout not. in Sūma dñs meus in ti. de præben. ver. & qualiter.
sub §. & illud. & præ. Decr. cùm iamdudum. secundum eum. Et se
cundum hanc opinionem non est necessaria dispensatio: quia su-
perfluum est precibus postulare, quod de iure communi compe
tit. C. lib. x. de thesau. l. vnica. Alii autem inhærent verbis præd. c.
sanctorum dicētes, quòd quis potest habere plures præbendas in
diuersis ecclesiis propter honorem personæ, vel vtilitatem eccle
siæ: sed non erit canonicus intitulatus, nisi in vna. argumen. l. xxii.
dist. c. j. & ij. extra. de procur. ex insinuatione. De iure enim cōmu-
ni, vt dicunt, nullus potest plures præbendas habere, siue in eodē
episcopatu, siue in diuersis: vt s. Et in hac sententia fuit Ioan. Hinc
est, ꝙ si quis in indulgentia tacet minimū simplex beneficium. nō
valet: vt j. ver. sed nunquid nocet. Nō enim potest aliquis esse in
pluribus collegiis simul. ff. de col. illici. l. j. §. fi. extra. de priuile. vo-
lentes. §. fin. lib. vj. de reli. do. c. fi. Nec pōt plures militias, nec plus
quam vnius nomē ordinis affectare, nec dignitatem coniungere
dignitati: super quo etiam non potest à principe dispensatio ob-
tineri: vt C. lib. xij. qui mil. non pos. l. is quidem. §. in posterū. nec
duos honores habere: vt ff. ad muni. libertus. §. præscriptio. Si igi-
tur hoc in laicis & in secularibus honoribus statuit, multo fortius
in clericis, & in ecclesiasticis honoribus obtinebit. lix. di. si officia.
38. dist. si in laici. Ber. etiā, & do. meus no. in præ. Decre. dudum. ij.
ꝙ nulli licet habere duas ecclesias, quoad tit. canonicatus: imò si
primum beneficium sit sufficiens, non potest aliud recipere sine
dispēsatione. arg. pro eo, j. q. ij. clericos. & c. pastoralis. & c. seq. Su-
f per hoc no. plene domin⁹ meus in præ. Decr. super inordinata [f].
& c. literas. & quamcūq; opi. sequaris, per receptionē secūdi sim-
7 plicis, nō vacat primū ipso iure. † ¶ Duplex aut beneficiū seu cō-
positū, dicitur omne aliud beneficiū citra episcopatū vsq; ad sim-
plex, siue sit dignitas, siue personatus, siue plebanat⁹, siue quodcū
que aliud curā habens animarum annexam. Et nota, ꝙ nullus po
test habere duas ecclesias intitulatas de iure cōmuni, quoad titu-
lū clericatus, vel canonicat⁹, vel ordinationis, vel prælationis, vel
dignitatis; vt extra. de elect. dudum. ii. versi. suggessit. vbi de hoc.
70. dist. sanctorum. vij. q. j. sicut alterius. extra. de præben. ad hoc.
& c. seq. imò recipiendo secūdum cum cura, ex quo illius posses-
sionem habuit, vacat primum ipso iure: vt extra. de præben. de
multa. & 21. q. j. si quis iam translatus. licet quidam dicant quòd
debeat vacare per sententiam, nisi vtrunque in iudicio contēde-
rit retinere, prout not. in præ. Decre. de multa. Nisi in quibusdam
casib. specialibus, in quibus possunt plures haberi. ¶ Primò, prop
ter paupertatem ecclesiarum. x. q. iij. vnio. extra. de ætа. & quali.
eam te. extra. de preben. exposuisti. ¶ Secundò, vbi vna dependet
ab alia: vt in præ. versi. suggessit. & in præ. c. eam te. & extra. de pre
ben. extirpandę. §. j. ¶ Tertiò, olim propter penuriam clericorum
21. q. i. c. j. in fin. & §. j. & j. q. vij. requiritur. §. nisi rigor. ¶ Quartò, si
vna sit intitulata, & alia commendata: vt in præ. versic. suggessit.
21. q. i. qui plures. Sed tunc in commendata non est prælatus, sed
procurator: imò vacat, nec habet commendatarius ius in ea nec
§ facit fructus suos, § sed colligit, & eos in vtilitatem ecclesiæ cō
uertere debet. arg. extra. de accu. si constiterit. hodie commenda
ecclesię parochialis non potest fieri indistinctè: vt dicam in cōsti.
Gregorii X. de elect. c. nemo. lib. vj. ¶ Quintò, ex dispensatione
8 papæ vt extra. de præb. de multa. §. fin. 21. q. i. relatio. † ¶ Sed nun
quid episcopus dispensare potest, vt quis habeat duo beneficia
duplicia? Dixerunt T. & B. & ferè omnes, quòd non, sed solus pa-
pa: vt in c. de multa. in fin. à contrario sensu, vbi dicitur, Circa sub-
limes autem & literatas personas, quæ maioribus sunt beneficiis
honorandæ, cùm ratio postulauerit, per sedem Apostolicam po
terit dispensari: ergo non per alios, arg. extra. de præsumptio. non
ne. 25. distin. qualis. ff. de iudiciis. cùm prætor. xcv. dist. illud. Quæ
enim Titio nubere iubetur, omnibus aliis nubere prohibetur: vt ff.
de condi. & demon. cùm ita. Hoc idem probatur extr. de cleri. nō
resi. nonnulli. vbi episcopus conferens beneficium habenti ali-
ud simile, priuatur potestate conferendi beneficium: vt in præ.
ver. suggessit. Ioan. autem, qui multas & prolixas gloss. super hāc
materiam compilauit, & dominus meus cū eo dixit, quod episco
pi olim poterant dispensare, vt aliquis haberet plures ecclesias, &
plura beneficia cum cura: vt 70. dist. sanctorū. & quòd hodie idē
possunt. in præ. constit. de multa interdicitur tantùm eis vaga &
indiscreta dispensatio: quod enim non mutatur, quare stare pro-
hibetur: vt s. prope princip. huius §. papa etiam notat extra. de tē-
por. ordin. dilectus. episcopum dispensare posse, vt quis habeat
duas ecclesias intitulatas, vt in c. sanctorum. Sed certè ibi non dici
tur, quòd sit necessaria episcopi dispensatio, sed dispositio. Et pro
pter hoc dicunt aliqui, non esse in hoc necessariam dispensatio-
nem, quia de iure communi potest eas habere: vt not. secundum
eum in præ. Decret. cum iamdudum. quod non placet. Dic ergo,
quòd aut in dispensatione consideratur vtilitas, & necessitas ec-
clesiæ: aut prærogatiua meritorum, & excellentia personæ. In pri
mo casu dico, quòd propter necessitatem, & euidentem vtilitatē
ecclesiæ, vel personarum ipsius, potest episcopus dispensare, vt
quis habeat duas, vel etiam plures ecclesias. arg. extra. de conces.
præbend. cum nostris. in fin. j. q. v. præsentium. extra. de conces.
præben. exposuisti. de rerum permuta. quæsitum. vij. quæstio. j.
scias. extra. de electio. in causis. in fin. lv. distin. priscis. x. q. j. regēda.
& in

ADDITIONES.

a Capitulum. ¶ Vbi videas.
b Interdicimus. ¶ Bene facit ele. dosta. re. ne in agro. §. ad hoc. vbi
non possunt abbates ecclesias vnire, licet ad eos spectet colla-
tio. & idem de permutatione not. in clemen. de rer. per. ca. vno. in
gloss. penult.
c Cunctis. ¶ Lib. vi. Tu dic contrà, vt patet de præben. non potest.
§. vltim. libr. vj.
d Ecclesiasticæ. ¶ Vide quod ibi scripsi super j. gloss.
e Dudum. ¶ Ibi plene scripsi hanc materiam in magna glo.
f Inordinata. ¶ Ibi distinguit beneficia regularia, secularia, duplicia,
& simplia, iterū subdistinguens, vt ibi scripsi in vlt. gl. Quod aūt
scripsit in Decre. literas. coniunxit in præ. Decr. cū iamdudum. cū
eo quod ibi nominauerat.
§ Facit fructus suos. ¶ De hoc in c. nemo deinceps. de electionib.
lib. vj. per totum Adde. Nunquid ecclesia data in commendam di
citur vaccare. vide ibidem per ipsum. & in c. si propter. de resc. lib.
vj. & per archi. & tenent quòd non.

& in hoc concordant Vincen. & dominus meus. Et sic potest in-
telligi op. Ioan. Nam etiam ex hac causa posset duas ecclesias vni
re: quod fortius est. extr. de exces. prȩla. sicut vnire. Si verò in di-
spensatione huiusmodi considerantur merita, vel fauor, seu ex
cellentia alicuius personȩ, tunc solus papa dispensare potest. arg.
extrà. de elect. innotuit. in fin. Et sic loquitur & intelligitur prȩd.
constit. de multa. in fi. & de elect. dudum. ii. §. nos igitur. & opi. T.
& B. & sequacium suorum. & iura pro ea inducta. Licet enim
olim episcopus posset dispēsare, vt in c. sanctorum, hodie tamen
a post Lateranense concilium non potest [a]: vt in decret. de multa.
& in Decr. dudum. Hæc distin. probatur in Dec. Greg. x. de elect.
b nemo. ibi, cum euidēti vtilitate ipsius ecclesiæ, &c. [b] † ¶ Sed nun-
9 quid poterit episcopus dispensare, vt aliquis habeat vnum sim-
plex, & aliud duplex? Dic, quòd sic: quia cùm hoc non sit prohi-
bitum, videtur esse concessum: vt extr. de sent. excom. nuper. ex-
tra. de transla. inter. post medium. ff. ex quibus cau. ma. necnon. §.
sed quod simpliciter. Vnde B. etiam not. extr. de conces. præben.
literas. ꝙ non videtur adempta episcopis potestas dispensandi su-
per beneficiis simplicibus, vel super vno beneficio & ecclesia, per
constit. de multa. & beneficium intelligitur simplex, ecclesia ve-
rò duplex: vt j. ver. proxi. & idem videtur dicere papa. j. versi. quid
si habeo. Non ergo recipiendo secundum vacat primū: licet pec-
cet sine dispensatione tenendo. Sed quæritur quod beneficium
intelligitur curam animarum habere? Respon. illud, cui inest in-
quirere, corrigere, reformare, præcipere, interdicere, suspendere,
excommunicare & absoluere. argument. in præ. Decre. dudum.
§. tandem. extr. de off. or. c. j. versi. iij. & c. conquerente. §. j. extr. de
de maio. & obe. his quæ. Sed hoc plenius prosequere secundum
c papam, prout no. extr. de off. archid. cum satis [c]. Quo ad hoc tamē
largè sumitur cura animarum, prout not. secundum eum in præ.
Decre. de multa. nō enim est vis, siue sit ecclesia parochialis, siue
cappella, habens curam aliquorū parochianorum. Item non est
vis, siue habet parochianos, siue non, dum tñ habeat parochiā, in
qua habet ius parochiæ: super quo dñs meus plures & vtiles quę
stiones ad meā instantiā notauit, & scripsit, extr. de cleri. non re-
d si. quia nonnulli [d]. † ¶ Quid si habeo præbendam habentem ali-
10 quam ecclesiam annexam? Notant papa & dominus meus extr.
de præben. extirpandæ. §. qui verò. quod episcopus, & quilibet su-
perior, poterit dispensare mecum vt possim recipere aliam curā
animarū cum dicta præbenda. Dicit etiā, quòd recipiendo secun-
dam curam animarum, non vacat prima præbenda: quod tamen
durum videtur. Et licet hanc quæstionē apud Apostolicam sedē
viderim pluries coram me, & coram aliis in iudicio agitari: nun-
quam tamen eam diffiniri vidi. multi tamen non approbant gl. ip
e sius papæ, nec rationes in ea notatas [e]. † ¶ Nunc aliqua de virtute
11 indulgentiarum tangamus. Nota ergo, quod habens plura be-
neficia cum cura, vel plures personatus sine dispensatione, irregu
laris & ineligibilis est, vt extra. de elect. dudum. ij. & de præb. de
multa. Sed quid si aliquis tenuit plura beneficia sine dispensatio-
ne, sed ea ante tēpus electionis suæ ipse dimisit: nūquid cassabitur
electio de ipso celebrata? Papa & dominus meus not. in præ. De-
f cre. dudum. ij. §. nos igitur. & §. tandem [f]. ꝙ sic de rigore iuris. arg.
25. dist. j. præsumitur enim simulata resignatio, propter electio-
nem subsequutam. extra. de elect. officij: & pœnitentia simulata,
quoad hoc, non proficit: vt l. dist. vt constitueret. secus si de vera
pœnitentia constaret. l. dist. ferrum. cum ex hoc ambitionis præ-
sumptio tollatur. de hoc s. §. prox. ver. diximus. Quid si aliquis im
petrat indulgentiā, quòd cū eius reditus sint tenues & exiles, pos-
sit licitè archidiaconatū recipere, & habere vnà cū talib. ecclesiis
quas est canonicè assequutus? Respon. per hoc non indulget ei,
quod ipsas ecclesias habeat canonicè, si prius canonicè nō habe-
g bat: vt extr. de elect. dudū. ij. [g] † ¶ Quid si archidiaconus nihil de
12 tenuitate in impetratione indulgentiæ expressit, sed simpliciter
petiit, vt cū obtentis possit aliud recipere & habere? Respon. di-
ci potest, quòd dispensatio valet dummodo non sit nimia plura-
litas: quia tunc non valeret. Nam supprimeret tale quid, quo ex-
presso non habuisset dispensationem. Suppressio enim veritatis
& expressio falsitatis reddunt indulgentiam inualidam, vt in præ.
Decre. dudum. ij. & ext. de consan. & affin. quia circa. & arg. ff. de
nata. re. l. ij. & extr. de offic. or. ex parte. sicut & in rescripto con-
tingit: vt extra. de rescr. super literis. quod verū est, vbi falsitas est
expressa, vel veritas suppressa de his, quæ circa dispensationē ob-
tinendā consistunt, scilicet quibus tacitis, vel expressis eā non ha
buisset: qualia sunt q̃ in præ. Dec. dudū. continent: puta, quia ha-
bebat canonicè ecclesias, super quibus dispensabatur. Si enim di-
xisset, quòd non haberet canonicè, nunquam obtinuisset: simili-
ter si non dixisset, quòd exiles prouentus haberet, eam non habu
13 isset de facili. s. versi. sed nunquid nocet. † Quid si indulgetur ali-
cui, quòd præter obtenta possit vnum beneficium curam anima-
rum hbens recipere, & licitè retinere? dic quòd per hoc non vi-
detur super obtentis dispensatum. Nam indulgentia huiusmodi
tanquam ambitiosa est restringenda: vt extra. de rescript. causam
quæ. & de elect. dudum. ff. de sena. l. j. argu. contrà. ff. de annu. le. l.
Seio amico. §. vxori. vbi hæc dictio, Præter, ponitur īclusiuè. Sed
ibi loquitur in testō, vbi plenior fit interpretatio: vt extr. de dona.
cum dilecti. hic autem loquitur de dispensatione super pluralita-
h te beneficiorū, vbi fit strictissima, vt prædixi [h]. Melior est ergo in-
dulgētia, si dicaꝛ, ꝙ tales ecclesias, quæ vacauerant per receptio-
nē aliorū beneficiorū, vel alio modo, possit licitè retinere, & ar-
chidiaconatum vnitū recipere, & ipsum licitè vnà cum prædictis
eccl. habere. per hanc enim formā prouideretur, quantū ad ob-
tinenda, & ēt ꝙ cautius est, in indulgētia ecclesiarū nu. exprimaꝛ:
vt j. ver. proxi. quia si habeat plures quā duas, nō sufficit dicere, vt
cū ecclesiis, quas obtinet: possit aliā recipere: quia in his odiosis
indulgētiis verbū, Ecclesiis, ad duas dūtaxat ecclesias referꝛ. argu.
i iiij. quæ. iij. ver. item vbi numerus [i]. Item quoad beneficia obtinē-
da cautius est, si certa summa, vsque ad quam sibi recipere liceat,
exprimatur: sed nec sufficit, si in indulgentia dicatur: vt cum be-
neficiis quæ habet, possit vnam ecclesiam, vel personatum reci-
pere, si obtenta beneficia curam habent. Restringenda est enim
talis indulgentia, vt prædixi, sicut aliàs diximus: quia si impetrans
literas cum clausula illa, Non obstante, quod aliàs beneficiatus
existit: habet etiam vnicum beneficium cum cura, non valent li-
teræ: quia cum in beneficio illo oporteat eum residere, vt extra.
de cler. nō resi. quia. & c. fi. nō fuit scribētis intentio sibi aliud be-
neficium conferre: nisi expressè dicatur, ꝙ primū curam anima-
k rum haberet [k]. † ¶ Sed nunquit nocet impetranti indulgentiam,
14 si in ea dicatur, ꝙ obtenta quæ fuit canonicè assequutus, possit li-
citè obtinere? Videtur ꝙ sic, propter mēdacium: vt in præ. Decre.
dudū. Dicēdo enim se dicta beneficia canonicè fuisse assequutū,
mentitus est: quod facere nō debuit. extr. vt eccle. bene. c. vnico.
Iustū ergo est, vt dū mentiēdo voluit vsurpare quod suum ñ est,
perdat etiam quod suū est: vt viij. q. j. §. quia ergo. prope fi. vers. vt
aūt. & C. finiū regū. l. si cōstiterit. Sed dico, ꝙ sibi non nocet: quia
quod dixit se canonicè assequutū: intelligiꝛ sic, id est, per eum, q
☞ sibi potuit conferre. ☞ Defectum autem, qui est in hoc, quòd
ipsa beneficia simul retinere non potest, papa remouet, dum in-
dulget ei, quòd ea possit licitè retinere, & sic non obstat præ. De-
cre. dudū. quia ibi papa nō remouit defectū huiusmodi super ob-
l tētis, vt dixi. Dñs meus verò dixit [l], ꝙ vix aliqua indulgentia suffi-
ciēs inueniꝛ: quia in eis beneficia non specificantur: vt s. versicul.
m prox. sed semper apponiꝛ clausula illa, quæ te asseris [m] canonicè
assequutū: qđ est impossibile: vt probaꝛ in præ. Decr. dudū. §. insu
15 per. † ¶ Item quia tales indulgentiæ sunt contra intentionem
domini papæ: qui non intendit in tot beneficiis dispensare: vnde
non valet,

ADDITIONES.

a Potest. ¶ Repete propter prærogatiuā personę, secūdū prędicta.
b Ecclesiæ, &c. ¶ Potius facit cōtrà, cū illud permittatur ea de cau
sa solum in temporali commenda tit. vide quod dixi in Decre. de
multa. super vlti. gl.
c Satis. ¶ Ibi vide in gl. secundum Inn. vbi etiam ponitur dictū Hos.
& ibi etiam remisi ad extrauag. Ioan. quia quorundam.
d Nonnulli. ¶ Ibi scripsi. vide super ver. parochiales.
e Notatas. ¶ Sed approbata est hodie. de præb. super eod. lib. vj.
f Tandem. ¶ Ibi scripsi in gl. hoc non facit. in prin.
g Dudum ij. ¶ Ad hæc de rescript. gratiosè. lib. vj.
h Prædixi. ¶ Ille §. vxori, dicit ꝙ si vir legauit vxori p̄ter ānuū qđ de
bet Mæuius: aureos cētū, habebit illud annuū, & semel cētū aure
os. & hāc solutionē plenius vide de ele. dudum. ij. ad fi. in glo. q. d.
i Numer⁹. ¶ Bñ facit de præb. is cui. lib. vj. §. j. ad hæc. & ad sequētia.
k Haberet. Hoc patet in præ. Decr. is cui. j. respon.
☞ Conferre. ¶ Pone ꝙ papa ꝯcessit cuidā ep̄o vt cū tribus clericis
suę diœcesis habentib. beneficia curata, siue dignitates, siue perso
natū, possit dispensare super aliis beneficiis vel dignitatibus etiā
curatis si eis canonicè deferantur: an authoritate eiusmodi indul
gentiæ ipse episcopus possit dispensare cum vno suæ diœcesis
qui nullū beneficiū habeat, vt duo beneficia curata si sibi cano-
nicè deferanꝛ possit licite retinere? arch. tenet ꝙ nō p̄t. ī c. ñ p̄t. de
p̄b. li. vj. Adde, Pone ꝙ qs habens duas ecclesias obtinet à papa ꝙ
ei liceat tertiā obtinere si ei canonicè deferaꝛ, nō obstante ꝙ ha
beat duas alias: an per hoc videaꝛ cum eo dispensatū super pri-
mis duabus quas iniuste detinebat. Archi. de hoc in c. nō p̄ot. de
præben. lib. vj. vbi dicit ꝙ nō nisi dicat liceat tibi cum obtentis ter
tiam obtinere.
l Dixit. ¶ In præ. decr. dudum. ij. vbi vide in gloss. dicunt Innocen.
& Hostien.
m Asseris. ¶ Hic solet interseri, aliàs, scilicet, præter pluralitatis
vitium.

nō valet, vt ibi. Debent ergo specificari beneficia plura obtenta: aliter non valet, vt dixi. Et nisi intelligas verbum canonicè, prout iam s. dixi: imò si quis in dispensatione habeat beneficium, quantumcunq; simplex & modicum, non valet dispensatio [a], & remanet ineligibilis. Vnde videmus cassari per dominum Clementem IIII. lumen iuris electionē Cōpostellani electi, pro eo solo: quia in indulgentia sua non fiebat mentio de quibusdam præstimoniis, quæ tempore impetratæ indulgentiæ obtinebat: non obstante quod diceretur à multis, ꝙ huiusmodi præstimonia nomine beneficij ecclesiastici non erant censenda: cum in sola temporalitate consistere videantur [b]. Tunc etiam dixit idem dn̄s Clemens, quòd quantumcunq; impetrās habilis sit, si tamen supprimit vel exprimit, quo expresso vel suppresso princeps moueri potuit ad petitionem gratiæ repellendam, & literam, & gratiam subreptitiam iudicabit. ¶Hinc est, quòd si habens præposituram impetrat, quod sibi liceat alium personatum habere, & simul cum præpositura retinere, tacēs de cura animarum, quā præpositura habet, nō valet dispensatio. s. versi. prox. nec etiā alium personatum cū cura poterit cū primo, etiam si primū curā non habeat licitè retinere [c]. Et est ratio: quia in personatu cum cura duo sunt impedimenta. Vnum, quia personatus est, de quo idem iudicium est, quod de beneficio curam animarum habente: vt in præ. Decre. dudum. Aliud, quia curam habet: vt extr. de præben. de multa. si ergo impetrat quis, quòd sibi liceat duos personatus tenere, nulla facta mentione de cura, vnum impedimentum est sublatum, sic. quia personatus sunt: aliud verò, scilicet, de cura remanet. Si enim de duabus seruitutibus vna remittatur, altera remanet: vt ff. de serui. vrb. præ. si domus tua. arg. ext. de vsu pal. ex tuarum ext. de priuil.
16 pastoralis. † ¶Sed opponitur, personatus maior est, quam cura. Vnde si dispensatum est in maiori, per consequens in simili, vel minori. ar. ext. de deci. ex parte. iij. & qui fil. sint leg. per venerabilē. j. resp. ff. de reg. iur. nō debet. xij. q. j. præcipimus. Sed dic, ꝙ hoc arg. fallit in priuilegiis & dispensationibus. argu. extr. de priuil. sanè. quod prosequere secundum dn̄m meum, vt not. de rescript. postulasti [d]. ¶Quid si habens plura beneficia minus canonicè, obtinet quòd sibi liceat recipere, & habere plura beneficia, nulla de obtentis habita mentione? Respond. licet dispensatio nihil valeat, quoad priora beneficia, valet tamen quoad futura, si ea licitè quæsierit, secundum papam [e]. argument. contrà. suprà, versic. sed nunquid nocet [f]. † ¶Sed quid si in dispensatione dicitur,
17 Indulgemus, vt tibi liceat personatum vnum recipere, & simul cū obtētis beneficiis retinere: & prius habuit vnum beneficium canonicè, & aliud minus canonicè? Respon. bona est dispēsatio: qa per eam potest obtenta prius licitè retinere cum quæsito de nouo. s. ver. prox. ¶Quid si habens ecclesiam cum cura, obtinuit indulgentiam, vt sibi liceat aliud beneficium etiā si sit personatus similē curā non habēs, si ei ꝯferatur recipere, & cū priori tenere: demū cōfertur ei archidiaconatus: nūquid poterit illū cū priori ecclīa retinere? Videt̄ ꝙ sic: quia cura archidiachonat⁹ nō est similis, imò dissimilis curæ ecclesiæ. extr. qui fil. sint legiti. per venerabilē. §. verum. Sed dic cōtra. Nam dissimilitudo ista ad genus, non ad species refert̄. De hoc dicam ext. de off. ord. in consti. Greg. x. ordinarii. §. si g. ¶Itē si aliquis obtinuit dispensationē super duob. beneficiis cum cura obtinendis: quæritur de quibus intelligit̄? Respon. de his, quę primò post obtentam indulgētiā obtinebit: & si illa, vel aliquod eorū dimiserit, nō licebit ei ex vi indulgentiæ alia, vel aliud loco dimissi recipere sine noua dispēsatione. arg. ff. de leg. iij. fideicōmissa. §. si qs decē. ff. de cond. & dem. on. hec conditio si. & l. ꝙdō si. ff. de ver. sig. boues. §. j. Hmōdi. n. indulgētiæ tanquā ambitiosæ restringēdæ sunt, vt dixi. arg. cōtrà, ꝙ liceat ei aliud loco dimissi recipere. extra. de voto. magnæ. §. cum igitur. ver. ex hoc attendentes. & de testi. significauerunt. Alii aliter dicunt [h]. † ¶Quid si indulget̄ alicui, ꝙ possit plures ecclesias
18 licitè tenere: nunquid intelligit̄ secum dispensatum esse, vt in neutra teneatur residere? Videtur ꝙ sic: alioquin indulgentia inutilis videret̄. Et hoc videtur sentire Ioan. prout not. vij. q. j. si quis in clerico. imò indulgentia hoc principaliter cōcedere videtur. Illa enim videtur causa prohibitionis, ꝙ qs nequeat plures habere ecclesias: quia non potest in vtraq; personaliter residere, & per se curam illarū agere: vt extra. de cle. nō resi. quia nōnulli. & c. relatum. Tu dic ꝙ talis indulgentia non liberat eum, quin teneatur in earū altera residere, nisi hoc expresè in ea dicatur [i]. Nam ambitiosa est: & ideo restringenda. extr. de præben. quia intantum. & c. se. clericus enim nunquā debet ab ecclesia abesse: vt 91. dist. Eleutherius. & c. se. 92. dist. c. si. Habēs igitur talem indulgentiam, de cōsilio meo nunc resideat in hac ecclesia, nūc in alia: vt sit vtrique satisfaciat, vt ex indulgentia lucrū reportet. ar. in præ. ca. si qs in clerico. de consue. distinct. j. si quis etiam. & de consue. distinc.
19 iii. episcopus. & vide j. versicul. sed quid si indulgentia. † ¶Quid si papa dat potestatem alicui [k], quòd dispenset cum aliquo, vel cum aliquibus super pluralitate beneficiorum. Respon. [l] ille pōt dispensare solum cum sublimi, vel literata persona. Nam ius dicit cum tali esse dispensandum: vt extr. de præben. de multa. in fi. & potestas huiusmodi ad ius est referenda: vt extra, de consuetud. cum

ADDITIONES.

a Dispensatio. ¶Vt de præb. non potest. j. respo. lib. 6. in p̄dicto. Hic deficit additio Ioannis And. Tu dic, quod Inno. in c. dudum. el ij. dicit ita pronunciatum contra præpositum Argentinum.

b Videantur. ¶Hoc plenius scripsi post Hostien. in Decr. postulasti. ad quam in fi. remittam, vbi ad hāc allegationem plenè rn̄detur. Et facit qđ scripsi de elect. c. j. lib. vj. super verbo, canonis. Dat̄ etiā p̄stimoniis etymologia, quasi præstent muniū vel nimiū. ad id aūt quod dicitur, ꝙ non arctant ad residentiam, & ꝙ fructus recipiūtur In absentia, respōdetur ꝙ in multis b̄ficiis hæc duo cōtingūt. Vn̄ p̄ hoc non excusat̄ subreptitia gratia. & faciūt verba Clemētis, q̄ statim auctor subdit ad iudicādum gratiā subreptitiam, q̄ sic continēt, non obstante, quod canonicatū & præbendā cum certis præstimoniis, vel præstimonialibus portionib⁹ in tali ecclesia noscitur obtinere: & potissimè cū p̄stimonia non sint de ecclīa, in qua canonicatū obtinet, sed extr. hoc j̄. reassumā. Item, qa duplex odium versat̄ in his literis: primum cōmune, vt in Decre. quāuis. prima de præb. lib. vj. secundum plurale, eodem titulo. quia intantum, & de electionibus. dudum. ii. & eius augmentum odiū auget. Facit constitutio, execrabilis. Fieri ergo debuit illarum expressio: vt p̄sidēs super his certificat⁹ ꝯgruè dispensare, vel distribuere: vt dixi de præb. de multa. in fi. Et si fatearis, sub tali ḡnalitate posse decē ïcludi, æquè 20. & 30. & plura. Infinitas aūt, etiā in literis iusticiæ, est odiosa. de rescrip. c. ii. lib. vj. Bene igitur expressit cle. de off. ord. c. ij. ꝙ faciēda est mētio specialis. Quod s. dixi. potissimè p̄dicta ꝓcedere, qñ præstimonia nō sunt de ecclesia, sed de extra, dictū est: quia quibusdam videtur, ꝙ quādo præstimonia sunt in vna ecclesia, in qua plures p̄ vnū de ꝯsuetudine possint haberi, illa pluralitas habeat̄ ꝓ vno. arg. ff. arb. fur. cæsa. si gemina. & videt̄ quoddā cōmodū vel stipēdiū canonico deputatū potius q̄ beneficiū, vel saltē vnicū stipendium, de quo loquit̄. C. de execu. rei iud. l. stipēdia. ff. de re iu. cōmodis præmiorū: & qa cōsuetudo ecclesię facit multitudinē taliū nō inimicā canonū nō videt̄ de illis, vt de beneficiis iudicandū: de præb. quia intantū & c. cū iādudū. tene certū. Adde, ꝙ appellatione beneficii ecclesiastici non veniat p̄stimoniū, tenet Abbas eius consi. 47. ij. lib. et inquantū subdit, ꝙ si habens præposituram, impetrat is, ꝙ sibi liceat aliū personatū habere & retinere simul cu p̄positura, tacens de cura animarū, quā habet p̄positura, non valet dispensatio. Ad de Abba. consil. 38. ij. libr. in princ. An aūt motus proprius tollat omnes istas subreptiones, vide Petr. de Anch. consil. 37. & verba Io. And. hîc vide per Old. consi. cxl.

c Retinere. ¶Hodie declaratū est p̄ p̄dicta verba etiā si in litera dispēsationis adiecta sit clausula, ꝓuiso ꝙ animarū cura, si qua illis imminet, nullatenus negligatur: vt in cle. de præb. c. j. j. respō. vbi etiam no. rationem quæ sequitur.

d Postulasti. ¶Ibi plenè videas super ver. vicaria.

e Papam. ¶in Decre. dudum. §. super. ver. canonicè. Adde, quòd Innocen. dudum. el. ij. de elect. dicit fuisse pronunciatū contra præpositum Argentinum, cum quo fuerat dispensatum, vt præter obtenta posset beneficiū curatū recipere, & licitè retinere: vt p̄ hæc verba nō intelligatur dispēsatio facta circa obtēta, vt illa possint simul retineri, & obtineri cum præpositura, debet enim s̄m ipsum intelligi illa dictio, Præter, vt stet exclusiuè.

f Nocet. Huic ꝯrio standum est per Decr. nō potest. de præb. lib. 6. coniunctam cum Decr. eo. tit. eum qui. vt ibi not. in fi. 4. gl.

g §. fi. ¶Lib. vj. Et vide hoc plenius eod. lib. de præb. non potest. §. j. in gl. pone habens. & quod super ea scripsi.

h Dicūt. ¶Expeditum est, quod de primis intelligitur, de præben. non potest. lib. 6. §. j. ad idem cle. eo. tit. si plures.

i Dicatur. ¶Et disputando terminauit dn̄s meus, ꝙ ep̄s, qui dispensauit cū canonico suo, vt possit etiam habere curatā ecclesiam, poterit eū cogere ad residēdū in curata, licet in absentia nihil ex canonia percipiat.

k Alicui. ¶Aduerte, qa non dicit ep̄o, quo casu ꝓcederet primum dictū sequendo vltimā opi. positā s. versi. sed nūquid ep̄us. quasi episcopo ꝯcessum videatur id solū, qđ nō poterat. Sed cū de episcopo non formet̄ q̄stio, mirandū videtur, ꝙ dispensationē fauorabiliorē, q̄ respicit necessitatē & vtilitatē ecclię, facere non possit: & facere possit minus fauorabilē. qđ patet ex ibi not. cōcesso aūt ꝙ facere possit dispensationē necessariam, vel vtilē ecclesiæ satis placet Guil. distinctio, vbi solū imminet fauor p̄sonæ, p̄ iura quæ allegat.

l Respon. ¶Secūdū Inn. in gl. sup verb. canonicè. supius allegata.

cum dilecti. & de rescri. causam quæ. Secus si ipse papa dispenset de cuius factis disputare non licet. Sacrilegij enim crimen est, disputare vtrum dignus sit, quem princeps approbauerit. vt C. de poe. sacrileg. l. ij. C. de diuer. rescrip. l. sacrilegii. extr. de æta. & qua. eam te. xvij. q. iiij. si quis suadente. §. qui autem. & c. seq. Ipse enim potest de iure supra ius dispensare. ext. de concess. præben. propo
a suit. in fin. Alij dicunt [a], ꝙ etiam cum non sublimi, & cum non literato poterit dispensare, s. §. nunc de episcoporum. versi. xxxvij. quia beneficium principis est largissimè interpretandum: vt ext. de dona. cũ dilectus. & præcipuè, vbi non conceditur ad instantiam eius, cui beneficium confertur, secundum ea quæ not. secundum papam, extra. de præ. c. fin. Ego dico, ꝙ si in indulgentia dicitur, quòd dispenset cum vno, aut pluribus, nullius expresso nomine, vera est prima sententia: si verò in ea exprimitur nomẽ ei⁹, cum quo dispensandum est: tunc obtinet secunda sententia, præsertim vbi mandatur simpliciter, ꝙ dispenset certo modo, seu cõditione non adiectis. Nam tunc habet obedire & exequi, non de idoneitate personæ, pro qua mandatum recipit, disputare: vt in præ. concor. & extr. de offi. dele. pastoralis. §. quia verò. argum. tamen pro eo extr. de rescript. si quando & c. cùm adeò. Quid si is, cui mandatum vel concessum est, ꝙ dispenset cum aliquibus, dispensauit cum vno: nunquid per hoc est potestas eius perpetuata, ita ꝙ post mortem mandatoris possit cum aliis dispensare? Respon. obtinuit quòd non. argument. contrà in his quæ not. s. §.
b finitur. ver. pone ergo [b]. †¶ Sed nunquid, si ĩ indulgẽtia de pluri-
20 bus beneficiis obtinendis contineatur clausula illa: Dummodo in beneficio, in quo non resederit, faciat idoneè deseruiri. extra.
c de off. ordin. in constit. Greg. x. ordinarij [c]. nunquid si non obseruauerit hunc modum, seu conditionem, valet dispensatio, & beneficiorum collatio, & receptio? Respon. valet nihilominus: cõditio enim non fuisset apposita dationi indulgentiæ, & receptioni beneficij: imò q̃d dixit, dumodo, non habet vim conditionis, sed potius monitionis: quæ licet non fuisset apposita, nihilomi-
d nus est seruanda [d]. argu. ff. de tutel. muto. siue comminationis: vt C. commina. vel episto. program. per totum. & nota. secundum papam extr. de præsum. c. fin. poterit tamen priuari propter negligentiam: vt extr. de cleri. non resi. ex tuæ. & c. relatum. ĩ. ver. quid si dispensatur. & s. ver. quid si indulgetur. Quid si habens duos ꝑsonatus canonicè ex Apostolica indulgẽtia, recipit tertium sine dispensatione: quæritur quis de primis duobus vacet: & an vacet vterq;, an neuter? Et videtur esse in voluntate principis, quem de primis duobus retinebit. ff. de excu. tut. l. vj. §. si duas. Imò videtur esse in optione recipientis, quod retinere malit. extr. de præben. præterea. & c. referente. Potest dici, ꝙ cũ prima duo habita loco vnius propter indulgentiam habeantur, vacat vtrunq;. extra. de præb. de multa. præsertim cùm indulgentia si de pluralitate beneficiorum, & ipsa pluralitas odiosa sit: vt s. & odiosum priuilegium de facili perditur, prout no. ext. de constit. cũ accessissent. & de deci. suggestum. Nec obstat præ. l. ff. de excus. tut. nam licet non debeat quis pluribus tutelis grauari: non tamen per receptionem vnius tutelæ vacat prius obtenta, quod contingit in beneficiis. Item Decr. præterea. & referente. corrigitur per Decre. de
e multa [e]. †¶ Sed nunquid habens plura beneficia cum cura sine
21 dispensatione, impedit̃ eligi ad minora beneficia: puta ad archidiaconatum, vel præbendam, & similia: sicut impeditur propter hoc eligi ad maiorem dignitatem: vt in præ. Decr. dudum. Et dicunt quidam quòd non: cum hoc non inueniatur iure cautum: & quia maior perfectio requiritur in electo in episcopum: imò collatio beneficij facta criminoso, puta adultero, tenet: dum tamen non sit aliàs irregularis: vt extra. de excessib. prælatorum. inter dilectos. & arg. extr. de cle. excom. mi. capit. fin. Sed videtur verius, quòd de rigore iuris impediatur: si hoc in iudicium deducatur. extr. de præbend. cum iamdudum. in fin. Nam est violator canonis. extr. de cleri. non resi. quia nonnulli. ac vt canonum violator debet deiici etiam ab obtento. extra. de maior. & obed. ca.
f ii. xxv. qu. i. violatores [f]. Sed an episcopus poterit dispensare cum tali, vt eligi possit ad huiusmodi minora beneficia. Et videt̃ quòd non. Cùm enim dispensare nequeat, vt quis plura talia beneficia retinere possit, vt in præd. c. dudum. & c. de multa. in fi. multominus tollere poterit irregularitatem ex hoc sequutam. Quidam tamen cõtrà argu. pro eis, extr. de sent. excomm. c. nuper. nam & in multis maioribus, quã hoc sit dispensare potest. extr. de ind. at si clerici. s. §. nunc de episcoporum. versiculo. de his igitur. & sequent. Ad hoc etiam bene facit, quod ibi not. in versiculo. clxj.
22 quoad episcopatum autem dispensare non potest. †¶ Sed pone, quòd aliquis malè tenuit beneficium, puta, quia minùs canonicè institutus: vel quia dispensatio, quam habuit, non fuit sufficiens: postmodum impetrat indulgentiam, quòd beneficium illud licitè valeat retinere: de perceptis exinde fructibus nulla penitùs habita mentione: nunquid remanet iste ineligibilis? nota. dominus meus extra. de rescript. postulasti. & in præced. Decret. dudum. §. insuper. quòd sic, pro eo quòd fur, & latro, & ambitiosus fuit, fructus ad eum non pertinentes percipiendo. argumen. in capitul. dudum. respons. j. Necesse est ergo fieri in indulgentia de fructibus mentionem: vel dic purgatum esse vitium illud. Nam concesso, sibi, quòd beneficium illud possit licitè retinere, videtur sibi dominus papa per consequens concessisse fructus perceptos. cùm sit factus verus prælatus. Vnde nomine ecclesiæ nouiter sibi collatæ suos facit tanquam nouus successor, & verus prælatus. decima quæstio. secunda. si quis episcopus. xij. quæstion. ij. de laicis. extr. de testa. relatum. ij. versicu. vbi autem. vnde non nisi sibiipsi restituere tenetur: vt extr. de offic. ordina. cùm vos. in fin. & de præben. dilecto. §. fin. quasi per canonicam adeptionem prælaturæ actio confundatur: sicut & per aditionem hæreditatis: vt C. de hæredi. act. vt debitum. & l. sequent. Dominus meus tamen hoc non admittit, nisi per veram pœnitentiam fue
g rit satisfactum: quod non placet, propter rationes prædictas [g].
23 †¶ Quid si dispensatur cum aliquo, vt sibi liceat plures personatus recipere, si sibi canonicè conferantur: ipse verò eos recipiat non canonicè. Respon. licet peccet, & contra eum procedi possit, eo quia illos malè tenet: non tamen quia plures tenet. Vnde papa not. in præalleg. cap. dudum. quòd dispensatio non vitiatur propter multitudinem beneficiorum: licet quis peccet eam multiplicando: propter quod est puniendus, vel eius electio cassanda: & non propter hoc, quia plura beneficia curam animarũ habentia receperit. Quod ex eo apparet, quia si dimitteret priora beneficia, vno excepto, & post dispensationem obtentam aliud recipiat, ambo licitè retineret. contra hoc tamen facit quod no.
24 s. versic. Item si aliquis obtinuit. †¶ Porrò dominus meus no. in præalleg. §. insuper. quòd insufficiens dispensatio, & stylus non cõferat beneficium retinendi: obstat tamen ordinario, ne talem priuet secundo beneficio: dum tamen in dispensatione contineatur: quòd possit primũ cum secundo retinere, non obstante cõstitutione concilij generalis, vt ita & si non in vtroq; operetur, saltem quoad secundum: vt videlicet eo sine papæ licentia non priuetur. argument. extrà, de confirmat. vti. vel inuti. capitul. j. & ij. qui tamen aliàs priuaretur. si vtrumque contenderet retinere: vt extrà. de præben. de multa. respon. j. primum autẽ in casu conferre poterit tanquam vacans: vt in c. j. §. & si vltra. quia quantum ad illud: parum, aut nihil dispensatio operatur. Quid iuris sit circa dispensationẽ illegitimorum & irregularium, quantũ ad eccle
25 siastica beneficia obtinenda, no. ĩ. §. postremo. †¶ In summa no. ꝙ si habens plures ecclesias, vel personatus in termino sibi per ordinarium assignato, non ostendit dispensationem, poterit or-
26 dinarius eas ꝯferre. Vbi aũt dubitatur †, vtrũ dispensatio sit sufficiens,

ADDITIONES.

a Dicunt. ¶ Vt ibi recitat Compo. Adde, quòd Ab. in c. dudũ. el ij. in fi. dicit putare, ꝙ virtute dictæ gratię nõ possit episcopus dispẽsare: nisi cũ cã rationabili: quia hoc importat verbum dispensare: vt not. gl. i. q. vii. requisitis. §. nisi rigor. hoc dicit Inn. in c. cùm ad monasterium. de statu reg. ꝙ in casibus in quibus episcopis ꝑmittitur dispensatio, facta sine rationabili causa est nulla: vel saltẽ venit irritanda: & ipse episcopus puniendus est: q̃a vbi non subest rationabilis causa, dicitur dissipatio.
b Ergo. ¶ Tu distingue, vt dixi de fil. presb. in gl. nunquid. an fuerit litera commissionis de certis personis; an litera gratiæ factæ dispensare debẽti. Itẽ primo casu, an fecerit actum omni dispensationi fiendæ communem, vel specialem tantùm. ibi vide.
c Ordinarij. ¶ Lib. vj.
d Seruanda. ¶ Facit præ. c. ordinarij. ver. prouideat. lib. vj.
e Multa. ¶ Ad literã fuerũt hæc verba Cõpost. in Dec. de elect. dudũ. ij. ad fi. expeditum est, quòd omnia vacant per cle. de præben. si plures. & ibi plenè not. an valeat collatio vltimi. in gloss. si intelligas.
f Violatores. ¶ Vide hæc verba, q̃ fuerũ ad literã Compost q̃ scripsi in Decr. dudũ. ij. in j. gl. & vt ibi dixi in fi. hodie per constit. Io. execrabilis. ver. qui verò deinceps sunt inhabiles ad quęcũq; beneficia, per quod etiam soluitur, quod hîc sequitur.
g Prædictas. ¶ Iuxta doctrinã datam suprà, ver. sed nunquid nocet videtur remedium primum dictum. Expert⁹ enim sui cum papa Ioan. quòd cùm mihi iustificasset cuiusdam mei scholaris titulũ, remissionem præteritorum fructuum facere noluit, nisi ea ꝯditione, ꝙ ipsorum dimidia intra certũ tẽpus suæ cameræ solueret. Posset tamen transire dictum Guli. si conuerteret illos in vtilitatem ecclesiæ. Absit enim quòd successor illius reciperet iuris fructum: imò recipere, vt debitum ecclesię ex malefitio recipientis furtiuè, vt dictum est suprà, bene facit. de simo. audiuimus. in fin. cum concor. vltimæ glossæ.

ciens, domini papę est cognitio: sed si sufficiens dispensatio ostenditur, ordinarius prouidere debet, ne illa beneficia debitis obsequiis defraudentur. Hæc leguntur in constitut. Grego. X. de offi. ord. c. ordinarii [a]. & si illas habet in diuersis episcopatibus, vterque episcopus poterit ei terminum statuere s. dictum, prout ibi not. [b].

ADDITIONES.

a Ordinarii. ¶Lib. vj.
b No. ¶Ibi vide in glo. ad quos.

Effectus Dispensationis quis sit.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus dispensans cum criminoso simpliciter, an intelligatur in suscipiendis, vel susceptis ordinibus.*
2 *Dispensando cum illegitimo vt possit fieri clericus, quomodo intelligatur.*
Priuilegium odiosum semper est restringendum.
3 *Dispensatus vt ad aliquem ordinem promoueri valeat intelligitur de minorib. ordinibus dispensatus.*
4 *Dispensatio facta in aliquo, non est intelligenda facta in alio.*
5 *Dispensatio facta quo ad ordines & beneficium, quomodo intelligatur.*
6 *Dispensatio cum aliquo facta ne defectus natalium obstet in retentione dignitatum ecclesiasticarum, an intelligitur de episcopatu. & nu. 7.*
8 *Infamis ipso iure, vel per sententiam condemnatus, licet eum sustineat episcopus, non tamen accusationem instituere potest, nec admittitur in testem, &c.*
9 *Legitimatus per episcopum, an effugiat obiectionem illegitimæ natiuitatis.*
10 *Legittimatus à iudice seculari, non intelligitur in spiritualibus legittimatus.*
11 *Episcopus an dispensare possit quo ad successionem.*
12 *Cessante causa, etiam cessare debet quod dispensatiue statutum fuit.*
13 *Irregularis & ineligibilis si sit electus confirmatus vel consecratus in episcopum, quomodo cum eo potest per superiorem dispensari, etiam ipsis electoribus non vocatis.*
14 *Sententia, quæ misericordiam vetat, fugienda est.*
Misericordia est omnibus proposita, tanquam perfectæ forma virtutis.
15 *Misericordia nemini est claudenda, nullique peccanti impunitas relaxanda.*

II. §. Postremo loco dicendum est, quis sit dispensationis effectus. Et certè vt ea obtenta, ecclesiastica sacramenta & beneficia dignè & licitè recipi possint. Nullus enim in mortali constitutus promoueri debet regulariter, nisi pœnitentia iam peracta. xl. dist. multi. xxv. dist. illud. xj. q. iij. audi. Item effectus est, vt iam promotus ea obtenta suum officium licitè exequatur. quod non potest ex quo mortaliter peccauit, nisi post pœnitentiam obtinuerit dispensationem: quia suspensus est, quãtum ad se. ij. q. vii. secuti sunt. §. quia ergo. Item est effectus, vt beneficium, quod aliàs licitè retineri non potest, ea obtenta licitè valeat retineri. extra. de cle. coniug. diuersis, & de cle. pereg. c. fin. extra. de sup. negl. præl. literas. Itẽ, effectus est, vt super crimine publico, super quo publicè dispensatum est, non possit quis vlterius accusari. extra. de fil. presb. ex tua. extra. de accus. de his. Si verò dispensatũ fuerit in occulto, bñ adhoc poterit accusari: quia etiam post pœnitentiam accusari potest. xxxiij. q. ii. admonere. extra. de tempo. ord. c. fi. de hoc no. j. de abol. & purg. versi. porrò.
1 †¶Sed nunquid episcopus simpliciter dispensando cum aliquo criminoso, iuxta ea quæ dicta sunt s. §. nunc de episcoporum. ver. verum. & sic intelligitur in susceptis & suscipiendis ordinibus, & in habitis & habendis beneficiis dispensasse? Respon. sic. Nam in beneficiis ampla est interpretatio facienda. extra. de dona. cùm dilectus. extra. de priu. quia circa.
2 †¶Quid si dispensatur cum aliquo illegitimo, quòd valeat fieri clericus? Dic, quòd intelligit dispẽsatum esse cum eo, vt ad minores ordines tantum valeat promoueri. De hoc not. extr. de fil. presbyter. literas. Quid si dispensatum est, vt ad ordines valeat promoueri? Respon. de minoribus tantùm ordinibus intelligendum esse. argu. xxiiii. dist. lector. ff. de le. iii. numis. Priuilegium enim tale, cùm sit odiosum, restringendum est: vt ff. de lib. & posthu. cum quidam. extrà, de consan. & affin. quod dilectio. extra. de transa. c. fin. ad fin. Generaliter enim dispensationes, cùm sint contra ius commune, restringendæ sunt. arg. de pœ. dist. i. pœnæ. argu. tamen contrà, quòd largè sit tale beneficium interpretandum. ff. de constit. prin. l. fi. extr. de dona. cum dilecti. xii. q. i. duo. Sed hæc contraria loquuntur in indulgentiis, quæ non sint contra ius commune, vel in alterius
a præiudicium [a].
3 †¶Quid si dispensatum sit cum aliquo, vt ad aliquem ordinem valeat promoueri? Respon. non ideo intelligitur
b cũ eo esse in certis ordinibus dispensatum [b]. ar. xxxiiii. dist. lector. xii. dist. nos cõsuetudinẽ. vbi de hoc l. dist. quicunque pœnitẽtes. xv. q. vlt. c. i. & 2. & arg. C. de sen. pas. & rest. l. iii. Potest. n. aliquis habere minorem honorem, qui nõ potest habere maiorem. ff. de interdic. & releg. l. relegatorum. §. fi. & quis dignus est minori, non tamen maiori: vt argum. extra. de elect. scriptum est. Sic etiã licet
c dispensetur mecũ in vno matrimonio contrahendo [c], non tamẽ in sequenti: vt legitur & not. 33. q. ii. antiqui. & 36. q. ii. si autem. Quid si degradatus, & beneficio suo per sentẽtiã priuatus, dispẽsatiuè restitutus est ad ordinem & eius executionẽ: nunquid per cõsequens restitutus est ad beneficium? Rñ. non. Nam deportatus ex indulgẽtia principis restitutus ad dignitatẽ, non est ꝑ hoc restitutus ad bona: vt ff. de sen. pas. & resti. l. ij. nisi gñaliter restitutus sit ad ordines, & honores, & cætera bona: vt ibi. & C. eo. l. j. quæ est. ij. q. iij. c. si quẽ. §. notandũ, in fi. cũ suis cõcor. & eo. ti. l. ij. & arg. ff.
d de ser. rust. præd. Attilicinus. in fi. [d] Quid si dispensatum est cum aliquo solùm, quoad ordines? Et dicit papa, quòd episcopus poterit tali beneficium simplex cõferre: sed non cum cura, nisi in dispensatione contineatur expressè. Et sic de cõsuetudine obtinere videtur: & sic intelligitur, extra. eo. c. fi.
4 †¶Quid si dispensatũ est cum tali, vt ad omnes ordines, & ad omnia beneficia valeat ꝓmoueri: nunquid quoad dignitates & prelaturas dispensatum esse videtur? Dic quòd non, propter rationẽ proximè dictam. nam & si mecum dispensatur in aliquo, non ob hoc intelligitur esse in
e alio dispensatum, vt dixi. Quidam tamen dicunt [e], quòd vbi per
f priuilegium nulli fit præiudicium, vel modicum fit [f]: tunc latè interpretabitur. arg. extra. de deci. ad audientiam. & de verbo. signific. olim. Sed tamen interpretatio non excedit metas iurisdictio-
g nis interpretãtis [g]. ff. de iurisdi. om. iud. l. fin. Vbi verò fit enorme præiudicium, est interpretatio restringenda. extra. de priuil. c. porrò. & c. recipimus. de deci. suggestum. de verbor. sign. quid si per nouale.
5 †¶Sed quid si cum tali dispensatum est: quoad ordines
h & beneficium: nunquid potest habere canonicatum [h], vel ecclesiam parochialem? Respon. nõ: si per episcopum vel archiepiscopum dispensatio facta fuit: vt extra. de fil. presbyt. c. fi. & extra. de præben. cum olim. Si verò per papam, intelligitur dispensatum etiam in præbenda. extra. de præben. pro illorum. extra. de æta. &
i quali. accepimus. §. final. & etiam in ecclesia parochiali, non ta-
k men collegiata [i]. extrà, de præben. capitu. fin. secundum Goffr. [k] †¶Quid

ADDITIONES.

a Præiudicium. ¶Vide qđ plenè scripsi de ver. sig. olim. super vl. gl.
b Dispensatũ. ¶Hoc intellige de maioribus. & quòd sic intellexit, patet per sequentia, hoc dico: quia licet scripserim post Hosti. de rescr. postulasti. in magna gl. ad fi. quod in dispensationibus odiosis nõ arguitur de pari ad parem, vel de maiori ad minus: illud tamẽ, vbi dicit, non habet locum in clausis. vnde dispensatio ad diaconatum bene includet subdiaconatum & minores, sed non sacerdotiũ. Maximè etiã ꝓcedit illud in diuersis speciebus, quæ cõnexitatem non habẽt. Hoc dico propter id, quod sequitur j. vers. ij. non ob prædictæ doctrinæ Hostien. qui fil. sint legi. per venerabilem. in princip. quia æquè posses opponere de regula vtriusq; iuris, cui licet. li. vj. cum concor. dat enim Hosti. casum exceptum à regula, scilicet dispensationes odiosas, quæ dispensationes contra ius commune fiunt: vt s. eod. §. dispensatio. in prin.
c Contrahendo. ¶Super certo vel expresso. & vide quod scripsi de præben. non potest. lib. vj. super versic. in primis. post prin. Adde versi. sequen. quòd deportatus etiã restitutus ab bona, nõ intelligitur restitut⁹ ad bona alienata ob priuatã vtilitatem: secus si ob publicam, secundum Barto. in l. quicunque. C. de fid. instrum. & iur. hast. fisc. lib. x. & ita dicit Alexand. reperisse consultum per collegium Florentinum. Adde dom. Ias. in l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius vocan. vbi in iij. not. an deportatus restitutus recuperet id, quod erat quæsitum alteri. Hen. Ferrandat.
d In fi. ¶Ad hoc dictum & sequẽs facit quod scripsi de fil. presbyt. c. j. in fi. & eo. tit. c. i. super gloss. hoc intelligo. lib. vj.
e Dicunt. ¶Sic ponit etiam Goffr. & Hosti.
f Fit. ¶Vt in casu nostro quicquid coloretur, tex. est Decr. i. in fi. de fil. presb. lib. 6. quòd hæ dispensationes sænt restringendæ.
g Interpretantis. ¶Si dicas, id est, concedentis, cuius est interpretari. de sen. exc. inter alia. tunc est planum.
h Canonicatum. ¶Goffr. dixit personatum, vt j. dicam.
i Collegiata. ¶Dixit Goffr. cui per electionẽ prouidetur de rectore
k Goffr. ¶In summa de fil. presby. in vlti. col. vbi ponit etiam quæstionem præcedentem. Et scias, quòd Hosti. ponens hunc ver. in e. ti. vlt. col. attribuit hũc etiam Gof. tñ Gof. vbi in principio qõnis dicit canonicatũ, dixerat parsonatum: puto quòd Hosti. mutauit propter id quod submisit Goff. de præben. De canonicatu autem non procederet, secundum opi. Archid. qui tenet, episcopum dispẽsare posse etiam in canonicatu ecclesiæ cathedralis, vt scripsi de fil. presby. c. i. super gl. intelligo. Io. Mo. contrà, vt etiam dicam j. de fil. presbyt. in fin. patet quòd si addidissent Host. & auctor de canonicatu cathedralis ecclesiæ transire poterat: sed sic simpliciter dictum non placet, cùm sonet in canonicatu ecclesiæ ruralis, episcopum dispensare non posse: quod nullus asserit.

6 †¶Quid si dispensatum est cum aliquo, quòd sibi non obstet defectus natalium, vel alius, qui potest honores vel dignitates ecclesiasticas retinere[a]? Dic quòd non poterit propter hoc episcopatum obtinere, qui est non solum dignitas, sed est culmen dignitatum: vt extr. de preben. venerabilis. prope fin. Nam dispensationes restringendæ sunt, vt dixi, & arg. ad hoc. extr. de ele. innotuit. de præben. c. fi. arg. tamen contrà, extra. qui fil. sint legi. per venerabilem. prope principi.[b] Quid si sit dispensatum super episcopatu? Tu dic, quòd non intelligitur dispensatum esse super archiepiscopatu. xii. dist. nos consuetudinem. extr. de elect. scriptum. quia qui dignus est minori, non semper est dignus maiori: prout ibi not. Quid si dispensatum est, quòd ad omnia spiritualia licitè assumatur? Dic quòd non poterit in episcopum eligi. Nam in generali obligatione non comprehenduntur, quæ specialiter concessurus esse quis non præsumitur. C. quæ res pig. oblig. poss. l. i. Cùm ergo hæc dignitas excellens sit inter alias, & specialibus gaudeat

7 priuilegiis, vt ii. q. iiii. præsul. & c. seq. iii. q. vi. quamuis, & c. seq. † & inueniam ipsum aliarum dignitatum iuribus non comprehendi: vt extra. de conces. præb. dilectus. & quia episcopus, summus pontifex, seu sacerdos dicitur: vt de conse. dist. v. de his. xii. q. iii. pontifices. ii. q. vii. accusatio. non credo illam sub generali obligatione, seu constitutione comprehendi. arg. extra. de sent. excommu-

c nic. quia periculosum[c]. † ¶Hoc etiam nota[d], quòd si episcopus

8 substineat in famem ipso iure, vel per sententiam condemnatũ

d vel etiam dispenset cum eo, cum tamen dispensare non possit, vt ii. q. iii. Euphemium. §. hinc colligitur. tamen talis non admitteretur ad accusationem vel testimonium, cùm sit infamis: vt ij. q. j. prohibentur. extr. de testi. testimonium. Infamis enim irregularis est: vt s. §. iuxta. ver. sunt quoque. Sed si episcop⁹ dispenset cum alio, quam cum infami, talis post dispensationẽ admittitur ad testimonium, & ad accusationem, & ad alios legitimos actus, & in ciuili & in criminali causa, & cõtra clericos & alios. Nam cum ratione dispensationis possit esse in ordinibus susceptis, & promoueri ad maiores: eadem etiam ratione poterit accusare & testificari in sacerdotes. ij. q. vij. episcopi. & c. testes. Argu. tamen contrà in præ. Decre. testimonium. vbi dicitur, quòd de crimine condemnatus non admittitur in testimonium in criminali. Sed illud intelligo,

e vbi dispensatum non est[e]. Videtur tamen, quòd episcopus possit restituere infamem: & per consequens tollere infamiam: vt colligitur l. dist. domino. versic. ergo dum. ibi ignominiam portãs, &c. quod verum est in omni crimine, in quo dispensare potest. nam & Senatus tollit infamiã: vt ff. de postul. l. j. §. de qua. & ecclesia cõparatur Senatui. x. q. j. ecclesia. Super hoc autem, licet extra principale propositum, notabis, quòd infamia alia est iuris, alia facti, alia canonica: et qualiter vtraq; tollatur, not. vj. q. j. omnes verò. & c. illi qui. ¶Tu verò hoc ex nostra doctina tenebis, quòd secundũ canones infamia tripliciter abolетur: primò per in integrum restitutionẽ: & hoc directè per principẽ, qui solus directè ad famam restituit: vt ff. de postul. l. j. §. cæterum. Indirectè autem, & per consequens etiam per alios iudices, vt in ea. l. §. hoc edicto. ¶Secũdò, per dispensationem factam ab eo, qui potestatem habet dispẽsandi, quando videlicet pœnam crimini debitam remittit, vt in præmissis sæpius est tactũ. ¶Tertiò per pœnitentiam: & hoc diuersimodè, secundum diuersas opiniones, quę not. l. dist. in summa. Patet ergo ex p̃missis, q̃ aliud est dispẽsatio, & aliud est restitutio. ar. tamen q̃ idem sunt s. §. cõsequenter. ver. generaliter. Vtrũ ecclesiasticus iudex restituit aliquem ad famam, not. ĩ. de restitu. in integ. §. videndum. versi. item iudex. † ¶Sed aliud quæritur, vtrum

9 legitimatus per episcopum poterit effugere obiectionem illegi-

f timæ natiuitatis. Dixerunt Vinc. & Tanc. & papa[f], quòd sic quoad actus legitimos, scilicet quòd possit esse iudex, & testis, & tabellio, & huiusmodi. In paterna autem hæreditate, vel in aliis non intelligitur esse dispensatum: quia sicut non potest super hoc iudicare vt extra. qui fil. sint leg. lator. & c. causam, quæ. ita nec dispensare potest arg. extr. de paroch. nullus. Et nota q̃ legitimatus & restitutus famæ, & cum quo dispensatum est in quocunque foro siue ecclesiastico, siue ciuili, omnia ea facere poterit: super quibus habuit potestatem is, qui legitimauit, & famæ restituit, vel dispẽsauit. Poterit enim in omni iudicio testimonium reddere: & ad ciuiles honores vocari, nisi sint talia, quæ sint in alterius præiudicium. Verbi gratia, quia legitimatus ab vno principe vel ciuitate, non obtinebit ab intestato bona hæreditaria in terra, quæ non sit subdita legitimanti: quia sic auferrentur bona consanguine-

10 is defuncti, vel fisco, qui debet succedere ab intestato. † Item legitimatus à iudice seculari, non intelligitur, quoad ordines legitimatus: quia promoueri ad ordines, non est de iurisdictione iudicis laici. Sed si vnus episcopus legitimet aliquem, ille poterit etiam in alia diœcesi promoueri: quia dispensare in ordinibus cum illegitimo, de iurisdictione est cuiusque episcopi: & quòd illegitimus promoueatur, in nullius vertitur præiudicium. In aliis autem, in quibus non est necessaria legitimatio, famæ restitutio, vel dispensatio: vt si seruus detur libertati, vel obnoxius nexibus curiæ absoluatur, etiam si laicus hoc faciat: tamen ad ordines redditur aptus. liiij. distinct. c. j. ij. iij. iiij. & v. Ratio diuersitatis est: quia in his non est aliquod delictum, vel defectus, nec est

11 in prædictis aliqua dispensatio necessaria. † ¶Alii autem dicunt, quòd episcopus dispensare potest, quo ad successionem: & etiam intelligitur dispensatum in hæreditate hoc ipso, quia in ordine dispensatur. arg. extra. qui filii sint legi. per venerabilem. §. j. versic. præterea etiam. Sed contrà ff. de sen. pas. l. ij. & C. eo. l. ij. & iij. Item contrà, eo. tit. in insulam. vbi dicitur quòd vinculo patriæ potestatis exempto, ideo quia filius est in insulam deportatus, si postea ex indulgentia redditus est in paternum solum. & præcedens dignitas restituta: potestas tamen patria non videtur repetita. Sed illa non tangunt hunc casum. Item contra vtramque opinionem videtur: quia episcopus non habet iurisdictionem in temporalibus. extra. de app. si duobus. Sed dic, quòd licet non habeat iurisdictionem contentiosam, tamen voluntariam exercere potest. ff. de off. proconsu. & leg. l. ij. Item aliqua conceduntur per consequentiam & indirectè, quæ directè non concederentur. 4. q. 3. §. item in criminali. ver. serui. ff. de pac. tutor. de hoc not. x. distin. c. j.

12 † ¶Item summa no. q̃ cessante cã, cessare debet, quod dispensatiuè statutum fuit: vt j. q. vij. quod pro remedio. &c. & si illa. & dispensationes, quas extorquet necessitas, cessante necessitate sunt mutilandæ: quę verò regulariter fiunt, non. ix. q. j. ab excommunicatis. l. di. placuit. vij. q. mutatiões. q̃d sanè intellige, vt videlicet q̃ cessante necessitate, simul dispensatio non fiat. Nam dispensatio semel facta, non est amplius reuocanda: vt extrà, de fil. presbyter.

g ex tua[g]. sicut nec iniuriæ remissio: vt xxiii. q. iiii. si ille. Imò beneficium decens est esse mansurum. in auth. co. vii. const. quæ dign. liberat à pa. po. §. illud quoque. xxv. q. ii. quæcunque. & c. non tam

h nouum. & c. institutionis[h]. Arg. tñ contrà, q̃ successor possit reuocare dispensationem à prædecessore factam. extra. de cle. non resi. c. pe. sed illud de gratia, & ex causa, scilicet propter defectum

i clericorum[i]. ¶De illo etiam quæritur, an absolutus sit quoad Deum is, cum quo papa sine causa dispensat. de hoc s. §. nunc breuiter. ver. & no. Qualiter autem ciuiliter dispensetur in criminibus

13 per impetrationem abolitionis? Vide ĩ. de aboli. & pur. † ¶Non est etiam omittendũ: quia si irregularis, & ineligibilis electus. cõfirmatus & consecratus est in episcopum, superior, ad quem hoc pertinet, dispensare potest electoribus, & confirmatore vel aliis non vocatis: & talis habita dispensatione habet canonicũ ingressum, nec poterunt electores vel confirmator amodò resilire. ar. extra. de elect. cùm inter canonicos. in fi. & de postul. bonæ. ii. §. fin. de proba. per tuas. §. pe. in fin. & de hoc s. §. nunc de episcopo-

14 rum, ad fi. ver. quid si electus. † ¶Nouissimè notandum est, quòd sententia, quæ misericordiam vetat, fugienda est: vt l. di. ponderet. in fi. Nam iudicium sine misericordia erit ei, qui misericordiã non vult fieri delinquẽti: vt ii. q. vii. plerunque. §. de his. vltra medium. 33. q. iiii. §. præcepta. Misericordiæ enim cõmunis est vsus, & plenitudo est virtutum: ideo que omnibus est proposita per-

k fectæ forma virtutis: vt lxxxvi. dist. nõ satis. prope fi. iuxta illud[k], Estote misericordes, vt extra. de reg. iur. c. ii. melius est ergo propter misericordiam rationem dare, q̃ propter crudelitatẽ, seu inclementiã: quia vbi paterfami. largus est, dispẽsator nõ debet esse tenax

ADDITIONES.

a Retinere. ¶Notant hoc & duo quę sequuntur Innoc. & Hostien. de conces. præben. dilectus, vt ibi scripsi in gloss. not. ex hoc. & aduerte, q̃ istæ quæstiones formantur in dispensato, non in legitimo: super quo vide quod scripsi, qui fil. sint leg. per venerabilem. super gloss. ii. & hæc duo nimis permiscentur, infrà, ver. sed illud.

b Principi. ¶Vbi non ad maiora ampliatur, sed ad minora.

c Periculosum ¶Bene facit cle. de pœn. cap. si quis suadente. ad fin. versic. nec super.

d Etiam not. ¶Secundum Innoc. post quem hoc scripsi, de sent. & re iud. cum te. in gl. quæ potest.

e Non est. ¶Quod hic dicit Host. vide in glo. prædicta.

f Et papa. ¶Post quem, quod sequitur vsq; ad versi. in summa scripsi, qui fil. sint leg. per venerabilem. super ver. dispensatũ. vbi etiam satis tractaui, an habens ab imperio potestatem legitimandi, id facere possit in terris ecclesiæ. Adde, an papa legitimet in terris imperii, et econtrà Imperator in in terris ecclesiæ, Bal. consi. 37. ij. li. Paul. de Cast. consil. cclxxxiij. Pet. de Ancha. consil. cccxxj.

g Ex tua. ¶Item not. de iureiur. & si Christus. in gl. pen.

h Institutionis. ¶Et de reg. iur. decet. lib. vj.

i Clericorum. ¶Adde quod ibi no. in vltim. gloss.

k Iuxta illud. ¶Luc. 6. c. j.

pax. Nam si Deus benign⁹ est, vt quid sacerdos eius austerus vult apparere? Hæc leguntur 26. quæ. vlti. allegant. & in præal. c. non satis. ver. melius. Diuinitatis si quidem natura clemens est & pia, & ad indulgendū prona: vt de pœ. dist. j. quia diuinitatis. cuius exemplo rectores prouidi ex sua infirmitate aliorum infirma pensantes, lapsos debent per mansuetudinem subleuare: vt xlv. dist.
5 recedite. † Quia nulli claudenda est misericordia, nulli peccati impunitas relaxanda: vt 23. q. iiij. duo ista. ¶ Hinc est, quòd Christus ex magnæ pietatis dispensatione cadere Petrum permisit, vt ex sua infirmitate cognosceret, quam misericorditer aliena infirma tolerare deberet. l. dist in. considerandum, & c. seq. ¶ His igitur auctoritatib⁹ iudicialis informatur auctoritas misericordiam seu dispēsationem sequi potius, quàm rigorem. Ad quod etiam accedit ix. dist. sanc. ff. de pœ. l. interpretatione. extr. de transact. c. fin. Nec enim aut seueritatis, aut clementiæ gratia affectanda est; sed ī leuioribus causis proniores ad lenitatem iudices esse debēt; in grauioribus verò legum seueritatem cum quodam benignitatis temperamento subsequi debent: vt ff. eod. titu. respiciendum. respon. j. quia vera iustitia compassionem habet: xlv. dist. vera. & disciplina destituitur, si sine misericordia teneatur: vt ea. dist. disciplina. in prin. Ergo prælatos in dispēsatiōe misericordiæ cōstituit ipsa iustitia debitores: vt s. §. gña: iuxta illud Apostolici [a]: Dispensatio cœlestis seminis nobis iniuncta est: vt xliij. dist. dispensatio. nam vtitur eis Deus in dispensatione. 23. q. iiij. ecce.

ADDITIO.

a Apostolici. ¶ Scilicet papæ Nicolai, sed Apostolus j. ad Corinth. ix. dicit, Dispensatio mihi credita est.

¶ Bald. De Dispensationibus.

DISPENSATIO est rigoris mitigatio, vel pœnalitatis moderatio, per habentem auctoritatem facta, suadente vtilitate publica, vel alia rationabili æquitate. §. j. Guli. quam lex ciuilis indulgētiā vocat. Bal. Rigor est stricti iuris seueritas. Aeqtas est flexio rigoris ad humaniorem partem. Ius est constitutio rationabilis. Bal. ¶ Dispēsatio est præter legē ordinatio aliquali rōne ,ꝓcedēs. ver. no. G. dispēsatio hominis propriè loquendo, est in libero superioris arbitrio. & si dispensat causa suadente, est gratia gratis facta, si non, est iniuria: tamen nullus querelæ locus est. ff. de aqua quoti. & æsti. l. j. §. permittitur. Nulla enim dispēsatio gratiosa habet causam finalem necessitatis, sed fundatur in causa impulsiua. largè tñ dispensatio, quæ necessaria & debita est, dicitur dispensatio, vt ætatis miseratio. ff. de minor. l. auxilium. §. fi. & de infa. l. quid ergo. §. pœna grauior. & de inoff. test. l. Papinianus. §. fi. in gl. hoc verbo tex. legū rarò vtūt. Bal. ¶ Irregularitas ē ihabilitas, seu impedimentum canonicum obstās promotioni, & deiiciens iam ꝓmotum, sumens originem ex cā vel culpa non digna. in §. iuxta. per Gul. & est sicut quædam cicatrix. Guliel. ¶ Contrahitur irregularitas defectu natalium: quia degeneres homines non sunt ad nobilia & honores euocandi. Esset enim confundere & denigrare ecclesiasticum honorem, si passim viles homines promouerentur. Item ꝯtrahitur ex bigamia & est triplex bigamia, in ver. contrahitur. & versic. scias. Item ex percussione passiua: vt si quis lepra percutitur. nam leprosi sunt irregulares: & dicit lex, quod debent ab aliorū consortio separari, in Auth. iusiuran. in fin. Item ex percussione actiua, quæ est duplex, scilicet verbalis per capitalis criminis accusationem, & realis ipso facto: vt per homicidium & mutilationem. Itē religiosi causidici, & cæteri sunt irregulares quandoq;. G. Item contemptores clauium, violando interdictū, excommunicationem, vel suspensionē, quę omnia qualiter sunt intelligenda vide eo. §. versi. item nota, quòd suspensus. cū multis versi. sequen. & versi. sed quæritur. quando cōplures. & versi. sequen. vbi omnino videas, vbi aperitur multarum Decretalium intellectus. ¶ Habens plura beneficia cum cura, vel plures personatus sine dispensatione, irregularis est, secundum Innocentium versic. hoc sciendum. G. ¶ Abbas per irregularitatem à prælatione non remouetur, secundum Innocent. de tempo. ordin. c. tua, secundum Innocen. eo. ver. ¶ De dispensatione episcoporum eis permissa, vel prohibita, & de auctoritate episco. §. nunc episcoporum. per totū. G. ¶ Cū illegitimè natis, quod ad curam & ordinem sacrū, solus papa dispensat. ver. curia verò. in fi. §. G. ¶ Qui iurat non alienare sine licentia episcopi, potest alienare cum licētia legati. §. consequenter. versi. pen. G. Si in eo episcopatu gerit legationē, nō si alibi. Quam potestatē habet papa, in §. nūc breuiter. Quam quatuor patriarchæ. §. sunt quoq;. G. Nunquid superior videtur dispensare eo ipso, ꝙ scienter aliquid facit. in §. qualiter. ver. dicunt autem. & ver. nunquid. Et dicit, ꝙnon: quia dispēsatio debet fieri expressè, & potest probari dispensatio per testes & per instrumentum. Non obst. ff. de re iud. l. quidam consulebant. in fi. quia ibi in principe. G. Secus autem in inferiore. ¶ Itē illud propter publicam vtilitatem vt l. Barbarius. ff. de off. præsi. Si tamen sit mutatio pœnæ, an videatur hoc ipso dispensatū super infamiæ vide j. de senten. §. sed quid si per statutū. ¶ An lite pendente valeat dispensatio. vers. sed videtur. G. & ff. si quis cau. l. qui autem. ¶ Semper probationes, & dicta testium in odiosis sunt īterpretanda in meliorē partē, versi. in summa. ¶ Quando in pluralitate beneficiorū possit dispensari, & quando plura beneficia possint simul teneri, in §. videndum. per totum. ¶ An per clausulam, Non obstante, inducatur dispensatio super pluralitate bñficiorū. ver. quid si propter. & tenet quòd sic. G. ¶ An pstimonia nomine beneficij ecclesiastici contineantur, in versi. vnde vidimus. sub ver. quid si indulgetur. G. Quis sit effectus dispensatiōis, legitimationis & restitutionis famæ, in §. postremò. per totū. G.

¶ De officio Ordinarij, Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius iudex quis dicatur.*
Diffinitio ordinarij in quibus locum habeat.
2 *Officiales episcoporum ordinarij censentur, vbi eis causarum vniuersitas est commissa.*
3 *Auditores generales palatij domini papæ, an possint dici ordinarij.*
4 *Prælatus quilibet per electionem receptus, est ordinarius.*
5 *Archidiaconus non dicitur ordinariam iurisdictionem habere, quia episcopi licentiam requirit.*
6 *Legatus ordinariam habet iurisdictionem. & an morte mandatoris expiret eius potestas.*
7 *Patronus non habet iurisdictionem inter libertos.*

IDEAMVS quis dicatur ordinarius iudex, Quis eum constituat, Quod sit eius officium, Quis possit esse ordinarius [a].

1 I. §. Ordinarius † est, qui iure suo, vel principis beneficio vniuersaliter iurisdictionem exercere potest. ff. de iuris. om. iud. more maiorū. & l. seq. quod locum habet siue in ecclesiasticis: vt sunt primates, archiepi, epi, & alij ecclesiastici, qui habēt iurisdictionem à papa. ext. eo. duo. 22. dist. omnes. resp. 1. extra de elect. significasti. siue in ciuilib. vt duces, marchiones, comites, & hmōi, qui habent totalem iurisdict. vnius prouinciæ: vel loci ab Imperatore. nam si vni causæ cognitio esset commissa, talis esset delegatus. dominus papa verò est iudex ordinarius singulorum. extr. de elect. cum nobis olim [b]. ix. q.
2 ij. cuncta. extr. de priuileg. antiqua. † ¶ Item ordinarius est is, cui causarum vniuersitas est commissa: vnde officiales episcoporum ordinarij censentur. ar. extr. de app. Romana. in prin. lib. vi. ff. de iud. cùm prætor. §. i. Gof. tamen dicit eos delegatos, vt ipse notat in Sum. de off. vica. sed prius dictum verius est [c]. Pari etiam ratiōe camerarius domini papæ, vicecancellarius, auditor cōtradictarū, & auditor cameræ, ordinarii sunt, secundū Gof. & dominum meum [d]. Quis autem dicatur ordinarius alicuius, dicam j. in ti. de cōpe. iud. adi. §. sequitur. † ¶ Quid de auditoribus generalibus pala-
3 tii dñi papæ, nunquid sunt ordinarii? Hæc quæstio fuit sæpe corā me disputata: & puto ꝙ in audiendo ordinariam habent potestatē: quia generalis audientia ē eis ꝯmissa à dño papa: secus in diffiniēdo: vt dixi s. in ti. de deleg. §. iam nūc. ver. sed nunqd. in fi. & ar. in auth. col. 3. de administ. off. & in auth. col. 5. vt ordinarię, & vrb. præfe. sic etiā auditori cameræ dñi papę. generalis audientia causarum intercuriales ventilandarum committitur à camerario, cuius est officialis. Hinc est, quòd vacante Apostolica sede, camerarius, marescalchus, & auditor cameræ suam possunt iurisdictionem exercere, & hoc dixit dominus meus tempore vacationis post obitum domini Clementis papæ IIII. dicens, ꝙ omnia illa officia, quæ sunt in C. lib. 1. ordinaria sunt: vt dicam j. de iur. omn. iud

ADDITIONES.

Pileus modicum vbi de iurisdictione. ¶ Tancre. super rubrica prima. ¶ Rof. super rubr. secunda. ¶ Vber. de Bobio, vbi de sententia ordin. mihi char. iij. & vbi de ordin. mihi char. ix. ¶ Vber. de Bona. quib. modis examen ordinum declinetur. ¶ Ioan. de Deo de excepti. contra iudicem cauil. lib. iij. ¶ Bonagui. rubrica qualiter facere reus debet, si iudex est ordinari⁹. ¶ Albert. Gal. vbi s. de legato. ¶ Guil. Angli. sub rubrica de iudicibus, posuit hanc rubricam.

a Ordinarius. ¶ Hosti. in Summa addit duo mēbra, scilicet qualiter impeditur, & qualiter finiatur.

b Olim. ¶ Allegauit sicut Tancr. & antiqui, non aduertens, quòd decisa erat sub secundo, j. talis litera. Præterea cū sedes Apostolica caput omnium ecclesiarum existat, & Romanus pontifex iudex sit ordinarius singulorum, &c.

c Verius est. ¶ Quod satis probatur de consuetu, c. ij, lib. vj, et vide quod not. de officio vicarii. c. ij. in gl. ij. eod. lib,

d Meum. ¶ In Sum. huius tit. in princip,

ind. ver. infami. pari ratione & isti, quamuis quidam cardinales cõ trarium tenerent, dicentes, quòd præmissi tunc de causis audie-
a bant auctoritate collegii, & non sua [a]: auditores autem palatij, q vice papæ viuentis causas audiũt: eo mortuo etiam cœptas audi re nõ possunt: cùm non habeant ordinariã iurisdictionẽ, licet ha beãt viuẽte papa ordinariam cognitionem, vt prædixi. arg. ꝯ, ꝙ auditores palatij sint delegati, in Auth. coll. vj. de iudicibus. §. iu-
4 dices itaq;. De hoc ĩ. de sententia. §. vt aũt. ver. cæterũm. † ¶ Item quilibet prælatus per electionem factus, ordinarius est. extr. eod. cum ab ecclesiarũ. & extr. de iud. decernimus. xvj. q. iiij. c. fin. Prætermissis aũt inferiorib. prælatis, episcopus pt de omnibus causis subditorũ ipsorũ prelatorũ cognoscere, ſm papã, vt no. in præ. c.
b cũ ab ecclesiarũ [b]. † ¶ Et hac ratione vr̃, ꝙ archidiaconus non ha
5 bet ordinariã iurisdictionem: quia licentiã episcopi requirit, extra. de off. arch. archidiaconus. vel dic, ꝙ vbi ꝯstituitur ab vniuersitate & episcopo, tũc est ordinarius: nã eius iurisdõ est à lege. ar. lxiij. dist. si in plebibus. secus si ab episcopo tantùm. nam solus prĩ ceps facit ordinariũ. ij. q. vj. §. quòd de arbitris, vel dic secundum
c Vin. [c] quòd delegatus est, & quotidie fit ei commissio & delegatio: sicut & vsusfructus quotidie constituitur nõ aũt proprietas quotidie cõstituitur: sed tantùm eo tempore, quo vendicatur: vt
d ff. de vsufr. accr. l. j. §. fi. [d] ¶ Item officialis episcopi est ordinarius:
e vt no. ext. de app. Romana. in prin. lib. vi. [e] † ¶ Itẽ legatus ordina-
6 riã habet iurisdictionem in prouincia sibi decreta. quod dic vt ſ. ti. proxi. §. superest. versi. quid de sententia, quam fert. Vtrum autẽ morte mandatoris eius potestas expiret, & an possit p collegi um reuocari, not. ſ. ti. prox. §. finitur. † ¶ Patronus autem nõ ha
7 bet ordinariam iurisdict. inter libertos, prout not. secundum pa-
f pam, extr. de arb. dilecti [f].

ADDITIONES.

a Sua. ¶ Vide in clem. de rescri. auditor. & quod ibi no. in j. gl. & de elect. ne Romani. ver. eo. tamen. & quod ibi notatur.

b Ecclesiarum. ¶ Tene quod dixi, eo. ti. pastoralis. super. j. gloss. scilicet, quòd saluo iure speciali consuetudinis, vel priuilegij locus est præuentioni. & vbi ita concurrunt, quòd non apparet quis ꝑ uenerit. ibi vide.

c Secundum Vincen. ¶ In decre. vltim. in princip. de off. archidiac. dicit quasi delegatus.

d §. fin. ¶ In horum verborum expositione satis ibi instat glo. j. Ad intellectum autem facit l. j. ff. quando dies vsufr. leg. cedat. Si enĩ vsusfructus legatur per dies, vel annos: quolibet die, vel anno ꝯstituitur: & si pluribus erat legatus, ita quòd coniunctim cõpetebat ius accrescẽdi: vno etiam qui vsus fuit, perdente, constituitur alteri. quod nõ esset in proprietate, que licet reintegra accrescat coniuncto: tunc tamen solùm cùm habet ius vendicandi. constituitur enim per traditionem.

e Lib. vj. ¶ Hoc dixerat ſ. versi. j.

f Dilecti. ¶ Ibi scripsi in glo. ar. quod.

ADDITIONES NOVAE.

§ In l. ij. ff. de his qui sunt sui vel ali. iu. not. ꝙ sicut priuaẽ domin⁹ dominio serui propter nimiã sæuitiam. ita officialis & iudex repellitur ab officio propter nimiam seueritatem. Bar. in d. l. ii.

§ An laicus possit eẽ assessor in causa spirituali. Io. And. in c. sicut. ne cle. vel mo. dicit quòd sic.

§ In l. iii. ff. de officio asse. Item non debet quis esse iudex vel rector in ciuitate sua, nisi princeps specialiter hoc indulgeat. l. fi. al. i. de sacrile. sed quare hodie fit contrarium? dic ꝙ hoc forte est ex potestate quã habent ciuitates Lombadiæ ex pace Constantia, ex qua possunt eligere sibi rectores & quos volũt, & speciale est in ciuitate Romana, vbi officiales erant de Roma tñ, vt dicta l. iij. Sed nũquid in vna ciuitate ortus, & habens domiciliũ in alia, poterit residere in ea in qua habet domiciliũ. videẽ ꝙ sic: q a tex. dicit, hic ortus &c. sed dic ꝙ non, quia prouinciales prohibẽtur, vt hic: & dic. l. ii. ex quib. caus. ma. & prouinciales dicuntur non tantũ origine, sed etiam domicilio, l. prouinciales. de verb. sign. & l. iii. de diuer. offic. lib. xii. Sed quid in locũ tenente? nunquid oriũdus ciuitatis possit eẽ locũ tenens? videẽ ꝙ non, à simili: pro hoc l. i. §. fin. de priuile. sch. & in hac rõne fundat tex. in l. iii. de offi. magist. mili. sed dic cõtra, quia locũ tenens pt esse de prouincia, licet nõ possit esse iudex. & ratio est in iudice, quia non timet aliquẽ, cùm nõ habeat superiorem nisi principem, sed si locũ tenens delinquat in officio, statim punitur per superiorẽ & hoc ẽt, quia q̃ officialis se absentat, ñ de facili inueniret locũ tenẽtẽ extra ꝓuinciam. ergo de prouincia ꝓcediẽ, ar. l. fi. C. Item locum tenẽs est de legatus, sed delegatus pt eẽ subditus, l. fi. ĩ. tit. prox. & l. fi. C. qui ꝓ sua iurisdictione. fac. l. si quis offi. de ri. nup. & l. si concubi. & l. in quorum: de pigno. Albri. de rosate.

§ In l. super creandis. de iure fisc. lib. x. nota antiquam consuetudinẽ obseruandam in electione officialium, in l. non tantum. §. fi. de decur.

§ Nota ꝙ in famulis & in sumptibus familiæ seruanda ẽ cõsuetudo: & ideo cõducens iudicem, debet intelligi ꝙ sumptib⁹ ꝯducẽtis conducaẽ, & in eundo stando, & redeũdo: q a sic est ꝯsuetudo. fac. l. dñi prædiorum. C. de agric. & cens. & l. exempta. C. loca.

§ An iudex ordinarius possit habere salarium, an delegatus? Item nunquid rector tenetur ex consassessoris? Itẽ nunquid quis compellitur esse consiliarius, vel assessor. Item an sententia lata per rectorem absque consilio in assessoris præsentia valeat? Albri. in l. j. ff. de offi. asse. Item ibi ponit an delegatus à principe possit habere salarium. & in l. diem functo. e. ti. & ĩ. de salariis. not.

¶ Ordinarium iudicem quis constituat.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus quilibet factus per electionem, ex quo habet administrationem, ordinariam iurisdictionem dicitur habere.*
2 *Potestates & rectores prouinciarum, an habeant ordinariam iurisdictionem.*
3 *Episcopus an possit facere ordinarium.*

1 2. §. Constituit † autẽ ordinariũ princeps: vt dixi ſ. in prin. Item lex facit ordinarium. ij. q. vj. §. quod de arbitris. ff. de iurisd. om. iudi. & quia. Item consuetudo. ext. e. duo. ix. q. iij. conquestus. C. de eman. l. j. & fi. ext. de offi. arch. c. fi. Item vniuersitas, non priuatus, & tunc lex dat sibi iurisdictionem. arg. lxiij. dist. si in plebibus. & in auth. de defen. ciui. §. nos igi tur. col. iij. C. de iur. om. iud. priuatorũ. extr. de exces. præl. ad hoc.
2 † ¶ Ex quo patet, quòd quilibet prælatus, qui fit per electionẽ, iurisdictionem ordinariã habet ex quo habet administrationem: vt dixi ſ. § proxi. Præmissa probantur, ff. de iuris. om. iudi. more. & l. & quia. & vide ĩ. de iur. om. iudi. Item ex præmissis patet, potestates & rectores, qui in Italia eliguntur habere iurisdictionem or-
a dinariam [a]. † ¶ Nunquid ergo episcopus potest facere ordinari-
3 um? Videtur quòd sic: quia potest alicui committere vniuersitatem causarum, vt dixi. De hoc not. extr. ne pla. vic. suas, vel iurisdi
b ctionem. c. ij. [b]

ADDITIONES.

a Ordinariam. ¶ Vide ĩ. tit. ij. §. officium. & quod ibi dicã. sed Hoff. ti. ij. repræhendit eos, quòd vsurpant merum imperium. vide qđ dicam ĩ. de iurisdict. om. iud. §. j. versic. infimi. in fi.

b c. ij. ¶ In gloss. ij. & vide quod super ea dixi post Hosti. de hoc etiam xj. q. j. experientiæ.

¶ Iudicis ordinarij officium quod sit.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarij officium est, cuncta diligenter inquirere, & rerum ordinem plena inquisitione discutere.*
2 *Quæstiones incidentes debent per interlocutoriam ordinarij terminari, interlocutoriæque cum expedire visum fuerit, reuocari.*
3 *Ordinarius debet sententias delegatorum principis, si eis iniunctũ fuerit, executioni debitæ demandare.*
4 *Iudex ordinarius debet alienam necessitatem tanquam suam habere, & ius suum vnicuique tribuere.*
5 *Scelera inquirere, delinquentesque canonicè punire, iudicis est & ordinarij.*

1 3. §. Officium ordinarii & cuiuslibet iudicis, est latissimum: vt dicã ĩ. de offi. iud. † debet enim cuncta diligẽter inquirere, & rerum ordinem plena inquisitione discutere: vt xxx. q. v. iudicantem. Item tutum locum partibus assignare. ij. q ij. c. vlt. extr. de appell. ex parte, id est, timorem à testibus, & à partibus remouere. iij. q. ix. hortamur. extra. de sponsa. cũ locum. Dilationes, prout expedire viderit, moderari. extra. de ap. cum sit Romana. ff. de re iudi. l. ij. ff. de iudi. l. nonnunquam. v. q. iij.
a si ægrotans. † ¶ Item incidentes [a] quæstiones per suam interlocu
2 toriam terminare: & interlocutorias, cum expedire viderit, reuocare. extra. de ord. cog. c. j. ff. de re iudi. quod iussit. extra. de app. cũ cessante. de accu. qualiter. ĩ. de re iudi. ad Apostolicæ. lib. vj. Item
b negotia sententialiter diffinire, & suas sententias [b] & suorum de-
3 legatorum. † ¶ Item sententias delegatorum principis, si eis iniunctum fuerit, executioni debitæ demandare. extra. de officio delegat. quærenti. & cap. pastoralis. & cap. si quando. Item curam subditorum habere. viij. q. j. qui episcopatum. Item singulos iu-
4 uare, & cunctis velle prodesse. viij. q. j. clemens. † ¶ Item alienam necessi

ADDITIONES.

a Incidentes. ¶ Cautius dixisset, emergentes per ea quæ no. de ord. cogn. cap. i.

b Sententias. ¶ Quæ superius dicta sunt, conueniunt etiã delegatis.

necessitatem, suam existimare. lxxxvi. dist. fratrem. Item ius suum vnicuique tribuere. xii. q. ii. cũ notissimam. C. de appel. eos qui re spon. i. & sine delectu psonarũ. extra. de iud. nouit. prope fin. extr. de stat. mo. c. fin. in princi. †¶Item delinquentes canonice punire. extra. eo. c. i. & c. irrefragabilis. §. fi. de vit. & honest. cler. vt clericorum. §. pen. Item scelera inquirere, & ea inuenta punire. extra

5 eo. c. i.ᵃ Item gratis, & sine expensis ius reddere. extra. de vit. & ho ne. cle. cùm ab omni. Item in correctionib. & pœnis misericordi

a am adhibereᵇ. xlv. dist. omnis. & c. licet. extra. de purg. ca. inter. Itē

b spectant ad eumᶜ; quæ sunt de lege diœcesana, & iurisdictionis:

c quod dic, vt extrà, eodem. dilectus filius. & x. quæstione j. in sum.

ADDITIONES.

a c. i. ¶Et si est episcopus, hoc potest in quolibet loco suæ diœcesis non exempto. eod. tit. cùm episcopus, lib. vi.

b Adhibere. ¶De qua satis s. tit. proxi. in fin.

c Ad eum. ¶Sup. episcopum, nõ generaliter ad omnem ordinariũ.

SMMARIVM.

1 *Ordinarius esse quis possit, & cui prohibeatur?*

2 *Consentiens in iudicem non suum, an possit ante litis contestationem resilire?*

3 *Exceptio de impotentia iuris vel facti, an contra ordinarium admittatur?*

4. §. Potest autem esse ordinarius, quicunq; non prohibetur. Qui autem prohibeatur, & de excep-

a tionibus contra eum competentibus, dixi s. tit. proxiᵃ. §. recusari, in omnibus casib. eiusdem §. & in multis qui sunt in §. ibidē sequē

2 ti. †¶Quid si consensi in iudicem non meum, nunquid possum ante litem contestatam resilire? Respon. sic, secundũ Io. & H. ff. so lu. mat. si cùm dotem. §. eod. tempore. sed post non, secundũ Gof fre. ff. de iur. omn. iudi. si conuenerit, secundũ Bar. quæstio est ve

b nerealisᵇ: & videtur expedita. ext. de foro competen. significasti. Et de hoc dic vt j. de compe. iud. adi. §. j. versi. xxvij. & sequen. ver

3 sic. x. & sequen. †¶Quæritur, an exceptiones de impotentia iuris vel facti contra ordinarium admittantur? Respon. non: quandiu in dignitate toleratur: vt extra. de coha. cle. & mu. vestra, & s. tit. j. § fin. ver. item quòd est criminosus, Nisi exciperetur de excõmunicatione, in qua est speciale. extra. de offi. deleg. cum super. & de elec. nihil est, Sed ɔtra delegatũ locũ habent: vt extra. de rescrip.

c scisicitatus.ᶜ

ADDITIONES.

a Proxi. ¶Col. j. & sic j. versic. vltimo. et probant hæc quę scripsi s. tit. proxi. in princip.

b Venerealis. ¶lxv. & de hoc de iudi. c. i. super gl. sed nónne.

c Scisitatus. ¶Et vide quod ibi scripsi super gl. ij. & de accus. qualiter, ij. super j. gloss.

a ¶De Auditore. ᵃRubrica.

SVMMARIVM.

1 *Auditor quis dicatur, & quam cognitionem habeat, & quomodo possit eligi, vel recusari.*

2 *Apellari non debet ab auditore, nisi modum, vel mandati fines excedat.*

3 *Auditores in curia Romana dicuntur, qui aliorum vice causas examinant, nullam diffiniendi potestatem habentes.*

4 *Officium auditoris est exequi quod mandatur.*

5 *Exceptio contra auditores, quæ fieri possit, & quomodo.*

1 AVDITOR †est is, cui ab aliquo iudice aliquid demedijs causæ committitur: puta aliquis certus articulus audiendus, vel examinandus: vt dixi s. de iud. dele. §. sequitur. ibi etiam no. an habeat cognitionem quis: ne

2 valeat recusari, de partium deputandus est assensu. †Nec ab eo appellatur, nisi modum, vel fines mandati excedat: vel nisi meritò sit suspectus. extra. de offi. del. super questionum. §. verum. & §.

3 seq. in fi. ij. q. vj. à iudicibus. †¶In curia autem Romana auditores dicuntur, qui aliorum vice causas examinant: sed sine illorum mã dato potestatem diffiniendi non habēt: vnde & generales auditores palatij domini papæ vice & loco ipsius domini, causas exami-

b minant & audiunt, & postea eidem domino referuntᵇ: vt secundum eius imperium, & beneplacitum sententias eius auctoritate promulgent, & causas decidant, ad instar Moysi: vt extra. de re iudi. cum æterni. & dixi s. de iudi. delegat. §. ij. ver. item non ob. Ab eorum tamen sententiis appellatur. extr. de appel. c. cum causam. Vtrum autem sint ordinarij, dixi s. ti. prox. §. j. Item, quæ de assesso

4 ribus j. in ti. proxi. dicentur, hic repetita esse intelligantur: †¶Officium autem auditoris est, exequi quod mandatur, ext. de re iud.

c c. Bertoldᶜ. extra. de offi. dele. super quæstionumᶜ. †¶Excipitur

5 contra auditorem, ꝙ grauet alterã partē, vel ꝙ mandati fines excedit, vel ꝙ est meritò suspectᵒ: vt s. sed fidatus sit de partiũ cõsen

d su, non potest, nisi in prædictis casib. recusariᵈ. Potest etiam excipi contra auditorem de his, quæ contra iudicem, vel arbitrũ excipi possint, secundum Gof.

ADDITIONES.

a Tancred. hanc rubricam cum sequen. coniunxit, tractando de assessore & auditore.

b Referunt. ¶Quomodo aũt isti citãt in audientia, & de consue. j. duas dietas extr. curiam & citationum formas, vide j. de citatio. §. vlt. in prin.

c Quæstionum. ¶Vide quod ibi scripsi super ver. articulum.

d Recusari. ¶Impropriè loquitur: quia cùm grauat, vel modum excedit, locus est appellationi.

¶De ordinario Iudice, & de Auditore. Bald.

COMITES & barones habentes territoria. Item episcopi & eorum officiales. Item mareschalcus & camerarius domini papæ, vicecancellarius, auditor cameræ, & auditor ɔtradictarum, & generales auditores sacri palatij, habent in cognoscendo iurisdictionē ordinariã, non in decidendo: & post obitũ domini papæ camerarius, mareschalcus & auditor cameræ, possũt suam iurisdõnē exercere: secus in auditorib. palatij, qui vice domini papæ causas audiunt. G. vide quod no. in simili. ff. de acquir. poss. l. j. §. veteres. in gl. ordin. Nota, quòd vicarius mortuo domino etiam inchoatas causas non potest perficere, in §. i. in titulo. de auditore. G. delegatio quotidie fit, & ideo semper res est integra. ff. de vsufr. accresc. l. j. in fi. secũdum Vincen. versi. prætermissis. G. Et ista ratio est subtilis, tamen non est vera: quia sequeretur, quòd morte delegantis etiam re nõ integra finiretur, quod est falsum. Bal. Potestates habent ordinariam iurisdictionem. §. ɔstat. & no. in Auth. de defen. ciui. §. non habente. vnde possunt causas delegare, & vicarios constituere: vt not. C. de sen. ex breui. reci. l. fin. in gloss. per seq. Exceptio. de impotentia iuris & facti, non potest opponi contra ordinarium, quandiu non remouetur. in §. fina. versic. quæritur. vide s. ti. j. §. pe. cõtra auditorem possunt opponi exceptiones, quę possunt opponi iudici & arbitro. in tit. de auditore. G.

¶De Assessore. ᵃRubrica.

AD huius materiæ notitiam videndum est, Quis sit assessor, Quis eum debet eligere, Qualis esse debet, Quod sit eius officium, An possit recipere salarium,

b Et de pœna assessoris delinquentis.ᵇ

ADDITIONES.

a Tancred. posuit hanc rubricã præcedenti cõiunctã, & est quarta. ¶Ioan. de Deo ponit hũc tractatũ in Cauil. lib. vj. in iii. rub. & in lib. iudi. in rub. vlti. primæ partis. ¶Aegidius rub. lx. & lxvj. & lxvij. tractat de assessorib. & consiliariis. ¶Gul. Angl. ponit rub. de assessoribus & officio, præmiis & pœnis eorum.

b Delinquētis. ¶Ad literã sic posuit Tan. in suo ordine iudiciario.

¶Assessor quis sit.

SVMMARIVM.

1 *Assessor alio nomine dicitur consiliarius.*

a 1. §. Assessor est isᵃ, quē ille, qui iudicandi potestatem habet, sibi associat, vt sibi in causæ cognitione assideat vel assistat, & eum ad rectè decidendum causam

1 instruat: vt C. de asses. l. j. † Is autem aliter vocatur consiliarius: vt j. de consi. re quisi.

ADDITIO.

a Est is. ¶Secundum Azo. in Sum. huius tit. C. & eius fuit officium. parte j. & §. pen. Item vltimus parte prima.

¶Assessorem eligere quis debet.

SVMMARIVM.

1 *Eligi debet assessor de partium consensu, ne qua partium eum postmodum valeat recusare, & ne sub suspecto iudice litigare cogantur.*

2 *Iudex partibus non concordantibus eligere potest assessorem, prout viderit expedire.*

3 *Iudicium redditur in inuitum.*

2. §. Eligitur autem à iudice, vt patet s. in descrl. verumtamen consuetudo tenet in plerisq; locis,

1 & congruit rationi & iuri: & tutius est vt †assensu partium eligatur. xiij. q. v. nõ sanè, ne qua partium eum postmodum valeat recusare, & ne sub suspecto iudice litigare cogantur: vt in præ. l. j. & argumentum extrà, de officio delegati. super quæstionum. §. ve-

a rum. & §. sequent. ij. quæstione. vi. placuit. xj. quæstione. j. cap. iij.ᵃ Ex quo

ADDITIO.

a c. iij. ¶Hoc patet de rescrip. statutum. §. assessorem. lib. vi.

Ex quo enim semel electus est, non potest nisi ex causa improba-
ri. C. de assess. nemo. & licet. 32. q. v. horrendus. ff. de mu. & hono.
2 l. honor. §. fi. viij. q. ii. dilectissimi. †¶Si verò nõ concordauerint
partes, iudex eligat, prout viderit expedire. arg. extr. de app. cum
3 speciali. etiam inuitis eis: quia † iudicium redditur in inuitum. ff.
de verbo. oblig. inter stipulantem. & in hoc concor. Ber. & Goff.
a in c. super quæstio.ᵃ Innocen. papa IIII. dicit, quòd iudex tantum
eum debet eligere, qui de eius facto tenetur. vt C. de asses. l. j. & l.
nullus iudicum. & hoc apud nos seruatur.

ADDITIO.

a Quæstionũ. ¶Ibi Ber. in §. verũ. in gl. & ideo. & vide super ea di-
ctum Innocen. quod sequitur.

¶ Assessor qualis esse debeat.

SVMMARIVM.

1 *Appellari potest, vbi assessor grauat partem.*
2 *Excommunicatus non potest esse assessor.*
3 *Clericus potest esse assessor, etiam in curia ciuili, quia assessoris officium non est publicum.*

3. §. Debet autem esse integri status & famæ, non turpi-
tudine notatus, vel infamis. ff. de offi. asses. l. ij.
C. de dign. neq;. lib. xij. non suspectus alteri partium. Si enim esset,
recusari posset: cùm participet iurisdictionem iudicantis. ff. de of.
fic. asses. l. j. extra. de offi. deleg. super quæstio. §. verum. & §. seque.
1 †¶Item si grauat partem, potest ab eo appellari, extra. de priuil.
2 ex parte. licet ibi in iudicibus loquatur. †Excommunicatus autẽ
non potest esse assessor, sicut neque iudex, propter communio-
nis periculum: multa etiam alia possunt contra eum excipi, quæ
3 collige s. in rub. de iudi. deleg. §. fin. †¶Sed nunquid clericus po-
a test esse assessor in curia ᵃciuili? Videt quòd sic: quia assessoris of-
ficium non est publicum: vt C. de asses. l. iiij. Publica enim officia
sunt clericis interdicta: vt C. de epis. & cleri. placet. Dic contrà, se
cundum Vber. nam oportet eum sæpe interesse in consiliis cau-
sarum sanguinis, quod est prohibitum: vt extr. ne cle. vel mo. sen
tentiam. per quam hæc quæstio expeditur.

ADDITIO.

a In curia. ¶Non dicit in causa ciuili.

¶ Assessoris officium quod sit.

SVMMARIVM.

1 *Assessor nullam habet iurisdictionem.*
2 *Iudex volens pronunciare, deliberat seu confert cum assessore.*

4. §. Officium eius constat in examinatione causæ, vt
patet s. in diffinitione, puta in postula-
tionibus, vt videlicet admittat aduocatum, qui de iure postulare
põt: infamem autẽ & indignum repellat. Item in interrogationi-
bus, in libellis, scilicet conuentionalib. recipiendis, si bene cõcep
ti sunt: vel respõdẽdis. & dilaniãdis, si inptè, vel super re illicita con
cipiãtur. ff. de offi. asses. l. j. extr. de excep. exceptionem. ff. de offic.
procon. nec quicquam. §. obseruare. ff. de postu. quos prohibet.
extr. de libel. obla. c. j. ij. & iij. q. vij. c. infamis: §. tria. xj. q. j. sacerdoti
bus. ibi, libellos, quos acceperat, incẽdit, &c. ff. de accu. libel. q̃ est.
ij. q. viij. Itẽ in edictis proponẽdis, & in epistolis dictãdis, q̃ superi
ori mittuntur: vel relationib. pro dubiis, vel ꝓ pœnis inferẽdis,
& citationib. faciẽdis, ff. de offic. asses. l. j. C. eo. l. fin. xxxiij. q. iij. quæ
a situm. & c. illud. ij. q. vj. si quis in insulã ᵃ. Itẽ in decretis formandis
super rebus minorũ alienandis, & super transactionibus alimen-
1 torum. ff. eod. l. j. C. eod. l. ij. † ¶Item nota, quòd assessor nullam
habet iurisdictionem. C. eodem. l. ij. Quid est ergo de assessoribus
potestatum in Italia. qui iudicant, & alij faciunt? Dic ꝙ potestas
debet conuocare vniuersitatem, & facere ꝙ illa det iudicandi po
testatem illi assessori. Quòd autẽ vniuersitas det iurisdictionem,
b dixi s. de iu. ordi. §. j. & ij. ᵇ ¶Qualiter autem iudex † volens pro-
2 nunciare deliberabit seu conferet cum assessore: dic vt j. de con-
sil. requisitio. in prin.

ADDITIONES.

a Insulam. ¶Ver. est sub l. biduum.
b Et ij. Ibi dixit in fine. ꝙ potestates habent ordinariam: de istis asses
soribus & eorum, quos Odofr. & vulgares vocãt iudices, quære-
bat ipse Odofr. an sint ordinarii? & tenet quòd sic, si sunt electi à
populo, per leges ibi allegatas. Sed si dantur, à potestate dicit eos
delegatos. allegat C. de iudi. à iudice. C. q. ꝓ sua iurisdi. l. j. ff. de off.
asses. diẽ functo. & vide q̃d no. eo. tit. l. j. in vlt. glo. de offi. dele. su-
per quæstionũ, §. porro & dato, quòd statutũ ciuitatis dicat quòd
potestas secum teneatur ducere duos iudices, non putat eos per
hoc ordinarios. dat ergo cõsiliũ q̃d ponit iste ver. vel vt dicit po-
testas in publica arenga cõsentire populo, ipsos eligat in ordina-
rios. hodie communiter statuta ciuitatum dant eis ordinariam.

¶ Assessor an possit recipere salarium.

SVMMARIVM.

1 *Iudex habens assessorem, quo casu possit salarium exigere.*
2 *Assessor importunus in exigendo salariũ, debet per iudicem refrænari, & eius salarium moderari.*
3 *Assessores vel consiliarij duo assumpti, vt de illorũ consilio pronuncietur, si ad inuicem discordant, & tertius assumitur: vnde iste salarium habebit.*
4 *Alter litigantium postulans à iudice consilium peritorum, an solus teneatur de salario, aut etiam pars altera.*
5 *Iudex potest leuiare expensas factas in consiliarijs.*

5. §. Salarium autem dicunt quidam quod secundum
canones recipere à partibus nõ potest: si-
cut nec iudex, extr. de vit. & honest. cle. cum ab omni. Tu dic cõ-
a trà: vt ff. eo. tit. diẽ functo. & xj. q. iij. non licet. in fi. ᵃVnde licet de
legatus moriatur, prius quã quæstio terminetur: nihilominus ta-
men assessores sua salaria habebunt: vt in præ. l. diẽ functo. & arg.
ff. loca. qui operas. quia non cogitur quis suis stipendiis militare:
nec de suo inuitus beneficium facere. extr. de præscri. cùm ex of-
ficij. xij. q. j. vbicunque. §. quia ergo. extr. de simo. cùm sit Roma-
na. x. q. ij. precariæ. xij. quę. ij. charitatẽ. Et hoc est q̃d dicit lex, quia
assessores spe præmiorum atque honorificentia debita, non me-
tu terribili sunt prouocandi. C. de asses. l. j. nec prę. decreta. facit in
contrarium imò probat quod dixi, dum dicit, in fraudem, &c. er-
go si non proponatur in fraudem, possunt aliquid petere nomi-
ne assessorum. Hoc tamen sanè intellige, quòd si iudex delega-
tus est peritus, nihil debet petere nomine assessorum: quia debet
occurrere laboribus partium & expensis. extra. de offic. delegat.
cum te consulente. & de appel. vt debitus. & de do. & contum. fi-
nem. Si verò non est multum peritus, potest assessorem habere,
ne sibi imprudentia imputetur, & ex ea puniatur. quod fieri po-
test: quia tenetur ex quasi maleficio, in quantum bonum, & æ-
quum visum fuerit iudici. Institut. de oblig. quæ ex quasi delict.
nasc. in prin. ff. de var. & extraord. cog. l. fi. arg. extra. de sent. & re
iud. cũ æterni. §. si quis. ibi: cõtra cõscientiã, &c. q̃d dic vt j. in titu.
de requisi. consi. & pro eis potest salarium exigere: dum tamẽ nil
b in fraudẽ fiat: vt in præalleg. c. cùm ab omni ᵇ. †¶Sed nũquid or-
1 dinarius potest habere assessorem in præmisso casu, & pro eo sala
riũ exigere? Nõ videtur, cũ debeat habere cõsciẽtiã discernendi.
xx. q. ii. c. j. extr. de consan. & affi. c. j. & de pœ. dist. vi. c. j. vers. fi. arg.
contrà. extr. de consuet. ad nostram. & ij. qu. j Deus omnipotens.
c prope fi. ᶜItẽ si post cõclusionem partes ante sententiam compo
nant nihilominus habebit suũ salarium: vt no. j. tit. de salar. §. j. in
fi. Si quid aũt assessor lucratur ex officio, si est filiusfamil. erit illud
quasi castrense. C. de of. asses. l. velut. Nec illud, quòd lucratur, sub
2 iicitur oneri indictionis, seu executionis. C. e. non parũ. †¶Hoc
aũt no. ꝙ si assessor importun⁹ est in exactione immoderati sala-
rij, ꝑ iudicẽ debet ei⁹ refrænari importunitas, & salariũ moderari
d vt j. de sala. §. nũc d ꝓcu. ver. fi. ᵈSed nec iudices sibi dẽnt assessorũ
salariũ retinere: licet plerũq; cõtrà faciãt. & secundũ hoc põt in-
e telligi præal. c. cũ ab omni ᵉ. †Quid si duob. assessorib. vel cõsilia-
3 riis assumptis: vt de illorũ cõsilio pronũcietur adinuicẽ discordã
tibus. terti⁹ assumitur: vnde habebit iste salariũ? Dic ꝙ illi debent
salariũ suũ participare, ne de suo dolo cõmodũ reportent: q̃d fie-
ret, si eis fingẽtib. se cõcordare nõ posse ad hoc, vt tertius in eorũ
exoneratiõnẽ assumatur, vt sæpe fit: alias partes illi soluere tene-
rẽrur, & huic fraudi iudex obuiet: prout habes j. de requisi. consi.
4 in prin. †¶Quid si alter litigatorũ dicit iudici: Domine cõsulatis
peritos super isto articulo: nunquid alius tenetur soluere par-
tẽ ei⁹ q̃d datur illis peritis pro cõsilio: arg. ꝙ sic. ff. finiũ regũd. sed
& loci. §. j. ibi. sed & si mẽsor ab altero, &c. arg. cõtrà. ff. de edend.
prętor. in fi. Super hoc dici põt, ꝙ aut peto aliquid, q̃d mihi soli ꝑ
futurũ est: & sic obtinet prę. l. ꝑtor. Aut peto. q̃d & mihi & aduer-
sario

ADDITIONES.

a In fin. ¶Et patet hoc in prædi. §. assessorem.
b Omni. ¶Terminatũ est in præ. §. assessorẽ. & hoc relinquitur ꝯ-
sciẽtiæ suæ: & sic non potest sibi quæstio referri, quòd nõ indige
at, vt ibi not.
c Prope fi. ¶Vide quod dixi in dec. cùm ab omni. super gl. assessor.
d Ver. fi. ¶Hoc patet in præ. §. assessorem.
e Omni. ¶Cõtra istos est ꝓuisum: q̃a tenẽtur ad restitutionẽ: nec
iuuat eos remissio: vt in præ. §. assessor. & §. se. & §. si quid.

sario ꝓfuturũ sit: & sic obtinet ꝑdicta lex, sed & loci. Ad hoc facit C. de reb. cred. l. pen. §. expẽsis. & 4. q. 3. c. placuit. §. itẽ in criminali. & c. seq. ver. venturis. Sed nec debet iudex vnã partẽ in solutione huius salarij grauare, & alterã alleuiare, prout sæpe fit, quia in iudiciis æqualitas est seruanda: & in hoc debet actoris & rei ęqua esse cõditio: vt extr. de mut. peti. c. ij. de iudi. nouit. §. sed forsan. &
a §. seq. nec debet iudiciũ claudicare. extr. de except. cũ inter[a]. † Iu-
5 dex quoque bene põt leuiare expensas factas in consiliariis: vt xiiij. qu. v. non sane, & in mittendo ad diuersa loca pro consilio requirendo.

ADDITIO.

a Cum inter. ¶ Hoc patet in præ. §. assessorem. in fin.

¶ Pœna Assessoris delinquentis quæ sit.

SVMMARIVM.

1 *Consiliarius interdum plus punitur, quàm faciens.*
2 *Suadere plus est, quàm compellere: & obligatur quis ex consilio fraudulento.*
3 *Fungi officio diuersarum personarum in vna eademque causa nemo potest.*
4 *Festinans ad vtrumque neutrum bene peragit.*
5 *Sententia illius, qui primò fuit aduocatus, sed postea factus assessor, an valeat.*

6. §. Pœna assessoris alicuius ciuitatis in suo officio delinquentis est, vt deposito officio quinquaginta diebus remaneat responsurus de se conquerẽtibus, & malè ablata in quadruplum restituat: quæ inter spoliatum & fiscũ æqualiter diuidẽtur. C. de asses. l. cõsiliarios. & l. post depositũ. C. ad leg. Iul. repet. l. j. & j. qu. j. iubemus. & l. in eum. & l. seq. 18. dist. quoni-
a am. Item punietur sicut iudex. ff. quod quisque iur. hoc edicto.[a]
1 † ¶ Item interdum plus punitur consiliarius quàm faciens. 86.
2 di, tãta, in fi. 11. q. 3. qui consentit. ¶ Et † plus est suadere[b], quam
b compellere. ff. de ser. corrup. l. j. §. suadere. & obligatur quis ex cõsilio fraudulento, ff. de reg. iur. consilij non fraudulenti. extra. de
c renun. sane. & c. lectæ[c]. ¶ VLTIMO nota, quòd † nemo in vna
3 eademq; causa diuersarum personarũ officio fungi potest. 4. q. 4. c. j. & ij. & extra. de insti. c. fi. Vnde non põt quis vti officio asses-
4 soris, & aduocati, & iudicis. C. de asses. l. fi. quia † qui ad vtrũque festinat, neutrum bene peragit: vt ibidem. & xvj. q. j. presbyteros. extr. de cler. non resi. quia nonnulli. x. q. iij. vnio. Nec potest quis in duobus collegiis esse, nec in duabus ecclesiis intitulari: vt s. de
d off. leg. §. videndum. ver. illud autem[d]. † Sed quid si is, qui primò
5 fuit aduocatus, factus est in eadẽ causa assessor: nunquid valet sententia per eũ lata? Videtur ꝙ sic: licet eam ferre nõ debuerit. arg. in Auth. de restitut. & ea quæ par. in 11. mens. §. fi. Vel dic ꝙ non tenet: debuit enim eã demandare. ff. de iuris. omn. iud. prætor. secundum Vber.

ADDITIONES.

a Edicto. ¶ Vide ij. q. vj. hoc etiam placuit. & quod ibi no. in vlt. gl. vide etiã qđ no. ff. eo. l. 4. in vlt. gl. de præside remoto ante tẽpus pp culpam assessoris, sed si propter imperitiam, videtur imputandum ei, qui talem eligit. de hoc no. ff. de rei vend. l. vtiq;. in vlt. gl. Adde, ꝙ id, quod factũ fuit à potestate, videtur fieri de cõsilio assessoris, in l. qm̃ iudices. C. de appell. vbi Bal. dicit per illum tex ꝙ quando potestas facit iniustitiam, assessores & assistentes debent puniri: nisi protestẽtur, & ei ꝓdicant apud acta. Quod est mẽti tenendum, sm̃ eum ibi facit glo. in l. diem functo. in verbo. in eo. ff. de offi. asses. quæ dicit, ꝙ magistratus, qui remouetur, præsumitur remotus pp culpam assessoris. & ideo Paul. de Cast. ibi dat cautelã, quòd quando potestas facit aliquid iniustũ, qđ assessores ꝓtestentur se non consentire. Hen. Ferran.
b Suadere. ¶ Quia se habeat ad bonum & ad malum.
c Lectæ. ¶ De hoc de reg. iur. nullus ex consilio. lib. vj.
d Autem. ¶ Ibi ante fi. allegat concordantias, & alia similia contra duplicitatem.

¶ Bald. De Assessore.

Magistratus tenetur de facto assessoris, quẽ ipse elegit. in §. j. G. ciuiliter, non criminaliter. ff. de offi. procon. obseruare. §. ꝓficisci. vbi de hoc in fi. ff. qđ quisq; iur. l. ij. ¶ Assessor nõ debet recipere ineptũ libellum, in §. officium. non ꝙ super hoc habeat iurisdictionẽ, nisi per statutũ, vel consilium ciuitatis detur iurisdõ assessoribus: vt quotidie fit in assessorib⁹ potestatũ Italiæ, vers. pe. G. nec pt ꝓnũciare libellũ aptum: licet vtraq; sit interlocutoria, siue ꝓnunciẽt libellus aptus, siue ineptus. ff. qđ met. cã. l. metum. §. si ex facto suo. vbi de his est tex. not. Bald. ¶ Dictio, nulla excusatione obstante, ꝓcisam ꝯpulsionẽ inducit. C. de excus. tut. l. libertos. vbi de hoc not. Bald. vide j. de sala. §. fin.

¶ De Arbitro & Arbitratore. [a] Rubrica.



DICTVM est s. de Iudicibus. & quia arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum. ff. de arb. l. j. ideo ꝯsequẽter de Arbitris differemus, ostendentes, Quid sit arbiter, Quis possit esse arbiter, Sup quibus, & à quibus possit eligi, In quibus differat à iudicibus, Et qualiter arbitriũ finiatur, Et de exceptionib. cõtra arbitriũ seu arbitrũ, De forma compromis-
b si arbitrij. Vltimò quædã notabilia & q̃stiões aliquas inseremus[b].

ADDITIONES.

a Legistæ habẽt rubricas. C. & ff. de recep. & sic dicũtur, qa recipiũtur à partibus. & vide sup rub. ff. eo. et per Azo. in Sum. eod. tit. in prin. Materiã ponit Tãcred. sub iij. Rubr. Vber. de bo. charta mihi iij. vbi de sẽtẽtia arbitri. & charta. 12. vbi de arbitris. ¶ Vber. đ Bona cur. in rub. vlt. Io. de Deo Cauil. lib. 3. et vj. post prin. & lib. j. iu. Rub. pen. ¶ Bonagui. solùm posuit formã libelli ꝯ nõ seruãtẽ arbitriũ. ¶ Aegi. Rub. 123. & pri⁹. Rub. 24. & seq. tractauit de arbitris sup recus. iudicis. ¶ Alber. Galli. posuit rubricã. ¶ Guil. Angl. post ru. de of. or. posuit rub. de arbitro, & ei⁹ officio. ¶ Nepos de Mõtealb. posuit rubricã ꝯ arbitros & ꝯpromissũ. ¶ Guido đ Suz. in char. vlt. post generalem Rub. posuit tres rubricellas.
b Inserem⁹. ¶ Præmitto, ꝙ Vbert⁹ aliqua de infrà scriptis notauit ĩ suo lib. char. pen. ver. sed si sub arbitro. & charta 3. vbi de sentẽtia arbitri, q̃ Ioan. de Deo posuit in Cauil. lib. iij. in rub. de excep. contra arbitrium. & lib. vj. sub rub. de arbitr.

¶ Arbiter quid sit, & eius sententiæ quomodo stetur.

SVMMARIVM.

1 *Differentia inter arbitrium & compromissum.*
2 *Arbiter & arbitrator in quo differant.*
3 *Arbitrator est amicabilis compositor electus, vt pacificet, non vt cognoscat.*
4 *Iudex loci dici potest ille vir bonus, dũ dicitur, quòd stetur boni viri arbitrio.*
5 *Anno lapso à tẽpore, quo cœpi agere, vt arbitrium reduceretur ad arbitrium boni viri, an opponens audietur non vlterius agendo.*
6 *Arbiter ferens iniquam sententiam, an facit litem suam, sicut iudex.*
7 *Assumitur quis arbitrator in re propria, non autem arbiter.*
8 *Arbitrium & arbitratus quomodo conueniunt.*

1. §. Arbiter est, q de partiũ consensu eligitur, & in eum
a sub pœnæ stipulatione cõpromittitur[a]. 2. qu. vj. à iudicib. & §. seq. Nõ enim statur sententiæ eius, nisi metu pœnæ vel sine pignoris datione, vel alicuius loco pœnę. ff. eod. l. nõ distinguemus. §. j. C. eo. l. j. ff. eo. litigatores. §. j. & l. non cogen
b dum[b]. extr. eo. dilecti. & dicam j. eod. §. excipitur. vel metu iuramenti, quod potest interuenire secundum canones, extra. eod. c. ij. & c. per tuas. xxij. q. j. omne. quod licet secus sit secundum le-
c ges. C. eo. Auth. decernimus. in Auth. de iudi. §. quia verò. col. vj.[c] non tamen vitiatur, licet iuratum sit, dum tamen pœna intercesserit, vt ibi: sed & licet præmissa non interuenerint, tamen statur ei in duob. casibus, s. si partes subscripserint sentẽtiæ, vel si decem dieb. post latũ arbitriũ tacẽtes, eã homologauerint. C. e. cum an-
1 tea. † ¶ Est autẽ differentia secundũ quosdã[d] inter arbitriũ & cõ-
d promissum. Nã arbitriũ est qđ fit sine pœna, est tamen pignorib. vel iureiurãdo vallatũ. C. eo. l. ne in arbitris. Cõpromissũ est, qđ fit cũ pœna. C. de iud. rẽ nõ nouã. §. j. C. vbi & apud quos in interest. post l. fi. Sed mihi nõ placet hæc differentia: vt C. eo. l. pen. in prin. & ff. eo. l. diẽ. in fi. Quid aũt sit arbitriũ, dic vt in Sũ. dñi mei,
e eo. ti. in prin.[e] † ¶ Est etiã differẽtia inter arbitrũ & arbitratorem.
2 Nã arbiter est, quẽ partes eligunt ad cognoscẽdũ de quæstione, vel lite: & sic sumitur super re litigiosa & incerta, vt de ea cognoscat: vt extr. eo. quasi per totum. & debet iuris ordinem seruare. ff. eo. l. j. vbi de hoc. & fit semper cum pœnè stipulatione. ff. eod. l. li-
f tigatores. §. j. & l. non cogendum[f]. & statur eius sententiæ, siue æqua sit, siue iniqua. ij. q. vj. c. à iudicibus. §. quod de arbitris. ff. eo. l. diem

ADDITIONES.

a Compromittitur. ¶ Quõ diuersimodè sumitur nomen arbitri scripsi de off. de leg. ab arbitris. in prin. lib. vj.
b Cogẽdũ. ¶ Aliàs est §. & ĩcipit, idem Iul. & sic allegatur pluries j.
c Col. vi. ¶ Vide quod dixi eo. tit. c. fi. super 3. gl.
d Quosdã. ¶ Ineptè loquentes: cùm arbitriũ sit sententia, vel laudũ ꝯpromissum est cõuentio partiũ: vnde primum transit ad hæredes. ff. eo. q̃uis. secundum non: nisi id fuerit actum. eo. tit. c. vlti. qa multũ sic vsitatur, dicitur arbitriũ arbitrandi potestas. & sic sumitur s. in v. membro.
e In prin. ¶ Et per me post Inno. in c. Quintauallis. de iureiur. in gl. magna. ver. notanda est.
f Cogendum. ¶ Aliàs est sub §. idem Iul. vt s. dixi.

a l.diem.§.stari.nec ab eo appellatur:vt dicam ĩ.§.differt [a].nec ad ar
3 bitriũ boni viri reducitur, secundũ quosdam.† ¶Arbitrator vero est amicabilis cõpositor, nec sumitur super re litigiosa, vel vt cognoscat:sed vt pacificet,& quod certum est,diuidat:vt in societate,quam certum est fuisse cõtractam. Sed eligitur,vt det cuilibet certã suam partẽ,quæ ipsum ex societate contingit:vt ff. pro socio.l.si societatem.ij.§.arbitratorum. & hoc non dicitur arbitri
b um [b].ff.de arbit.l.si de meis. §.recepisse. Nec tenetur iuris ordinẽ obseruare:nec statur eius sententiæ,si sit iniqua, sed reducitur ad
c arbitrium boni viri [c]:vt in præ.l.si societatẽ.§.arbitrorum.extr.de iureiur.Quintauallis.& c.veniẽs.& ff.pro so. vnde si Neruæ.& ff. de oper. li.l. si libertus.ita vt ad superiorem recursus habeatur.ff. eo.l.pe.extr.eo.c.ij.Dixerunt etiam Iacobus de Alb.& B.ꝙ si sentẽtia arbitri sit iniusta,vel iniqua, reuocať superioris auctoritate, sicut & sententia arbitratoris.Nec in hoc est differentia inter eos extr.eo.exposita.& c.j.ij.& iij.licet enim sẽtẽtiæ eius inique stetur:non tamen iniustæ,videlicet contra ius latę,secundum domi
d num meum [d],in Auth.col. viij. in me. litis non fieri sacras iussio. §.& hoc dicim⁹.extr.de confir.vti.vel inuti. vel examinata: vel si lata sit contra aliam sententiam,à qua non extitit appellatum:vt
e in præ.c.exposita [e].extr.de re iud. inter monasterium. & c.seq.C. de transact.si causa.ff.eo.l.si post rem.de hoc ĩ. §.fi.versi.sed nunquid peti. & seq.
4 † ¶Sed quis erit ille bonus vir.cuius arbitrium est sequendum,vt prædixi?Respon.iudex loci.ff.de verb.obligat.
f continuus.§.cùm ita [f].Sed pone,ꝙ cõpromittẽs promisit & iurauit stare mandato arbitri?Respõ.adhuc ad arbitriũ boni viri reducitur, quasi hæc conditio insit, scilicet si æquè fuerit arbitratus:vt in præal.l.si libertus.& in præ.Decre.Quintauallis.& extr. e.c.ij.& iij.& c.cum tempore.in præ.c.veniens.&extr.de electio.
g causam,quæ.de hoc.ĩ.§.finali.ver.item quid si compromissum [g]. Sed quid si fuerit expressum in iuramẽto,quod de iniquo præce
5 pto non quereretur?De hoc ĩ.§.fi.ver.item quid si actũ.† ¶Quid
h si à tẽpore quo cœpi agere [h],vt arbitrium reduceretur ad arbitrium boni viri,lapsus est annus:iedoq; opponitur mihi,quòd non possum vlterius agere:sicut & in appellatione dicitur, vt extr.de app.cum sit.& c.oblatæ.in gl.pars appellata?Dic,ꝙ opponens nõ debet audiri:quia hæc non potest dici appellatio, sed potius attestatio.ff.eo.non distinguemus.§.cùm quidam.& C.eo.l.pe.ver.si
i autẽ.Et præterea alia ratio est in appellatione,& alia hîc [i].
6 † ¶Sed si arbiter ferat iniquam sentẽtiam, nunquid facit litem suã; sicut & iudex.ff.de iud.l.si filiusf.Instit.de ob.quæ ex quasi delict.nasc. in prin.& extr.de re iud.cùm æterni.libr. vj.vbi de hoc. Dic ꝙ sic, C.de pac.si quis in cõscribendo.Sed quæro, in quo facit litem suam?Dico,ꝙ teneť ad interesse:vt in præd. l.si quis in conscribendo.in fi.& in præ.c.cum æterni.arg. cõtrà C.eo. Auth.decernim⁹. vbi dicitur, quòd à solo Deo pœnam expectet: in iudice autem planum est,ꝙ tenetur ad interesse,si quid dolo egit,vt in præmissis concor.Si verò iuris imperitia,inquantum fuerit visum bono viro.Institu.de oblig. quæ ex quasi male.nas.Sed dic idem in arbitro.Nec obst.per Auth.quia locum habet,vbi electus est cum sacramento.
7 † ¶Itẽ arbitrator quis in re propria assumitur,non arbiter:vt dicam ĩ.§.prox. Amicabilis verò compositor sumitur ad componendum inter litigatores,& etiam ad contractus, scilicet ad constituenda pretia venditionum & merces conductionum & huiusmodi,ff.pro so.l.si societatẽ.j.& ij.hoc plenius prosequere secundum Innoc.IIII.vt not. in præ.ca.Quintauallis.vbi etiam
k no.an arbitrator teneatur ordinem iuris seruare [k].Conueniũt autem

ADDITIONES.

a Differt.¶Et ibi ver.item eius sententia.remissionẽ dabo an valeat pactum,quòd appellare possit.

b Arbitriũ.¶Vnde vt scripsi post Inn.in Decr.Quintauallis statim alleg.post prin.notant Io.& Acc.in Auth. vt dif.iu.§. si verò.col. ix.quod dici possit transactio per iura vtrobiq; allegata.et vide ĩ. §.finitur.ver.sed nunquid arbitratus.

c Viri.¶Sciendum ꝙ Mar.de Fa.tractatum,cuius parte careo,composuit de hac materia,dicens,ꝙ Acc.qui hoc tenet in l.in cõpromiss.ff.e.ti.ad id allegat quatuor leges,inter quas est lex,si societatẽ.hic allegata alias videas ibi. Ipse aũt addit aliàs,s.duas ꝗ statim sequũtur.&ff.de leg.j.si sic.& de leg.iij.fideicõmissa.§.ꝗꝗ.et l.si filię. & de admi.tu.l. Titiũ.ij.resp.de re.iur.in personã.§.j.C.de do.pro. si cum ea. Coadiuuat etiã hoc dictum, si certum est, ꝙ à iudicum iniquis sententiis ꝑ appellationes releuamur: & à sẽtẽtiis ꝑfecti ꝑtorio ꝑ supplicationem iura omitto:ergo & à sẽtẽtiis taliũ arbitrorũ,si inique sunt,releuari debem⁹. Arbitri eñ seruare debẽt ordinẽ iuris,& arbitratores iustitiã. Vitiatur aũt illorũ sentẽtię,si non seruant ordinẽ.ff.eo.tit.l.diem. §.pe.& l.si feriatis. Sic & istæ reuocandæ sunt,si non seruarũt iustitiam,per iura præal.& meritò,quia vnus petit malefactũ reformari,& alter petit præseruari. Quis ille monoculus,qui non videret,qđ ex his est iusti⁹: allegatur C.cum vtri.iud.l.iij. Item quomodo nõ releuabor à deceptione mihi facta per putatiuum amicũ, cum etiam releuer à deceptione mihi facta ꝑ meipsum.ff.de verb. oblig. si quis cùm aliter. Nititur demùm probare ꝯrium: quia si iniquæ sententiæ arbitri statuř,vt dictũ est ŝ.ver.prox.fortius id ĩ arbitratore,q latiores habuit habenas à partib.ff.de ꝓcu.mãdato. & l. ꝓcurator.cui libera. Et in hoc multũ instat, addẽs, ꝙ stare sentẽtiæ, est lites dirimere. C.de transf.l.fratris.Et si dicas,vt ꝓximè dixi,ꝙ hæc sit trãsactio,ꝯ stat ꝙ ab illa ñ receditur,ẽt si transigẽs sit deceptus in quadruplũ. ff.ad treb.l. Lucius.§.fin. Ad quam validandam sufficit timor litis. C.quod met.cau.l.ij.vlterioribus careo. Ad primum respondeat lex,presbyteri.C.de epis.& cle.canon.v.qu.vlt. Ad secundum fateor,fauorabile fore,lites dirimere.Sed huic respõdeat Decr. nuper,ante fi.de dona.inter vir.& vxo.Ad tertiũ, licet cõpromissũ possit largè dici transactio, in quo partes sic cõcordant: laudũ tñ ex cõpromisso secutũ non habet specificè cõsensum partiũ,sicut transactio:& ideo non mirũ si reformari potest,& ab illo recedi.

d Meũ.¶Omnino vide quod dixi post eum.& Gof.e.tit. c.ij. super fi.vlt.gl.hoc etiam dixit Host.in Sum.eo.tit.§.pen.ver.pen. Adde Bal.cons.477.4.li.& quæ habentur per Legistas.in c.qui Romæ. §.duo fratres.de verb. oblig.

e Exposita.¶Est sciendũ,ꝙ quæstio illius capituli exposita, nostris tẽporibus reuocata,dedit materiã certis doctoribus, qui cõsultores vel aduocati causæ fuerũt disputandi.Federicus enim de Schalis doctor legum,in quæstione,quæ incipit,imperator Henricus: dicit,quod post rationem factam episcopo Feltren. per sententiam legati, post tempora cõmune Teruisinũ illud castrũ occupauit,vt hæres Azolini de Romano,cui erat datum ĩ feudũ:& illud posteà possederat xxx.annis,& vltra:& renouata lite factũ fuit cõpromissum. Hoc ipse disputauit, & terminauit cõpromissum nõ valuisse: quia super re iudicata, vel finita trãsigi vel compromitti nõ potuit,per iura hîc allegata. Ad idem ff.de condi.inde.eleganter.§.j.C.de transac. fratris tui. & l. causas.Item à re iudicata,quæ certa est.recedi non potest per contrariam sententiã. C. qñ prouo.nõ est ne.l.j.ergo nec ꝯ compromissum,vel laudũ, quod similitudinẽ habet ad iudicia.ff.e.l.i.& l.si de meis.§.recepisse.Itẽ ꝓut dicit ipsa l.j.& l.quamuis.e.tit.compromissa pertinẽt ad lites finiendas:non ergo ad finitas.Itẽ administratores transigere nõ possunt,& sic nec ꝯpromittere,qñ iura locorũ,vel ꝑsonarũ quas administrãt,sunt clara & aperta: & sic hic erat ergo eṗs compromittere non potuit.C.de transl. præses.ff.de iureiur. tutor.& l.iusiurandũ.§.j.& ij.ff.de fur.interdũ.§.pe.ext.de transf.contingit.¶Sed Iac.de Are.dilatauit q.ꝗ incipit. Apostolicę sedis legatus. dicẽs ꝙ ꝯpromissum fuerat in duos,ea lege,ꝙ si discordarẽt, Titius daret tertiũ:qui dedit quẽdam monachũ, qui cũ vno arbitrorũ pronũciauit: quærebat primò an sentẽtia præcedẽs legati impediuerit compromissum.De aliis articulis alibi dicetur,s. de secũdo ĩ. §.fi. ver.sed ei qđ dixi.De tertio,eo.§.versi.sed qđ de simplici. Quartũ hodie expeditũ,vbi ponatur cõpromissum tenere ꝑ Dec. ij.e.tit. li.vj.Soluẽdo tenuit,cõpromissum voluisse:subtilizãdo sic.Facta episcopo ꝑ Teruisinos restitutione,euanuit actio in factũ,quę ꝯ eos in sentẽtia ipi ꝯpetebat.Quod ꝯpeteret, inducit l.actor.C.de reb.credi.et ff.de iureiu.nã postea.§.fi.Quod euanuerit, ĩducit:qa solutiõe ei⁹ qđ debeť,&c.insti.q.mo.tolliť ob.in prin.est aũt sibi ꝗsita rei vẽdicatio:vł publiciana, habita distinctiõe,cõe eẽt vł nõ eẽt dñs.Cõcludit ergo,nouationẽ sentẽtię eẽ factã,prima ĩ factũ trãsfusa in secũdã.ff.de noua.l.ij.Sicut ergo facta nouatione ꝑ stipulationẽ.posset trãsigi & cõpromitti:ita & hîc cũ nõ ex sñia,sed ex rei vẽdicatiõe agi oporteat.ff.de pig.si fund⁹.§.creditor.ĩducit ad ꝑdicta,ꝓbãda,l.si cã cognita.C.đ trãs maximè aũt fm eũ qa hîc allegabať noua cã apprehẽsionis, & ꝑscriptio post illã, de qua cũ sup̃uenerit,ñ ꝑt dici iudicatũ.Itẽ in facto allegabať,sñiã legati fuisse nullã,de qb⁹ cũ posset eẽ iudiciũ,vt ĩ ꝑ.§.creditor. & de exce. rei iu.ff.l.si à te. §.i.ergo & ꝯpromissũ ĩ arbitros,q & iudices sunt ij.q.vj.à iudicib.& §.se.Adde,ꝙ licet regłr nõ valeat sñia ꝯ sñiã,tñ qñ post sñiã oriť aliqđ dubiũ ꝑt ꝯpromitti,& sñia scđa valet:vt ꝯ suluit Bal.ꝯs.cxcix.j.li.Itẽ ẽt ꝑt ꝯpromitti,qñ ĩ ꝯpromisso est renũtiatũ sñiæ,q trã siuit ĩ rẽ iudicatã: vt voluit Bal ĩ l.iuris gentiũ.§.si paciscar.ff.de pac.& nouis.ponũt in l.si diuersa. C.de transf.voluit Ro.cons.369.Alex.cons.22.j.lib.Ange.cons.198.

f Cùm ita.¶Idem not.in præ.§.arbitrorum.

g Cõpromissum. ¶ Vide quod ibi dicam post Dyn. adde quod ibi etiam dicam.

h Agere.¶Intra quod tempus debeant idcipere,vide ĩ.§.fi.ver.sed intra quod.

i Alia hîc.¶ Vide qđ dixi ŝ.ti.j.§.restat.ad fi.vers.sed nũquid. Adde Old.cons.clvi.& Ang.cons.314.Alex. cons.xcv.lib.ij.

k Seruare. ¶Clarius dixisset, ꝙ arbitrator nõ tenetur,&c.& ibi vide in gl.magna.versi.& sciendũ.& ver. quid si compromissum.et sequentibus.

tem arbitrium & arbitratus: quia nõ egrediũtur personas eorum, in quos compromissum est: nec alter potest pronunciare, nec alij delegare. ff. eo. l. in cõpromissis. & ff. de verb. obli. si quis arbitratu,

¶Arbiter quis possit esse.

SUMMARIUM.

1 *Mulier prohibetur esse arrbiter.*
2 *Seruus & liber simul prohibentur esse arbitri.*
3 *Mutus, surdus, furiosus & pupillus sine tutore, non possunt cogi arbitrium suscipere.*
4 *Confirmari non dicitur ex pòst facto, quod ab initio non tenet.*
5 *Laicus potest in re spirituali auctoritate iudicis delegati esse arbiter. Excommunicatus non potest esse arbiter.*
6 *Compromitti an possit in ordinarium de re, in qua est iudex.*
7 *Filiusfa. etiam de re patris, & in causa ciuili potest esse arbiter.*
8 *Compromitti an possit in venditorem rei, de qua litigatur.*

2. §. Potest esse arbiter omnis qui non prohibetur. Viso ergo qui prohibentur: per consequens videtur qui esse possunt. Nam viso vno cõtrariorum, noscitur & reliquum. lxxxviij. di. eiiciens. ff. de his qui sui vel al. iur. sunt. l. j. & Inst. eo. ti. in prin.[a] †¶Prohibetur ergo mulier esse arbiter. ff. eo.
1 cũ lege. C. eo. l. fi. xxxiij. q. v. mulierẽ. nisi sit talis, quæ habeat potestatem iudicãdi. viij. q. j. vereor. & nisi terræ cõsuetudo aliud teneat, vel personæ excellentia aliud inducat. extr. eod. dilecti. xij. q. ij. cùm deuotissimam. amicabiliter tamen posset cõponere pro bono & æquo, sed nõ de iure: vt in præ. c. dilecti. cõtrà. ff. de verbor. obliga. illa verba arbitratu[b]. Quid si compromittentes in mulierem, iurant nõ contrauenire? Dicunt quidam[c] nõ valere compro
2 missum: vt no. C. de legi. & consti. nõ dubiũ. in fi. †¶Item seruus & liber simul prohibentur esse arbitri: ff. l. eo. l. Pedius[d]. sed si seruus fiat arbiter, & liber fact⁹ pronunciat. valet ex nouo consensu ff. eo. sed & si in seruum[e]. Arbitrator autem esse potest de æquitate, secundum quosdam[f]: alij contrà: vt ibi, & in præall. l. illa verba[g]. Sed quid si cõpromittatur in duos liberos, & vnũ seruum: nunquid pœna cõmittetur, si sententiæ eorum non stetur? videtur quòd sic: vt in præ. l. Pedius. in fi. quia quod fit à maiori parte, ad vniuersos refertur. ff. de re iu. refertur. §. fi. extr. de elec. cùm in ter canonicos. in prin. extr. de his quæ fi. à ma. par. ca. c. j. ff. ad municip. l. quod maior. & l. seq. arg. contrà. quia præmissa locum habent, quãdo omnes tales sunt, qui poterant pronunciare: quod nõ est hic, vt in præd. l. Pedius. in fin. & præterea vtile vitiatur per inutile: vt in ead. l. §. in seruum, & l. sed & si in seruum. & extra de elect. Massana. arg. tamen contrà, eo. tit. illa[h]. †¶Item prohibet̃
3 mutus, surdus, furiosus, pupillus sine tutore[i]. ff. eod. l. sed & si in seruum. §. j. & l. diem. §. coràm. iij. q. vij. infamis. §. tria. Hi enim nõ coguntur arbitrium suscipere: quia nec tenet compromissum, vt
4 puto. ff. eo. l. non distinguemus. §. summa, †¶Item minor xx. an. ff. eo. l. cùm lege. extra. de off. deleg. cùm vicesimum. ff. de mu. & ho. l. ad rempublicam. Quid si pendente compromisso factus est maior? videtur quòd nõ cogetur pronunciare: quia quod ab initio non tenet, ex pòst facto non confirmatur. ff. de act. & obli. l. obligationum ferè. §. placet. arg. extr. de ele. dudum. j. & c. auditis. arg. cõtrà. C. si ma. fa. ra. ha. l. fin. extr. de renunc. post translationẽ. §. item si quis. Nam maior factus cõsentire videtur: & ex quo cõsentit, contrahere videtur: & in iudiciis seu cõpromissis quasi cõtrahitur. ff. de pecu, l. iij. §. idem scribit. vnde videtur cogendus. Primum verius est, nisi de nouo in eũ cõprom ttat̃. ff. eo. l. sed & si in seruũ. resp. j.[k] Itẽ prohibetur laicus esse arbiter in spiritualibus. extr. eo. contingit. in fin. extr. de iud. c. ij. sed simul cum cleri
co esse potest[l]. extr. eo. per tuas. †¶Item etiam laicus potest esse
5 arbirer in re spirituali, auctoritate iudicis delegati, secundum papam[m], prout not. & proba. in præ. c. per tuas. in fin. & argument. xxxij. dist. præter. §. verum. Sed nec ordinarij, nec delegati auctoritate potest fieri, quòd clericus habeat laicũ in iudicem ordinarium. Item excommunicatus non potest esse arbiter: quod dic vt j̃. eod. §. differt. ver. item secundum eum. In iudicem autem delegatum potest compromitti. extr. de præben. nisi. extr. de præsum.
6 literas extr. eo. cùm olim. †¶Sed nunquid in ordinariũ, de re in qua est iudex? non videtur. iij. q. vij. infamis. §. tria. in l. si quis verò iudex. ff. eo. sed & si in seruum. §. si quis. Dic secundũ canones quòd potest esse: extr. eod. cùm tempore. extr. de elect. cum causam. & de iureiur. veniens. & etiam secũdum leges potest esse arbitrator. in Authen. vt differ. iudi. §. si verò contingit. C. de iudic. l. apertissimi. & Aut. ibi posita. argum. contrà, ff. de tuto. & cura. l. prætor.[n] †¶Item potest esse arbiter liber homo, filiusfamiliàs
7 etiam de re patris in causa ciuili: cum etiam possit esse iudex. Item ingenuus, libertinus, & infamis[o]. ff. eo. sed & si filius. & duabus legibus seq. iij. q. vij. d. §. tria. in princ. & l. cognitiones. Itẽ nullus in re sua, siue in totũ, siue in partem arbiter fit. ff. eo. l. pe. ff. de iudi. si alter. alias incipit, Iulian⁹. & C. e. ne qs in sua cau. per totũ. C. mãd. in re mandata[p]. Sed arbitrator fic, etiam in propria offensa p: dum tamen iustè arbitretur[q]: aliàs enim itur ad arbitrium boni viri, ff. loca. l. in lege. j. respon. ff. de contrah. empt. hæc venditio. ff. de iureiurand. l. Labeo. §. quæstiones. & ff. mand. l. in re mandata. & ff. de oper.

ADDITIONES.

a In prin. ¶Sed quid valet hoc scire, cũ voluntate aditus ñ reprobetur? Vide j̃. §. sequitur in prin. valet ẽt ante cõpromissum, ne inutiliter laboretur.

b Arbitratu. ¶Sequitur Titij. fœminas significant, & nõ cadunt in seruũ, sed ñ est facienda æquatio inter fœminã & seruũ: qđ collige ex notatis in præ. Decr. dilecti. in iij. gl. & his q̃ super ea dixi de sepul. c. fi, lib. vj. in vlt. gl. Et hoc patet etiã in testamẽto, testimonio, & tutela filij, q̃ cadunt in fœminã, nõ in seruum. De primo et scđo de test. indicante. de sepul. de vxore. ff. de test. si filius, & l. se. §. mulier. & §. seruus. extr. de testi. qm̃. C. de testi. qm̃ liberi, De tertio patet in præ. gl. & de appe. ex parte secunda. Ad so. vide ẽt qđ sequitur j̃. ver. ii. Adde quod Abb. in c. dilecti, dicit ꝙ Papa potest mulieri delegare spiritualem causam inter clericos, per text. in c. Mennam. alleg. in gl, dilecti. cap. dilecti.

c Quidam, ¶Alb, Gal. eo. ti. versi. sed quid si partes. Adde Abb. in d. c. dilecti.

d Pedius, Si tñ in solidum dati sunt liber pronunciare cogitur: vt in l. ibi se. quæ incipit, sed si ita,

e Seruum. ¶Vide quod hîc sequitur in ver. quid si pendente,

f Quosdam. ¶Vber. vbi s̃.

g Verba. ¶Vide qđ circa hoc. & circa id, qđ præmissum est de fœmina, dixi, in solutione quæstionis, quam posui super regula dolo facis. de re, iu. lib. vi,

h Illa. ¶Solue vt no. in regula, vtile, de re. iur, lib, vj. Adde de huius versiculi dicto videndus Bald, consil. 449. 4. libr. incip. proponitur, quod in quodam compromisso,

i Tutore. ¶Ineptè hoc posuit, cùm tractemus, an ĩ eũ possit ꝯpromitti. & ꝯstet ꝙ habeat, vel non habeat tutorem: cùm nec in minorem xx. anno. vt sequitur, Procederet aũt id, cùm quæritur, an possit cõpromittere: vt in §. corã. e, tit. si pupillus. de quo j̃. §. ꝓxi. ver. sed quid de minore.

k Respon. j. ¶Aduerte, quia s̃. ver. item seruus dixit ꝯrium, per eãdem legẽ: nisi exponas ibi, ex nouo ꝯsensu, id est, ex nouo ꝯpromisso, vt hîc, & sic ẽt illud ponit Host, in Sum, eo. ti. post prin. Sed in hoc nulllum dubium gl. ibi, videtur intelligere, ꝙ fingatur nouum ꝯpromissum. ex quo partes ꝓcessum cõcesserunt. Ego darẽ alium intellectum illi legi, s. ꝙ qui compromissi tempore erat seruus, sed tempore quo recepit, vel acceptauit, erat liber, partib. ꝯsentientib⁹, sine nouo ꝯpromisso ꝓcedat: facit. ff. de legatis, 3. l. 1. §. i. & tunc facit ꝯ no. de præb. dilectus. ij. in gl. ij Sed delegata iurisdictio ñ sic pendet à partibus, sicut compromissoria. vt ext. de of. deleg. significantibus.

l Pŏt. ¶Sup. de auctoritate superioris, q̃ erat iudex cãæ vt ibi. Adde & nota: qa alibi fortè nõ reperies, ꝙ de re spirituali p̃t quis laicus solus vt arbitrator cognoscere, licet non vt arbiter, ꝓut ꝯsuluit Roffr. consilio clxxiii. incipiente, pro decisione. qui alleg. etiã ita tenuisse in suis consiliis Pet. de Anch. cõsilio quod incipit, istã quæstionẽ facit dubiã. c. cũ contingit. non allegat, ex quo numero ego habeo xcvij.

m Papam. ¶Cuius dictum intellige simul cum clerico: vt s̃. proxi. dictum est.

n Prætor. ¶Dupliciter legit̃, vt ibi no. & neutra lectura obstat, siue dicatur, ꝙ non possit prætor se facere arbitrũ, siue quòd non possit se facere tutorem, dato quòd de hoc compromittatur. Adde, fm Abb. in c. cum tempore. extr. eod. quod etiam videtur dicẽdũ ꝙ de iure ciuili ordinarius possit esse arbiter, cùm illo iure sit dubium, & de iure canonico sit decisum.

o Infamis. ¶Qui tamẽ non pŏt esse arbiter iuris: vt no. j̃. de recus. § fi. ver. sed nunquid possunt,

p Offensa, Vt no. j̃. præalleg. l. pe. & fuit quæstio Pilei xliii, qui idem tenuit. & de hoc C. de do. promiss. l. si cum ea, & patet in Decret. Quintauallis. de iureiuran.

q Arbitretur. ¶Vnde dicit Guil de Suz. in l. nõ distinguemus, quòd nõ posset interdicere certũ locũ: cùm illa pœna sit corporalis. ff. de pœn. l. fi. & de in integr. restit. l. fin. & id non pertinet ad priuatum, sed ad p̃sidẽ, vel eo maiorẽ. ff. de offi. præsi. illicitas. §. antepe. nisi in compromisso id dictum esset. ea. l. §. ex officio. Adde an qs possit esse arbitrator in ꝓpria offensa, Bal. in c. inter pares, de lege Corradi. & refert, qđ Iac. de Aret. disputauit hãc q. & vide ẽt An. in l. si sit. de leg, j. an qs possit se committere gratiæ & misericordiæ alterius,

de oper.lib.l.si libertus.& in concor.quæ sunt s.§. prox.ver.arbitrator verò.¶Sed nunquid abbas potest esse arbiter in rebus mo
8 nasterii?De hoc dicam j.§.fin. versic.sed nunquid abbas.†¶Sed nunquid in venditorem rei,de qua litigatur, potest compromitti de ea.argum.quòd non.ff.eo.l.pen.ff.quando appell.sit.l.j.§.in propria.ii.qu.vi.c.biduum.§.palàm. Videtur tamen contrà,ff.de euict.l.si dictum.§.si sententia.Cessant enim hic rationes legis.ff. de arbit..l.pe.& quia fortè periculum huius causæ nõ spectat ad eum,cùm non per iudicem, sed per arbitrum tunc euincatur: vt
a in præall.l.si dictum.§. si compromisero a. Sed pone, quòd compromissum est in eum, & ipse tulit sententiã contra emptorem: nunquid emptor habet actionem de euictione amodò contrà eum:argumẽ.quòd sic:quia facto ipsius emptor rem perdidit.C. de asser.tol.l.fi.sub iudice lis est.Sed coram quo cognoscetur de hoc, quòd obiicitur, scilicet quare non potest esse arbiter? Dic
b quòd coram superiore b, si ipse non habet iurisdictionem. ff. de iudic.si quis ex aliena.Sed nunquid præmissæ exceptiones de seruitute,de sexu,& huiusmodi cessabunt,si sit electus ad certum tẽ
c pus c arbiter?Et videtur quòd sic d:argu.ff.de iudi.l.j. in fi.& l.ij.&
d de arbi.Pomponius e.in fi.vel dic contrà,& imputent sibi,qui sic
e legerunt f.Quid si sit actũ,vt nulla exceptio opponatur?Dic vt j.
f in tit.de conclu.& re. Vtrùm autem in regularem promitti pos-
g sit,dicam j.§.fi.versi.sed quæro diligenter.& seq.g.

ADDITIONES.

a Cõpromisero.¶Subdit Vber.vbi s.qđ nõ est multum laudabile, quòd ipse pronunciet.
b Superiore.¶Dicit Vber.vbi s. ad quẽ spectaret arbitri cõpulsio.
c Tempus.¶Vbi s.dicebat,& melius,breue tempus.
d Quòd sic.¶Quasi res sit tẽpore peritura: & sic non sit in talibus insistendum.
e Pomponius.¶Aliàs incipit,si de meis.& sic allegatur s.§.j.
f Elegerunt.¶Si pp examen exceptionum non potest intra tẽpus causa diffiniri:hoc dico,quia & contrarius intellectus inde possit haberi.
g Et seq.¶De milite & clerico disputauit Fran. Acc. in q̃stione sua mihi 30.all.iij.q̃ incipit,duo cõsortes.ꝗ quisq; ipsorũ poterat esse arbiter,et forti⁹ arbitrator.alleg.de milite.ff.e.l.iij.§.fi.C.de iud. l.certi.in Auth.de defen.ciui.§.j.ibi nobiliorib.&c. Nõ obst.C.de ꝓcur.l.militẽ.& l.neq; fœmina.ff.e.fili⁹. §.veterani.C.de præpo. sac.scri.l.hac parte.lib.xij.de prin.agen.in rebus.l.j.e.lib.q̃ loquũtur de vilibus officiis.de clerico alleg. ff.e.non distinguemus.§.sacerdotio.C.de epis.audi.si qui ex consensu.& l.seq.ff.de verb.sig. l.illa verba.C.de his qui ad eccl.con.l.præsenti.§.pen.& vlt.Non obstat in Auth.de sanct.episc. §.alium.quia de officio ꝓcuratoris loquitur, qđ est vile officiũ. Arbitrari autẽ competit hominibus maximæ dignitatis:vt in præ.l.iij.§.fi.ff.e.tit. & est officium pium ad ꝯcordias & paces reducẽdas, ad q̃ clerici præcipuè tenentur. C.de epis.& cle.si quis in hoc.& de sum.tri.epistola,inter claras.ĩ prin.& in fi.& iura nostra.vide j.§.vlt.cha.vlt.ver.in episcopo.

¶ Compromitti super quibus,& à quibus possit.

SVMMARIVM.

1 *Compromitti de criminali causa an possit.*
Compromitti an possit in causa restit.in integ.
2 *Compromitti an possit de sententia excommunicationis,vel alio iure spirituali, vel in quo periculum animæ vertitur.*
3 *Compromissum super alimentis factum,an valeat.*
Compromitti potest de omnibus,quæ expressè non prohibentur.
4 *Seruus non potest compromittere,nisi se gerat pro libero.*
5 *Mater si dicat se præferẽdam tutoribus datis in testamento mariti sui, cùm illud sit imperfectum,an potest de hoc compromitti.*
6 *Exemptus non potest super rebus exemptis compromittere in præiudicium eximentis.*
7 *Religiosus non habens administrationem sine licentia superioris, non potest compromittere.*
8 *Compromitti non potest cum excommunicato.*

3.§.Restat videre super quibus, & à quib⁹ potest cõpromitti:& quidem de omni causa ciuili.extr.eo.
1 c.j.non autem de criminali publica† vel priuata,nec de liberalia,
a vel matrimoniali. extr.de in integr.restit.causa.de transact.c.fi.ff. de arbitr.non distinguemus.§.si per errorem.& §.de liberali. ext. eod. cùm tempore de iureiur.tua nos. Sed si de crimine ciuiliter
b agatur b,potest ff.de his qui not.infa. l.quid ergo. §. ex compromisso arg. contrà,quòd de crimine cõpromittatur.extr.de ꝑsum.
c literas c.Item contrà,quòd de causa status compromittatur.C.de
d reb.credi.l.cum proponas d.Quid de famoso delicto, aliàs criminè?Dic quòd non potest compromitti super eo:vt no.in pre.§.si
1 per errorem. †¶Item de causa restitutionis in integrum cõpromitti nõ valet.extr.de resti.in integ.causa.incidenter tamen arbiter de ea cognoscit.C.de iudi.quoties.& de ordi.iudic.l.j.extr.qui fil.sint legi.lator Sed nunquid arbiter incidẽter potest dare restitutionem.Azo not.in Sum.eod.tit.§.potest. quòd sic: & proba-
e tur.extr.eod.ca.pen.e Alij tamen dicunt contrà,vt C.vbi & apud
f quos.l.fi. in fi. f Item de matrimonio spirituali compromittitur. ext.e.ex parte.ext.de ele.cùm inter canonicos.& c.quia propter. Item quid de causa conuersionis & monachationis? De hoc no.
2 in §.de liberali.†¶Item de sententia excõmunicationis,vel alio iure spirituali, vel etiam alio, in quo periculum animæ vertitur? Non videtur,ꝗ possit in aliquem tanquam in arbitrum cõmpromitti:ne pateat via ingressui ad spiritualia vitioso,& ne metu pœnæ pareatur iniustæ sententiæ,vel iustus etiam condemnetur.extr.de sent.excom.cum medicinalis.xi.q.iii.episcopus. §.si ergo.&
g cap.audi.§.cum ergo.& c. nemo. secundum dominum meum g. Potest tamen de talibus in iudicem compromitti, tanquam in amicabilem arbitratorem,& non in alium:vt quantum ad spũale
h de iure pronunciet,à quo ad expensas&alias arbitretur h.Item de publica,vel populari actione non potest compromitti.ff.eod.tit.
3 l.non distinguemus.§. Iulianus.& §. de liberali. †¶Sed nunquid
i compromissum super alimentis i factum valeat? Videtur quòd
k sic:k nam de omnibus,quæ expresŝè non prohibẽtur,potest cõpromitti vt in eod.§.& §.seq.& ff.ex qui.cau.ma.necnon.§.ij.Dicũt quidam hic contrà, cùm quædm maiores desiderent iudices: vt in præ.§.de liberali.& ff.de transact.cum hi.in prin. Alii Dicũt quòd si cõpromittatur in aliquem,vt cognoscat tanquam iudex valet:& perinde est,ac si facta esset transactio iudicis auctoritate,
l aliàs non.C.de transact.l.de alimentis. primũ verius l. ¶Quid de præbendis clericorum? Dic quod bene potest compromitti de
4 eis:vt j.versi.sed nunquid clericus. †¶Seruus autem non potest compromittere,nisi se gerat pro libero,sed filiusfa.sic:ff.de pecu. licet.§.si seruus.cum seq.& §.si filius.C.de iudi.seruus.ff.eod.non distinguemus.§.si seruus.Nec furiosus, nec prodigus. ff.e.l.diem.
m §.pen.¶Sed nunquid m de minore?Respon.pupillus sine auctoritate tutoris compromittens , non obligatur ciuiliter, naturaliter sic:fideiussor tamen efficaciter tenetur. ff. eod. si pupillus.& l. iii.in

ADDITIONES.

a Liberali.¶Hominis nõ sic de libertate ecclesiæ.Rationẽ diuersitatis scripsi in Decret.causa.super ver.liberali.
b Agatur.¶Dixit Gui.de Suza.in l.non distinguemus.§.Iul.super j. gl.quòd de omni crimine,de quo licet transigere,de quib⁹.C.de transac.l.transigere.pt compromitti:quia si possum trãsigere,fortius in arbitrum cõpromittere.Item de crimine,quod ꝯ te commisi,possum iurare stare mãdato tuo.de hoc s.§.proxi.ver.itẽ pt. & sic de crimine compromittũtur, sed illud in arbitratore, vt ibi. Adde,quod Bar.hoc sequitur in d.§.Iulianus.& Ro.consi.xcv.
c Literas.¶Soluitur in præ.Decre.causa.in fi.vlt.gl.
d Proponas.¶Ibi tripliciter soluitur.
e c.pen.¶Scilicet de resti.in integ.
f In fin.¶Hoc placet Inn.& quale sit tunc remedium, scripsi post eum in præ.Dec.pe.super gl.pen.vbi omnino videas ipsius dictũ & Gof.Adde,quod dictum Innoc.impugnat Abb.in c.causa.rest. extr.de resti.in inte.& ibi dicit esse text. cui sine difficultate ñ põt responderi.et quod d.l.fi. loquitur,cu principaliter petitur, ñ aũt secundariò.Causa etiã matrimonialis incidenter cognosci,ñ potest:vt consuluit Rom.cons.ccxcix.
g Meum.¶In sum.§.de qua re.
h Arbitretur.¶De præben.nisi essent.
i Alimentis.¶Sup.futuris,& in vltima volũtate relictis,vt probãt iura sequentia:per quæ patet de præteritis,vel aliter debitis trãsigi posse sine prætore.& vide j.qui fil.sint leg. versi.sed quæritur, vtrum.
k Quòd sic.¶Secundum Alb.Gal.
l Verius.¶Fortè intendit de prima opin.nõ de prima allegatione: quia tunc dixisset,hoc veri⁹.imò ꝑ præ.l.cũ hi.§ vult igitur.oĩno videtur non valere cõpromissum,etiam factum auctoritate prætoris:cùm requiratur ipsius requisitio circa cãm,modum & personas:vt ibi,sine quibus non sufficeret ipsius prætoris auctoritas. Adde tu,notabiliter,ꝗ stãte statuto,quòd valeat cõtractus minoris cũ iuramẽto:ꝗ si minor transigat,vel renunciet alimẽtis cũ iuramento,valet quod per ipsum factũ est. Ita voluit Pet.de Anch. consi.376.
m Minore.¶De filiofa.vide j.de actore.§.fi.ver.sed an filio.

luerit pupillus : aliàs non. principaliter inducit ad ſolutionem l.
Marcellus.§.quidam. ff.ad Treb. vbi rogatus reſtituere quicquid
de portione ſua habet in hæreditate, nõ reſtituit ꝑ prælibata. Ad
idem e.tit.in fideicommiſſaria.Inducit etiam l.ſi is qui.ff.de actio.
& obli.vbi ſi is,cui ex ſtipulatu debebat Stichus,fuit hæres debito
ris,habeat actionem ex teſtamento,& ex ſtipulatu:& vna intenta
ta,altera ſalua manet.Allegatur etiã contra tutorẽ, ꝙ ſe debuerat
excuſare,quia debitor:& id nõ faciẽdo debebatur ſibi pœna:et ſic
non præmiũ: vt in Auth. vt hi.qui obli.coll.vj.& in Auth.mino-
ris.C.q dari tu.poſ. Itẽ ꝙ in cõpromiſſo debuit exprimere caſum
illũ:vnde contra eum fiat interpretatio, vt in regula, contra eum.
de regu.iur.lib.vi.Adde, ꝙ aliud ſit in iudiciis.aliud in arbitriis, re-
prabatur ꝑ Pet.& Cyn. Ray.Bar.Fran.Ang.et Pau.de Ca.in d.l.ſub
prætextu.& pro opi.Io.And.eſt tex.cum gl.& Bar.in l.Aurelius.
§.Mæuia.de li.le. vbi ꝯuentus actione tutelæ,licet ſequatur libe-
ratio generalis,põt etiã cõueniri rei vendica.ad eaſdem res admi-
niſtratas:et ſecundum Bal.ille tex.non eſt alibi.& eſt in d.l.qui cũ
tutorib.in §.qui ꝑ fallaciã.Facit quod voluit Ang.conſ.incipien-
te,viſo cõpromiſſo.& conſ.incip.viſo teſtamento domini comi-
tis Rober.vbi dicit, ꝙ ſi factum eſt compromiſſum de omnib.quę
ſtionibus,quę eſſent,vel eſſe poſſent: ꝙ illa verba nihil operantur
ſuper eo, vbi lis non eſt:aliter facilè poſſet quis circumueniri.
a Vt ibi. ¶Scilicet in §.j.s.eo.in verſ.arbitrator,ibi:dixerunt tamen.
b Iudex. ¶Dicit Guido de Suz. quòd ſi compulſi ſponte proſecuti
ſunt cauſam,& lata eſt ſentẽtia,ipſa bene tenet.ff.de cõdi.ob turp.
cauſam.ſi ob turpẽ.C.quod met.cau.l.ij.& de renũ.l.ad ſolutio.ꝯ.
de regu.iu.non firmatur.li.vj.ſolue vt ibi no.

¶De forma Compromiſſi & Arbitrii.


T AVTEM compromiſſum & arbitrium rectè cõci-
piantur, vt nihil de præmiſſis poſſit eis opponi, vtriuſ
que formas hic duxim⁹ inſerẽdas. Forma igitur com-
promiſſi hæc eſt:
a FORMA[a]. Titius & Seius voluntariè & ex certa ſcientia, nõ per
errorem, de tali cauſa, lite, & controuerſia, quæ vertitur, & verti
ſperatur inter eos tali occaſione, ſcilicet cuiuſdam vineæ, &c. ſuper
decem, quæ Titius petebat à Seio ex cauſa mutui, vel ſocietatis
hactenus inter eos habitæ: & ſuper xv. ex cauſa depoſiti: & gene-
raliter de omnib. aliis quæſtionib⁹, litibus, & cõtrouerſiis, quę ver
tuntur, ſeu verti ſperãtur, ſeu quocunq; modo occaſione præmiſ
ſorũ verti pñt inter eos, in hoc ꝯpromiſſis expreſsè, vel non, ꝓ ſe
ſuiſq; hæredibus, & ſucceſſorib. omnib⁹ cõcorditer cõpromittũt
& cõſentiunt de alto & baſſo in Caium electũ, conſtitutũ, aſſum-
ptũ, & ordinatum communiter ab eis tanquam in arbitrum, com
promiſſarium, arbitratorem, laudatorem, diffinitorem, ſeu amica
bilem cõpoſitorem, & cõmunem amicum, ſponte in ſe hoc arbi
trium ſuſcipientem. Vel loquatur tabellio per verba de præteri-
to, dicens: Elegerunt, fecerunt, conſtituerunt, & ordinauerunt Ca
ium, &c. ſed non eſt vis in hoc: vt extr. de iure pat. quod autem. &
de conuer. coniu. dudum. dantes ei, & concedentes plenam & li-
berã poteſtatẽ, vt poſſit per ſe, vel per alium, vel ſimul cum alio,
b quem ſibi voluerit aſſociare[b], vſque ad talem diem in præmiſſis
& ſingulis, de plano, & ſine ſtrepitu, & figura iudicii examinare,
cognoſcere: partes ad audiẽdum ſententiam, ſeu præceptum, vel
ad alia citare, & diem ad pronunciandum, vel ad aliud præfixam
prorogare: partem cõtumacem mulctare, & per ſeipſum pronun
c ciare, diffinire, laudare, arbitrari, præcipere, & altè & baſſe[c], ſicut
ei videbitur, terminare, & ordinare ſemel & pluries, coniunctim &
diuiſim ſimul: vel ſuper altera earum, ordine iuris ſeruato, vel nõ
ſeruato: ordinariè, vel extraordinariè, dieb⁹ feriatis, & nõ feriatis,
ſedendo, vel ſtando, in ſcriptis, vel ſine ſcriptis: aliàs qualitercun-
que & quandocunque, prout ſibi melius videbitur, expedire, nul-
lo prætermiſſo obſtante, omni hora, loco & vtraque parte abſen
te, vel vtraq; pręſente, vel altera præſente, & altera abſente, citata
tamen: & quòd poſſit ſemel & pluries, & etiam quandocunque
ſuam ſententiam, vel ſentẽtias, dictum laudũ, ſiue ꝓnuntiationẽ
interpretari, declarare, corrrigere, reformare, ſi ſibi videbitur ex-
pedire quodque ſi velut arbiter de aliquib. vel omnibus quæſtio
nib. cognoſcere cæperit, vel aliquas terminauerit, poſſit iam cœp
tas, vel etiam nondũ cœptas tanquã arbitrator ſeu amicabilis cõ-
poſitor aſſumere, & de ipſis cognoſcere, ac diffinire, vel econtrà:
& ꝙ ſuper pœnæ commiſſione, & aliis ad pœnam ſpectantib. &
quibuſcunque aliis, idem arbiter valeat quandocunque, etiam
elapſo tempore compromiſſi cognoſcere, diffinire, declarare, ar-
bitrari, dicere & præcipere, ſub pœna in cõpromiſſo cõtenta. Qđ
ſi in dicto termino nõ fuerint oĩa & ſingula terminata, vel aliqua
remanſerint declaranda, poſſit partib. pręſentib. vel abſentib. req-
ſitis, vel irrequiſitis, ſemel & pluries, & quandocunque voluerit,
ipſum terminum prorogare. Et ſi ſint plures electi: iunge ꝙ vnus
poſſit ꝓ ſe & alio pronũciare, vel ſententiã legere, vel alio abſen-
te. Promiſerũt inſuꝑ dicti Titi⁹ & Seius ſibi adinuicẽ pro ſe ſuiſq;
hæredibus per ſolennem ſtipulationem ſtare, parére, & obedi-
re eius banno & laudo, dicto plenè, arbitrio, ꝓnunciationi, præce
pto ſeu præceptis per eũ vel alios de mandato eius facto ſiue fa-
ctis: & mox eis ꝓlatis homologare & approbare, & in nullo con-
trauenire, quacunque ratione, vel cauſa ſeu modo de iure vel de
facto, verbo vel opere, per ſe, vel per interpoſitã perſonam, quæ,
vel quas inter eos ſuper quocũque, aut aliquo præmiſſorum, ſeu
eorum occaſione dixerit, fecerit, ꝓnunciauerit, diffinierit, ſeu fue
rit arbitratus: & ꝙ contra eius præceptum, laudum, pronunciatio
nẽ, ſeu arbitrium non appellabunt, nec appellationem ꝓſequen-
tur: nullũ reſcriptum, vel priuilegium per ſe, vel ꝑ alium impetra
bunt, nec impetratis vtẽtur, nullam exceptionem opponẽt, reſti-
tutionẽ in integrum nõ petẽt: nec illud corrigi ſeu emendari per
ſuperiorem vel aliquem iudicem petent, quodque non vtentur
d cuiuſcũque legis[d], vel canonis, ſtatuti, ſeu ꝯſuetudinis beneficio,
quod vitiet, ſeu vitiare vel infirmare valeat huiuſmodi compro-
miſſum ſeu arbitrium in totũ, vel in partẽ, ſiue ex perſona arbitri,
ſiue ex perſonis cõpromittentiũ, ſiue ex forma cõpromiſſi, vel ar
bitrii, ſeu ex reb. vel cauſis, de quib. eſt ꝯpromiſſum, ſiue quacũq;
alia rõne. Quod ſi facerent, vel in aliquo ꝯ præmiſſa, vel aliquod
præmiſſorũ venirẽt, promiſerũt ſolẽniter, vt eſt dictum, ſibi inui-
cem, & eidẽ arbitro, quòd pars arbitriũ ſeu laudum in totũ, vel in
partem

ADDITIONES.

a Forma. ¶Iſtæ formæ compromiſſi & laudi ponuntur, ſed multũ
ampliant formas, quas poſuit Roland. parte vj. in princ. & eſt etiã
plenior, quàm illa Gui. Angl. & quam poſuit parte prima, vbi tra-
ctatur de arbitriis. in fi. et loco notarii ponit illa forma hæc verba
ſecundum morem Angliæ in huiuſmodi rei formatione. vtraq;
pars cũ ſignis dic. arbitrorũ ſignũ ſuum appoſuit. Nepos de Mõ-
te albano dedit etiam formam ſub rub. contra arbitros, & contra
compromiſſum. in fin. ſed hæc plenior.
b Aſſociare. ¶Probatur hoc. ff. eo. ti. non diſtinguemus. §. quæſitũ.
in fi. facit extra. eo. tit. c. pe.
c Baſſe. ¶De iure et de facto, vel de iure tantũ, vel de facto tantum.
d Legis. ¶Additur maximè l. ſi ſocietatem. cum l. ſequen. ff. pro ſo
cio. et l. ſi libertus iurauerit. ff. de ope. li. & l. hæc venditio. ff. de cõ
trahen. empt. & cuiuſlibet alterius legis. ſic conſuluit Guido de
Suza. in ſua Summa, vbi de arbitris. in fin. primæ partis.

partem non seruans parti seruanti dabit, & soluet pœnæ nomine decem lib. Bon. & legalium Turon: reficere ac resarcire sibi omnia damna & expensas & interesse, quæ vel quas ipsum facere cōtingeret, vel etiam sustinere, sicut suo declarauerit iuramento: cui sine aliis ꝓbationibus, fidem plenā eis placuit adhiberi. Vel si nolis tam largè dicere, dic iuxta arbitriū: cognitionem & declarationem abitri suprà dicti: quæ oīa & singula promiserūt sub pœna præmissa, & obligatione omnium bonorum suorū præsentium & futurorū fideliter obseruare: constituentes adinuicem seu vicissim, ꝙ bona sua vnus alteri, & vnus pro altero possideat bona sua: ita ꝙ liceat arbitrium seruanti sua auctoritate absque cuiuscū que iudicis vel curiæ requisitione, cum dicti tamen arbitri licentia ingredi bona venientis cōtra illud in totum vel in partem: & accipere de bonis eius mobilibus, vel immobilibus pro summa prædicta: & pro restitutione damnorum, expensarum & interesse hoc nihilominꝰ specialiter acto, ꝙ pœna prædicta semel & pluri
a es[a], quoties contra prædicta, vel aliquod prædictorum à quocunque ipsorum actum fuerit, vel præfatum laudum, seu dictum integrè obseruatum non fuerit in omnibus & singulis capitulis, in solidum committatur, & commissa exigatur: qua soluta, vel non soluta, & expensis, damnis & interesse resarcitis, vel non: prædicta oīa & singula, & prædictum cōpromissum, laudum, seu arbitriū in suā ꝑmaneat firmitate, & laudo seu dicto, etiā rato manēte, pœna nihilominus peti possit. Et hæc omnia & singula iurauerunt quilibet attendere & obseruare per se suosq; hęredes, corporaliter præstito sacramento renuntiantes specialiter. Auth. decernimus. positæ, C. eod. tit. quæ inhibet arbitrium fieri cum sacramenti interpositione, & generaliter omni beneficio & auxilio cuiuslibet iuris specialiter sibi connumerati & priuilegii, statuti, rescripti, consuetudinis, appellationis, & in integrum restitutionis, emendationis; seu correctionis & exceptionis: per q̄d possent in totum vel in partem à pœna seu obseruatione prædicti arbitrii seu præcepti, seu à restitutione damnorum & expensarum & interesse quomodolibet liberari. Porrò si duo eligantur, & tertius nominatur, & adiungitur eis, si ipsi duo discordarent, tunc sic formabitur:

FORMA. Titius & Seius. &c. vt s̄. vsque, Ordinauerunt Caium, &c. ita tamen quòd ibi ponas de duobus arbitris, verbis competenter mutatis: postea iunge, Quòd si prædicti. Caius & Martinus inter se discordarent, elegerunt Sempronium in tertium, dantes ei plenam, &c. vt s̄. & vide super hoc s̄. §. proxi. ver. itē quòd erāt: Cognito igitur de negotio, sententiam proferent in hac forma:

FORMA. In nomine Domini amen: Nos Caius & Martinus cōcorditer electi arbitri arbitratores, &c. vt s̄. in forma compromissi, à Titio ex parte vna, & Seio ex parte altera, super lite & controuersia, &c. vt s̄. vsque, Ex præmissis vel non, &c. prout in forma compromissi plenius continetur: lite coram nobis legitime contestata, visis, auditis, intellectis, & examinatis partium iurib. delibe ratione præhabita diligenti, pro bono pacis & concordiæ ex vigore compromissi prædicti, Christi nomine inuocato, ordinamꝰ, laudamus, arbitramur, diffinimus, dicimus, atque præcipimus ꝙ dictus S. vsq; ad ꝓximas Calend. Septemb. vel vsque ad alium terminū, quem dictus T. sibi cōcesserit, det & soluat dicto T. vel cui ipse ius suum dederit, decē quę ab eo petebat causa mutui, vel societatis, in quibus sibi tenetur, prout nobis cōstat per publicū instrumentū, vel per testes: & ad hoc ipsum ꝯdemnamus: super xv. verò, quæ ab eo petebat ex causa depositi: quia idem T. suā intentionem non probauit, dictū S. ab eius impetitione duximus absoluendū, eidem T. super eis perpetuum silentiū imponentes. Et ꝙ vna pars alteri adinuicē de omnib. & singulis aliis quæ vnus ab altero occasione prædicti mutui seu societatis petere posset: faciat hodie per totā diem, finem, refutationem, diffinitionem, & pactū de vlterius non petendo, per publicum instrumentū: & hæc oīa laudamus, arbitramur, diffinimus, dicimus, atq; inuiolabiliter præcipimus fieri & obseruari, sub pœna in compromisso apposita in singulis capitulis laudi & comprossi, si cōtrā factū fuerit, committenda: saluo & reseruato nobis arbitrio & potestate declarandi, interpretandi, & corrigendi super prædictis vbicunque, & quādo cunque visum fuerit expedire: & super prædictis & quolibet prædictorum iterum semel & pluries pronunciandi. Tabellio autem in fine sententiæ dicat sic: Latum fuit prædictum arbitrium præsentib. partibus, & laudum seu arbitrium audiendū statim expresse homologantib. seu approbantibus. Vel si altera pars abesset, dicat, præsente Titio[b] ad laudum seu arbitrium audiendum: & ego talis tali auctoritate notarius prolationi huius arbitrii interfui: & de mandato prædictorum arbitrorum, & de partium voluntate hæc scripsi, &c. E not. ꝙ si fuerint solummodo arbitri, qui ordine iudiciario seruato cognoscunt, debēt vti forma diffinitiuæ sentētiæ, de qua dicā ī. in tit. de sent. & re iud. §. vt aūt. Qualiter arbitri ad cognoscendū de causa suspicionis electi prōnūciabunt, no. ī. de recu. §. qualiter. ver. vt autem. Nota etiam, ꝙ singula verba in compromisso s̄. posita pondere non carent. sicut s̄. §. proximo, & per totum hunc tit. Rationem super singulis dictis diligēs lector poterit reperire, Et nota ꝙ quandoque fit cōpromissum in arbitrum tantùm; quandoque in arbitratorem tantùm: quandoque in vtrunque simul: vt in sequenti §. apparebit.

ADDITIONES.

a Pluries. ¶ Si dicam etiā semel & iterum, tenet Guido de Suza. quares pœnalis est, quod solum pro secūda vice incidet in pœnam, ꝑ l. fideicommissa. §. si quis decem. ff. de le. iij. & lex veluti. ff. de edēdo. §. hęc vox loquatur in non pœnalibus. hoc tenet in l. si duo. §. fin. ff. eo. tit. vide s̄. proxi. ver. sed quid si fuit. Adde videndum Bal. consil. cccxviij. lib. iiij.

b Titio. ¶ Credo quòd vitio scriptoris hic deficit, & absente Seio, tamen legitimè citato.

¶ Notabilia & dubia quædam de arbitris & arbitratoribus.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati subtilis, maximè reo fauentis, notabilis instructio in causa condemnationis pecuniariæ.*
2 *Compromissum si est in tres, & vnus condemnat in decem duo verò in viginti, quæ sententia præualeat.*
3 *Arbitri si concordent in summa condemnationis, discordent autem in termino solutionis, quorum sententiæ standum est.*
4 *Vbi tres sunt arbitri, valet duorum sententia præsente tertio lata, etiam si dissentiat.*
5 *Arbiter tertius, dissentientibus duobus, an sit vocandus & expectandus ad procedendum vel sententiam dicendam.*
6 *Compromissum factum de omnibus litibus præsentibus & futuris, an valeat.*
7 *Multiplicatio verborum non necessaria substantiam non immutat.*
8 *Iudicantium decreta non debent esse elusoria.*
9 *Cognoscere incipiens vt arbiter, diffinire debet vt arbiter.*
10 *Compromissio facta, vt possit procedi ordine iudiciario seruato, & non seruato quomodo sit interpretanda.*
11 *Arbitrator seu amicabilis compositor, an possit cogi ad arbitrandum in cōtrouersia seu contractu, in quo etiam potest assumi.*
12 *Pactum inter compromittentes ne arbiter cogi possit sententiam ferre, an teneat.*
13 *Compromissum & arbitrium ad hoc fiunt, vt lites finiantur.*
14 *Arbitri tres diuersæ iurisdictionis, per quos cogi debeant sententiam dicere.*
15 *Arbitri duo dissentientes, si tertium eligant incertum, nihil valet quod agitur.*
16 *Compromissum quod iubetur de consilio alicuius sapientis pronunciari, an valeat.*
17 *Compromissum, in quo sunt duo electi, nulla facta mentione de tertio, an sit validum.*
18 *Arbiter tertius mandato prætoris electus verus arbiter est habēdus, quasi partes tacitè intelligantur elegisse, si eos contingeret dissentire.*
19 *Arbiter tertius electus à duobus coactis, vel à iudice datus: an debet cogi recipere.*
20 *Arbitri duo tertiū eligentes per se sine iudice, si concordes ferunt sentētiam, an talis sententia sit valida.*
21 *Arbitri eligentes tertium litigantibus odiosum, an ipsis inuitis pronunciare possit.*
22 *Compromissum factum tanquam in arbitrum & arbitratorem, si actum & ratum est, ne ad boni viri arbitrium recurratur, vel ne sententia dicatur nulla, an sit validum?*
23 *Reductio ad arbitrium boni viri, quo iure petatur.*
24 *Reductio ad arbitrium boni viri, intra quod tempus petatur iudicis arbitrio relinquitur, cùm non sit à iure diffinitum.*
25 *Reductio in arbitrium boni viri, quando compromissum est tanquam in arbitrum, arbitratorem & amicabilem compositorem, an peti possit?*
26 *Ponens se in arbitrio alicuius, vt arbitretur super beneficio, si apposita est pœna, & ipse malè est arbitratus, quid iuris.*
27 *Compromitti an possit in abbatem, vel priorem, vel præpositum regularem. Compromissum morte expirat.*
28 *Religiosi in ipso religionis ingressu corpus & animam Deo dicauerunt.*
29 *Monachus simplex, vel frater Prædicator, vel Minor possunt esse arbitri.*
30 *Compromitti potest in episcopum, cum habeat cognitionem causarum.*
31 *Abbas an possit esse arbiter in causa monasterij.*
32 *Sententia arbitri actionem non causat, nec exceptionem.*
33 *Actiones non nascuntur ab initio ex voluntate partium, nec extinctæ renascuntur.*
34 *Compromissum tribus modis concipitur.*
35 *Compromissum si est in aliquem de iniuria, & passus iniuriam dicat arbitro, quòd si contingerit iniurium condemnari, detur cōdemnatio hospitali, an per tale quid acquiratur hospitali actio.*
36 *Actio an nouetur per sententiam arbitri.*
37 *Dictum in compromisso, quòd soluta pœna ratum maneat compromissum, quo modo intelligatur.*

38 Pact

7. §. Sequitur de quibusdam notabilibus & de quibusdam dubiis videre. Igitur in primis notã-
a dum est,[a] ꝙ si elegisti sub arbitro litigare, quem elegisti voluntariè, non poteris amplius ab eo dissentire. xxxij. q. v. horrẽdus. viij. q. ij. dilectissimi. extra. de re iudi. quod ad consultationẽ. & de test. præterea ff. de euic. si dictum. §. si sine. ff. de iur. om. iud. si tibi. §. j. C. de ac. & obl. sicut in initio. Imò in te inuitũ reddit iudiciũ, seu arbitriũ. ff. de verb. ob. inter stipulantẽ. ij. q. vi. c. à iudicib. § qđ de arbitris. extr. eo. arbitris ext. e. cũ tempore. de præsc. cũ olim. & c. veniens. arg. contrà, quòd possum eum reprobare. ff. de mu. & ho. vt gradatim. §. medicus. C. de profes. & medi. l. i. ij. & iii. & l. medicos. extra. de iureiu. quemadmodum. Sol. Vbicunque conditio subintelligitur, vel noua causa intercedit, vel iusta, possum reprobare qđ approbaui. de pœ. dist. i. quamobrem. xxii. q. ii. beatus Paulus. extra. de offi. dele. insinuante. Si ergo arbitrium non tenuit ip-
b so iure,[b] vel alia iusta causa, de his q̃ s. positæ sunt, poterit arbiter & arbitrium reprobari. x. dist. vides. C. de legi. l. non dubium. extr. de confir. vti. vel inuti. examinata. de rerum permu. c. fi. de testi. c.
1 ii. in fin. De hoc s. §. differt. versi. item arbitrium, & seq. † Notare quoque debet subtilis aduocatus, maximè reo fauens, ꝙ si duo vel plures arbitri volunt reum in centum marchis condemnare, & in hoc concordent, faciat vt vnus ex arbitris ipsi reo fauẽs condemnet in quinque solidis: & sententia eius tenebit, & omnes alios ad ad se trahet: quia omnes in illa summa concordant. ff. eo. tit.
c diem proferre. §. si plures[c]. Nec propter talem dissensum cogũtur assumere tertium: qa inter se non cõtradicunt: imò in vnam summam concurrunt, vt dixi: maior enim numerus includit in se minorem. ff. de adi. lega. l. iii. §. si quis plus. ff. de reg. iur. in eo. & arg. xv. dist. c. i. & inter asseuerantes non est contradictio extra. de his quæ fi. à præl. sine con. ca. cum apostolica. C. de non nu. pe. l. si asseueratio. ff. de inof. test. Papinia. §. sed nec impuberis. Tũc enim eos esse diuersos intelligo, quo ad hoc, vt tertius debeat assumi: quando vnus vult absoluere, alter condemnare. sic videtur loqui lex ff. e. item si vnus. §. si in duos. & §. seq. In absoluẽdo autem, vel condemnando maiori parti stabitur: vt in præ. §. si plures. extra. de
2 re iud. c. fi. ff. eo. ti. duo. ff. de pac. maiorem. † ¶ Sed pone compromissum est in tres, vnus condemnat in decem, duo verò in xx. & protestantur, ꝙ non consentiunt in condemnatione facta ad decem, absoluunt condemnatum ab illis decem: nunquid præualet sententia duorum? Dicunt quidam, ꝙ non. arg. in præ. l. diem. §. si in tres. alii contrà, ff. de vulg. & pup. substi. ex facto. §. i. quod veri-
d us est. [d] † ¶ Sed quid si arbitri concordant in summa condemna-
3 tionis, tamen duo ex eis dicunt, ꝙ detur annus cõdemnato ad soluendum condemnationem: tertius dicit de duobus annis? Dic ꝙ stabitur maiori parti, vnde cùm maior pars in anno concordet, annum habebit: vt patet ex præmissis, ext. de his quæ fiunt à ma. par.
e ca. c. i. lxv. dist. c. i. argumentum contrà: quia in dubiis [e] id accipiendum est, quod est vtilius debitori. ff. de cõdi. & demon. l. idẽ. & qđ minimum est, sequendum est. ff. de leg. iii. nummis. xiii. distin. nerui. ver. fin. versic. est tamen quòd. extrà. de spon. iuuenis. sed prius
4 dictũ de facto obtinuit. † ¶ Et nota, ꝙ vbi tres sunt arbitri, valet
f duorum sententia præsente tertio lata, licet dissentiat[f]. Eo verò absente

ADDITIONES.

a Notandum est. ¶ Secundum Vber. de Bo. & Ioan. de Deo. in versi. sed si sub arbitro. quem in prin. huius ti. allegaui.
b Ipso iure. ¶ Concor. quod no. de cle. coniu. diuersis. in gl. pe.
c Plures. ¶ Ex quo duo ex tribus concordant in summa, hæc cautela non valet: vt e. ti. c. i. lib. vi. Adde videndum Bal. quando valeat talis cautela, eius consil. clv. in vltims verbis. primo vol. vide etiã Paul. de Cast. consi. xxiij.
d Verius est. ¶ Verba sunt Alb. Gal. eo. tit. ver. sed pone quæstionẽ. & quid dicat ille §. j. satis dixi in præ. decre. j. super vlt. glo.
e Dubiis. ¶ Hic non est dubium, ex quo maior pars concordat: vt in præd. decre. j. e. ti. lib. vj. vbi idem no. Adde videndum omnino Bal. consl. cxlv. lib. j. vbi ponit, ꝙ si ex trib. arbitris vnus ꝯdẽnet Titium in decem hinc ad mensem: alius in octo hinc ad duos mẽses tertius in quinque hinc ad tres menses: quòd sentẽtia non valet. quod si vis capere tempus trium mensium, vt insist in vno mense tamen est diuersitas respectu summæ: quia in primo est plus re, q̃ in secundo. & sic de singulis.
f Dissentiat. ¶ Quid si taceat Alb. Odo. in sua disputa. quæ inchoat, Titius & Seius: dixit secundum Azo. vale sententiã duorũ tertio præsente, siue taceat, siue contradicat, per l. sicuti. ff. e. Hoc etiam tenuit gl. in summa huius tit. ver. quid si duo. dicens, ꝙ illũ tacẽtẽ habet ꝓ contradicente. Ipse verò tenet contrarium: quia requiritur, ꝙ omnes tres pronuncient: ad quod etiam sunt cogẽdi. Hoc verum, nisi in compromisso esset clausula, ꝙ valeret sententia maioris partis: quia tunc non esset necessaria pronunciatio tertii. ff. eo. nõ distinguem⁹. §. cũ in plures. & sic respõdit ad prædictã l. sicuti. & ad l. duo ex trib. ff. de re iu. quòd sententia maioris partis valet, qñ in cõpromisso, vel delegatione est clausula id sonans: vel cũ oẽs pronunciauerũt duobus ferentib⁹ vnã sententiã, & tertio ꝯriã. Allegabat pro se, ꝙ in sentẽtiis opus est verbis cõdẽnatoriis vel absolutoriis. ff. de re iud. l. j. Vnde nec sufficeret sententiam dari partib. in scriptis. C. de sen. ex breui. reci. l. j. & sic in stipulatione requirũtur verba. ff. de ver. ob. l. j. in prin. Ad idẽ facit C. de noua. l. fi. Ad hoc C. de duo. reis. Auth. hoc ita. Itẽ licet ĩ collegiatis valeat factũ maioris partis, ĩ eo tñ qđ ꝯpetit singulis, quales sunt arbitri, requiruntur oẽs, no. Mar. de consti. cùm oẽs. Item lex videtur expressa, ꝙ aut oẽs arbitri pronuncient, aut nullus. ff. eo. tit. item si vn⁹. §. item si plures. Et hæc solutio videtur placere Host. in Sũ-

a absente [a] lata, nõ tenet.ff.de arbi.si in tres.extra,eo.c.j. nisi actum
fuerit in cõpromisso,vt duo sine tertio procedant.ff.eo.nõ distin
guemus.§.cum in plures.sicut obtinet in iudicib.extra.de off.del.
b prudentiam.& c.vno.& de testa.Ray.in prin. [b] † Sed nunquid q̃-
do hoc actum est, debet tertius vocari ad procedendum,vel sen-
tentiam dicendum cũ aliis & expectari? Rñ.sic:sicut & tertius cõ
judex citatur,& expectatur,vel eius excusatio:aliàs non pñt pce-
dere duo:vt in præ.c.prudentiam.rñ.j.Arbitria enim ad instar iudi
ciorum redacta sunt,vt ff.e.l.j.Secus aũt esset,si actũ fuerit,ꝙ duo
possunt sine tertio pcedere: & eo præsente, & absente citato, et
c non citato:sicut quandoque dici de partib.consueuit. [c] †¶Sed q̃
6 ritur,an valeat compromissum factum de omnib.litibus præsen-
d tib.& futuris? Dic [d] ꝙ sic:cum nõ sit prohibitum.ff.ex qui.cau.ma.
e necnon.§.ij.ff.de pba.l.ab ea parte. [e] ¶Sed pone,ꝙ sicut quotidie
fit,cõpromittitur in P.tãq̃ in arbitrũ,vl arbitratorẽ,seu amicabilẽ
compositorẽ,pœna apposita:deinde P.pronunciat.nunquid vale
bit dictum eius iure arbitrii tantum,vel etiam arbitratus tantum,
vel vtriusque,vel neutrius? Et hoc pdest quærere: quia arbitrio
semper statur:arbitratus autem reducitur ad arbitrium boni viri,
si fuerit iniquus:vt dixi s̃.eo.§.j.ver.est etiam differentia.Et quidẽ
videtur,ꝙ neutrius iure valeat.ff.de rebus dub. in ambiguo. ff. de
regulis iuris,vbi repugnantia.C.de fide instrumentorum.scriptu-
ræ.C.de codicil.l.si idem.& l.fi.in prin.extra.de fi instr.imputari.de
censi.cũ olim.de app.solicitudinem.ad fi. extr.de off.dele.cum su
per.in fi.ext.de resc.ex tenore.extr.de postu.c.fi.Econtrà videtur,
ꝙ teneat iure vtriusq;.nec enim nocet testamentum diuersis no-
minib.appellari.C.de test.testamentũ.C.de codic.l.fi.xciij.di.legi
mus.in fi.xiiij.q.iij.plerique.extra.de simo.in tantum.arg.ff. si cer.
pet.l.si tibi pecuniam.in fi.Imò videtur ꝙ teneat iure cõpromissi:
7 maximè ex quo pœna vallatũ est.†Nã verborum non necessaria
multiplicatio substãtiã non immutat.ff.de aur.& arg.leg.l. pedi-
culis.§.Labeo.ff.de reg.iu.quę dubitationis.lxxxvj.dist. facientis.
§.q.j.Marciõ.xxxviij.dist.sedulo.extra.de verb.signif.nihil ob.& c.
seq.Imò videtur,ꝙ tãtũ iure arbitrat⁹, tãquã humanioris.arg. C.
cõia.de le.l.omne. ppe fi.extr.de transac.c.vlt.ad fi. cũ suis cõcor.
f Rñ.valebit secundũ quosdam, [f] eo iure,quo melius valere põt,&
potius iure arbitrii:ne possit reduci ad arbitrium boni viri.arg.ff.
man. qui mutuam. & in concordantiis positis §. ibi: imò videtur,
quòd teneat.Nec enim itur ad arbitros causa inducendarum,sed
8 dirimẽdarum litium.ff. eo quãuis. †Nec iudicãtiũ decreta debẽt
esse elusoria,præsertim arbitratorum:nec in alios trãsferri. arg.ff.
eo.non distinguemus.§.quæsitũ.arg.ff.de reb.dub.quoties. ff. de
iud. si prætor.rñ.j.ff.ne quid in loco pub.l.fi.C.de bo.quę li.cũ nõ
9 solùm. §. vbi aũt puerilis. in fi. † ¶Quid si compromissum est in
aliquem, tãquã in arbitrum,arbitratorẽ,seu amicabilem compo-
sitorẽ:coram illo libell⁹ porrigitur,litis cõtestatio fit,& de calũnia
iuratr:postmodũ ipse vult tãq̃ arbitrator cognoscere seu diffinire,
& n tãq̃ arbiter? Dic ꝙ nõ põt.qa ex quo incipit vt arbiter cognos-
cere,diffiniat vt arbiter.arg.C.de codi.nec codicillũ.C.de iure do.
impe.l.ij.& eligendo vnã viã,alteri renũciat.C.de pac.inter emp.
& vendito.l.cõmissoriæ.& varietas reprobatur.extra. vt ec.bñ. c.
g vno.Alii contradicunt, [g] per l.ff.de test.mili.l.si miles.j.& ff.de ac-
qui.hæred.l.Claudius.Et idem dicunt econuerso:ꝙ si primò cœ-
pit cognoscere vt arbitrator,non poterit pronunciare tanquam
arbiter.& vide j̃.versi.sed nunquid peti.& facit C. de epis. audi. si
qui ex consensu: quia iuxta formam petitionis debet sentẽtia for
10 mari,extra.de accus.qualiter.& qñ.ij.§.fi.†¶Quid si sit compro-
missum,vt possit pcedere ordine iudiciario seruato,& non serua
h to? Respõ. [h] hæc verba sic sunt interpretanda,ꝙ cõpromittitur in
eũ tanq̃ in arbitrum,& tanquam in arbitratorem:& si processerit
vt arbiter,s.seruato ordine iuris,non redigetur eius dictum ad ar-
bitrium boni viri:si vt arbitrator,s.iuris ordine non seruato, vt s̃.
i §.j.Quid si simpliciter eligitur in arbitrum? Dic [i] ꝙ non intelligit
electus vt arbitrator,nisi ex aliis verbis compromissi appareat de
contraria intentione:puta,si dictum sit, ꝙ possit pcedere ordine
iudiciario nõ seruato:& econueso, si electus est in arbitratorem,
vel in bonum virum,non intelligitur electus vt arbiter,nisi ex ali
is verbis aliud appareat.Quæ differẽtia sit inter arbitrũ & arbitra
torem,& de sententiis eorũ.& effectu earũ,qualiter cognoscent,
& de homologatione sententiæ vtriusque,dic secundũ Papã, vt
no.extra.de iureiur.Quintauallis,& dixi s̃.eo. §.j.ver.est etiam dif
11 ferentia.†¶Sed nunquid arbitrator,seu amicabilis compositor
poterit cogi ad arbitrandũ in controuersia & contractu , in quo
etiã põt assumi:vt ff. p socio.si societatem.ij.Arg.ꝙ non.ff.eo.itẽ
si vnus.§.principaliter.vbi dicit tantũ de arbitro,qui sustinet par-
tes iudicis.Vnde aliud videtur in arbitratore,seu amicabili cõpo-
sitore,q habet pacificare.C.de iudiciis.Auth. si verò cõtigerit. &
arg.ff.de verb.oblig.l.si quis arbitratu.Cum enim nemo cogatur
trãsigere vel pacisci:vt in auth.vt litig.iurẽt.§.fi.ergo nec senten-
tiam dicere.Ad hoc tñ dico,ꝙ sic.arg.ff.e.l.iij.§.tametsi.licet & ibi
de arbitro loquatur.Si enim scripsi tibi Digestũ,vel feci tibi fossa
tũ,& debet mihi satisfieri arbitrio Titii,qui non vult arbitrari: æ-
quũ est vt cogatur,& ẽt ęquius q̃ in arbitro.Nec est contrà,ff.lo-
k ca.si merces.in prin.& C.de cõtrahẽ.emp.l.fi.ver.sin aũt [k].qd ẽm
ibi dicit,noluerit vel,non potuerit,sic intellige: noluerit, s. cũ in
se arbitriũ nõ receperit non potuerit,scilicet,qñ recepit: & iustã
causam allegat,quare pnũciare nequit:aliàs aũt cogẽdus est pnũ
ciare:ne litigatores vel contrahentes decipi videãtur, qui alium
amicabilem cõpositorẽ inuenissent, si iste nõ recepisset:vt in præ
§.tametsi.Nec enim amicitia debem⁹ decipi,sed iuuari.ff. de neg.
gest.si pupilli.§.videamus.ff.cõmo.in cõmodato.§.sicut autẽ.ex-
tra.eo.c.vnico.& de fideius.c.ij.Ex quo ergo suscepit,cogi debet,
nõ aliter:vt in præ.§. tametsi.& C.cõmu.de leg.l.si duob.§.sed si qs.
ibi:hoc facere supsederit,&c. ff.d le.ij.l.ij.Suscepisse aũt vr̃, si pñs
l ẽ,eo ipõ ꝙ patiat̃ i se cõpmitti, [l] ar.ff.mã.si remunerãdi.§.si pass⁹.&
l.qui

ADDITIONES.

☞ ma huius tit.§.qualiter.ante finem. Ego puto cum Azo. & Gof.
quòd sententia valeat,etiã de iure ciuili.Et põdero,quòd decr. ij.
e.ti.li.vj.ponit duo. principale est ius nouũ in foro ecclesiæ locũ
habẽs:vt in fi.no.in gl.super ver.ciuili.Inductiuũ vel similitudina
riũ est ius vetus,quod ponit ibi,sicut posset illo præsente & nolẽ
te cũ eis in vnã sententiã cõcordare.Ergo patet de iure veteri suf
ficere præsentiã,sine pronuntiatione.Itẽ ratione legis deficit eti-
am præsente & tacẽte,qui collegas in sui opinionẽ tacẽdo trahe
re nõ potest.Cùm ergo eũ cõcordare nolle appareat per cõtradi
ctionẽ sine pronunciatione: cùm dicit, nolo concordare . & per
taciturnitatẽ,qua durante cõstat concordare nõ posse, & hæc im
potentia super voluntate fundatur:ergo constat eũ nolle.valebit
ergo duorũ sententia:cùm per id pateat,hoc nõ esse illud mediũ
qd ponit regula,is qui tacet.de reg.iu.lib.vj. quo medio sublato,
siue ipsum tacentẽ habeas p cõsentiẽte,siue pro cõdicẽte pcedit p̃
dicta cõclusio.Benefacit ad id finis ipsi⁹ ptis q finis vult illũ haberi
pro præsente:& sic ostẽdit sufficere præsentiam. Adde, ꝙ opi. Io.
And.tenet Bal.alle.cõsilio,in proxima addi.& consi.cccxxj.lib. ij.
incip. proponitur.vbi etiam tenet,quòd si duo elegerunt tertiũ,
et promiserunt stare eius dicto: & deinde illi duo, qui tertiũ ele-
gerunt ,concordent, quòd valet eorum sententia absque tertio.
a Absente.¶Vel mortuo,vt in decre.vno.statim allegata.
b In prin.¶Hodie iure nostro tenet processus & sententia,si ille ar
biter tertius legitimè requisitus conuenire non vult.eo.tit.c.ij.li.
vi.Iste verò articulus pleni⁹ tractatur j̃.ver.quid igitur.& seq.&c.
c Consueuit.¶Distingue in forma compromissi,sicut distinguitur
in forma delegationis decret.cùm plures.de off.deleg.lib.vi.
d Dic.¶Secundum Alb.Gal.cuius est iste versic.eo.tit.ver. sed po-
ne quod factum.
e Parte.¶Hoc plenius prosequitur,& dubiũ aperit.j̃.vlt.char.vers.
quid ergo si.
f Quosdam.¶Vber.de Bo.cui⁹ ad literã fuit iste ver.sui operis col.
pe.et etiã Alb.Gal.hoc tenuit eo.tit.ver.pe.qñ nec ex verbis sen-
tentiæ,nec per acta, quia nulla apparẽt,discerni põt,quo iure pro-
cesserit.Facit quod no.s̃.tit.j.§.sequitur.ad fi.ver.quid si.episcop⁹.
adde vt refert Alex.in l.j.ff. de iud. qd idẽ videtur tenere Bal in l.
iij.ff.de testa.mil.et in c.fi.de re iud.sed Rayn.in l.in testamẽto. C.
de test.mil.tenet cõtrarium: qa imò tanq̃ arbitrator:quia æquius.
Rota dicit obtinuisse in facto:& ꝙ Bal.ita voluit in l.si seruus plu
riũ.ff.de leg.j.in §.fi.et in l.non codicillũ.C.de testa.pter.h.d.A-
le.cõs.xiij.et lxxxvj.lib.j.et cõsi.xix.li. iiij. tenuit,ꝙ confessio facta
corã eo. q habet potestatẽ cumulatã arbitri & arbitratoris est iu-
dicãda,ꝙ sit facta corã arbitratore.Alle.Bal.vbi suprà, dicentẽ ita
seruari de consuetudine.Alleg.etiam Bar. Ang.in d.l.si seruus. &
Ioan.de Imo.in l.nemo potest.de leg.j.Arch.in cle.de verb.signi.
g Contradicunt.¶Vt Host.& scripsi in c.Quintauallis. in gl.magn.
in ver.& quid dices.& Fran.Accur.in sua quæstione, quæ incipit,
duo consortes,alle.duas leges,quæ sequuntur.& in l.2. ff.de ope.
le.facit,quod no.j̃.ti. 1.ver.vltimò no. propter hoc dubium posi-
tus fuit in forma compromissi.s̃.§.proxim. ante med. versi.quo-
que si velut.
h Seruato.¶Respon.sm Inn.vt in gl.præ.ver.quid si cõpromissum.
i Dic¶Secundum Inn.vt in gl.præ.ver.hoc autem.
k Sin autem.¶Ibi de hoc,& communiter non approbatur,ꝙ vl.gl.
ibi distinguit arbitrum ab arbitratore : sed solùm distinguitur ab
vtroque,an susceperit:nécne:vt sequitur.sic & in fideicõmissario
dr̃ de testa.c.Ioan.Adde,ꝙ idẽ tenẽt cõiter Legistæ in l.j.de leg.ij.
l Compromitti.¶Hoc dictũ, & quod de absente sequitur, nõ pla-
cet.&de arbitro est expressum cõtrium.ff.e.l. Pomponius:aliàs inci
pit,si de meis.§.recepisse.Facit prædicta decretalis,Ioann.de testa.
& quod ibi dixi super ver.susceptum.ff.de proc.l.filius. §.inuitus.
& cle.de proc.c. 1.vbi non sufficit scire,nisi instrumentum simpli-
citer receperit.Nec ẽt illud sufficit,nisi cõstituens p ipso cauerit.
☞ Leges

l.qui patitur.& l.se. Si verò absens est, statim cũ cognouit, debuit ɔdicere: alioquin suscepisse videt. vt ff. ad Maced. l. si filiusfami. ab
12 sente. extr. d spõ. ad id qđ. & qui ma. accus. pos. insuper. † ¶ Quid
a si actũ sit inter ɔpromittẽtes, ne arbiter cogi possit sniam ferre?a Et videtur tale pactũ valere: cũ ius illud, qđ dicit ꝙ arbiter cogatur nõ sit ius publicũ auctoritate & vtilitate, secundũ ea, q̃ not. j. de cõclu. & renũ. versi. cui autẽ. Ad idem ff. đ mino. si iudex. & cũ
b qlibet, & c. C. de pac. si quis. Cõsensus enim litigatorũ facit licitũ, qđ alias nõ liceret. ff. de fer. l. j. b ff. de arbi. si feriatis. & l. nõ distinguem⁹. §. cũ in plures. & §. de offi. & l. si cùm dies. §. pluriũ. Itẽ forma mãdati seruãda est. ff. manda. l. diligẽter. extr. de rescr. cũ dilecta. Quidam contrà hoc enim pactum videtur appositũ ad malignãdũ: & ideo valere nõ debet. ff. de pact. do. l. cõuenire. & ff. de reli. & sump. fune. Neratius. ff. de arbi. qualẽ. ff. solu. matr. alia causa. C. de in off. testa. si quãdo. §. j. Nã daretur arbitris malignandi occasio: quod esse nõ debet: sicut nec in cõtractibus. C. de ɔtrahen. empt. in emẽtis. Nec pactũ compromittentiũ pt hoc ius tollere:
13 vt ext. đ testa. requisisti. ff. de leg. j. l. nemo potest. † præsertim q̃ cõpromissum & arbitriũ ad hoc fiũt, vt lites finiãtur. ff. de arb. l. j.
c & l. itẽ si vn⁹. §. si in duosc. ¶ Hoc quoq; notandũ est, ꝙ si sint duo vel tres arbitri, cogẽdi sunt p ordinariũ sententiã dicere, vel ter-
d tiã d psonã eligere: ne res sit sine exitu futura, ꝑpter hominũ ad dissentiẽdũ naturalẽ facilitatẽ. ff. e. itẽ si vn⁹. §. pricipaliter. & hoc
14 si sunt eiusdẽ iurisdõnis. ff. e. l. iij. §. tametsi. † ¶ Sed qđ si isti duo ñ sunt eiusdem iurisdictionis: puta vnus est Narbon. alter est Bituricen. tertius fortè est cleric⁹? Credo quòd iudices eorũ debent si-
e mul conuenire, & eos simul ad hoc e cogere. argu. ff. de excu. tut. iurisperitos. §. j. secũdum Vber. de Bo. arg. extr. de senten. excom. cùm illorum. Cogentur autẽ captis pignoribus. argu. ff. de lega. j. l. huiusmodi. §. fi. extr. de offic. deleg. suspicionis. ff. đ mune. & ho.
15 si quis magistrat⁹. ff. de ven. inspi. l. j. §. ex hoc. † ¶ Sed ei quod dixi, ꝙ duo cogũtur tertium eligere: opponitur. nã si in duos committitur sic, vt si dissentiant, tertium in certum assumãt, non valet quod agitur. ff. e. item si vn⁹. §. si in duos. ext. eod. innotuit. Dic ꝙ hoc non valet ex partium consensu: potest tamen auctoritate iudicis tertius assumi: vt in præ. §. principaliter. in fi. vel iuris auctoritate: vt extr. de appel. cum speciali. & sic intellige præmissa. Et dic, quòd aut fuit actum à principio de tertio eligendo, aut non: si fuit actũ, aut de certo, & tunc valet: vt in §. principaliter. aut đ incer-
f to, & tunc non valet. eo. tit. l. ij. §. nihil. f † ¶ Sed quid si dicatur in
16 cõpromisso, quòd de consilio alicuius certi sapientis pronuncietur: nunquid valet? Non videtur: quia libera potestas iudicandi videtur eis auferri: vt in præ. l. item si vnus. §. idem Pomponius. sed non est ita, vt quidam dicunt: quia præmissa adiectio pro non adiecta habetur: vt ff. loc. si in lege. in princi. nec per hoc habet e-
g ius consilium sequi g. argument. ff. de administrat. tu. quidam decedens. & l. Titium & Mæuium. respon. j. extr. de arbi. cùm olim. de elec. cùm in veteri. Si verò dictum est quòd pronunciet quod
h tali perito placebith: non cogitur pronunciare: vt in præd. §. item Pomponius. Alij dicunt, quòd si fuit dictum, quòd consilio & voluntate talis pronuncietur: tunc sine illo pronũciari non potest. Si autẽ fuit dictum cum consilio tantùm: tunc sufficit eius consilium requiri: nec est necesse, quòd sit præsens: vt in præ. capitulo cùm olim. Si autem causa committitur ita, vt secundum alicuius consilium pronuncietur, quid iuris? Super hoc dic secundum do. Inno

ADDITIONES.

☞ Leges ĩ. alle. nõ obst. prima loquitur in passo, ꝑ se fideiuberi. Secunda loquit in illo, q patiatur ab alio mãdari, vt sibi mutuet. lex, si fili⁹. loquitur in filiofa. qui quasi ex patris mãdato pecuniam recepit, mandans patri, vt solueret: qui tunc debet cõstitutionẽ ꝑponere contrariæ volũtatis. Decr. allegatæ de ꝑprio facto loquũtur, sed in casu nostro, quid ad me, si duo ɔpromittũt ĩ me, quod possunt ꝑ libito facere: quare igit teneor respondere vel loqui, nisi cùm requirar: faciunt not. de præsumption. nonne. Adde, ꝙ ꝑ opin. Spec. facit qđ voluit Pau. de Cast. in l. absenti. ff. de do. quòd licet procurator substitutus in absentia non sit statim procurator: tñ cùm ad eius notitiam peruenit, vult quòd sit procurator. Allegat Fede. de Senis consil. xxiij. Archi. in cap. ij. de ꝑc. in vj. Spec. in tit. de procur. §. j. versi. quid si instrumentum. allegat etiã Bar. ita cõsuluisse. & vide, licet ipse nõ alleget, cõsilio mihi lxxiij. inci. Quæritur vtrum procurator.

a Ferre. ¶ Guid. de Suza. in §. si in duos. allegato. in fi. huius versic. quærit quando actũ est, quòd duo cogi non possunt eligere tertium, quæ quæstio differt ab illa, de qua ĩ. versic. sed quid si duo, vt ibi dicam. & tenet pactum valere, per §. de officio ĩ. allegato. Et quia legum austeritas, pacto litigantium mittigatur. C. de tẽpo. app. l. fin. in fin.

b Fer. l. j. ¶ Et extr. eo. tit. de fer. ca. vltim. in fine.
c In duos. ¶ Gui. de Suza. licet in simili quæstione, de qua prædixi, teneat contrarium in isto §. coadiuuat tamen hanc partẽ, quã fatetur æquã, per l. iij. §. j. ff. eod. & l. si de meis. §. recepisse. per l. pen. ff. pro soc. & si cer. pet. l. quidam.
d Tertiam. ¶ Sup. quando sunt duo.
e Ad hoc. ¶ Scilicet ad eligendum tertium, quando sunt duo: vel ad pronunciandum, quando sunt tres: & idem si duo.
f Nihil. ¶ Vide qđ dixi in præd. decr. innotuit. in gl. qñ ergo. & sup gl. ij. Et addo ad illa, ꝙ Franc. Acc. in quæstiõe, de qua dixi s̃. versi. quid si cõpromissum. tenuit, ɔpromissum factum in duos cũ potestate eligendi tertiũ incertũ, valere. & §. si in duos. procedat, q̃do discordant in tertio eligendo. Facit ff. qđ cuiusque vniuers. itẽ eorũ. §. si Decuriones. Probat per textũ ibi, nam & in assumendo, & c. Cessante ergo illa rõne, qa cõcordarunt in tertio, cessat phi. bitio: quia qđ durius est, vt dicit, rõ præfert verbis. Allegat ff. đ iure pa. l. adigere. §. quãuis. de adi. le. l. iij. §. conditio. qđ cũ eo, qui in alie. potest. l. si filius. & de in ius vo. l. quãuis. Facit C. q̃ sit long. cõsue. l. j. Et prædicta concludunt valere sententiã, in qua ipsi duo ɔcordant, tertio nõ electo. Cõtrariũ in innuit hîc, & j. vers. sed pone. ad cõcordandas has opiniones contrarias: cũ ex opinio. Fran. sequi posset absurditas, scilicet cũ partes diutius litigassent: & tẽpore diffinitiõis discordarẽt arbitri in pronũciãdo, qa sic possent discordare in tertiũ eligendo: & per id partes inutiliter sic grauatæ essent diutinis laborib. & expẽsis grauib. bona fuit ɔsideratio legis, volẽtis huic casui prouidere, qui euenire poterat, licet non euenerit. quod sæpe iura faciunt, de diuor. quanto. in fi. de fer. nõ ordi. c. j. de procu. c. j. C. in quibus cau. in integ. restitu. non est ne. l. vlt. C. quando li. vni. sine iudi. se vin. l. j. Sed si ab ipso principio illi duo arbitri concordarent de tertio, qui deberet in casu discordiæ tempore diffinitiõis adesse: hic optimè procedit hæc opi. ex qua nulla possunt sequi incõuenientia: & si compromittentes ñ arctassent ipsos ad habendum tertium solùm tempore sententię in casu discordiæ: sed simpliciter dedissent potestatem de assumendo tertio, si vellent: statim ille cum eis posset inchoare processum, & sine vlla calumnia habetur perinde, ac si per compromittentes nominatus in compromisso fuisset. ¶ Sed aduertendũ est, quòd vbi ponderamus solum euentum discordiæ in his, sequeretur, quòd si in vnum solum quamuis cõmissa esset electio tertij, cùm ille cum seipso discordare nõ posset, valeret à principio compromissum. Ad quod facit decre. pen. e. ti. & tamen decre. in notuit. solam incertitudinem ponderare videtur. & decre. pe. habet varias lecturas, vt ibi patet in tex. & super vltima gl. Sed ĩ terminis, quos dixi suprà, incertitudini & discordiæ ãprin. ꝑuidetur Faciunt proximè dicta ad secundum articulum quæstionis Iac. đ Are. de qua dixi s̃. §. j. super ver. arbitrator. ad fi. de cõpromisso facto in duos, qui si discordarent, Titius daret tertiũ. Et dici potest, secũdum eum, tale compromissum non valere: quod nec suis viribus nititur, nec prætoris. Suis non. ff. e. item si vnus. §. si in duos. & §. principaliter. & extra. eodem, innotuit. Prætoris non: quia cùm partes tertio talem electionem commiserint, prætor ñ potest cogere arbitros ad eligendum tertium. Vni enim cõcessum aliis denegatur. C. de testa. l. consulta. Nec illum nuncium cogere potest, vt eligat, qui se ad id non adstrinxit. ff. locat. l. si merces. in principio. C. communia delegat. l. si in duobus. in principio. de contrahenda emptione. l. si. & sic cum nec suis viribus, nec prætoris auxilio iuuetur, cessat. Quod nota pro solutione contrarij in prædicto §. principaliter. Subdit tamen dici posse, quòd si concordant primi duo in sententia, illa valet. & tenuit compromissum, non ex suis naturalibus viribus, sed quia sic fieri consueuit. ff. de vsufruct. l. si quis donaturus. cum concordant. & đ legatis primo l. si seruus plurium. §. j. Facit extr. de temp. ord. quod translationẽ. in fi. Nec vitiatur ex clausula de eligendo incertum, quæ locum non habuit. Facit C. de lega. l. si legata. & de impube. & aliis substitut. l. post aditam. Adde, quòd opi. Ioan. An. concordat Bar. in dicto §. si in duos. & Abb. in d. c. innotuit. & incertitudinem ẽt ponderat Angel. consilio lxxxiiij. in princip. Secundò, quando absente tertio possint sentẽtiare, vide Oldradum consi. xl. Abba. consi. lxiiij. j. lib. & xxvij. ij. lib.
g Sequi. ¶ Tenet tñ requirere, vt probãt iura sequentia: & sic non habet, ꝑ nõ adiecta, vt prædixi. Vñ nõ bene continuat Guid. đ Suza. in §. idẽ Põponius. Per hanc rationẽ diuersam à prima tenet ɔpromissum valere. Alleg. ẽt ff. mand. idẽq;. §. si quis ea. Consuetudo approbat compromissum talis valere, quòd pronunciat prout certus: & fortius incert⁹ iurisperit⁹ đ iure ɔsulet. & no. hæc. ff. de hæred. instit. l. illa institutio. in fi. ij. gl. Adde Bal. in l. si plures. ff. de exerci. & in d. §. idem Pomponius. & pulchrè Ange. ɔsi. cclxxj.
h Placebit. ¶ Qũo Hosti. ponderauit hoc verbum, vt sonet in aliud ꝯ arbitratus, scripsi in decre. pe. eo. tit. super vlt. gl. & sic soluit contrarium. §. statim. allegatus. ad §. ibi. seq.

Inno. IIII. & do. mcũ vt no. extr. de offi. deleg. ca. si pro debilita-
a te a. † ¶Sed quid si duo sunt electi, & actũ est in compromisso d̃
17 tertio non assumendo b. nunquid valet compromissum? Et vide-
b tur quòd sic: quia cõtractus ex conuentione legem accipiunt. ff. depo. l. i. §. si conuenerit. ff. si quis cau. l. sed & si quis. §. quæsitum. Sed Vber. de Bo. dicit huiusmodi pactum non debere seruari: q̃a primũ est cõpromisso: vt s. ver. hoc quoque notãdũ. vnde cõpellẽtur eligere captis pignorib. vel per pœnam, vel inclusis personis. ff. ad leg. iul. pecul. l. pe. in fi. Alij cõtrà, vt in primis concor. & ff. e. Pedius. §. fi. Sed licet dixerim s. versi. hoc quoq; ꝙ duos arbitros
c electos discordãtes p̃t p̃tor cogere tertiũ eligere, c & eos cogere in illũ ↄsentire, ar. ff. de admi. tu. l. iij. ĩ fi. ff. de bo. au. iud. pos. l. in vẽdi-
d tiõe. §. fi. C. d̃ nu. l. j, & l. ĩ ↄiũctiõe. ar. t̃n ↄ, ff. d̃ iud. l. ij. §. ↄuenire. d †
18 ¶Sed nũquid iste tertius sic datus est arbiter? e Videt ꝙ sic: quasi
e partes tacitè intelligãtur eũ elegisse, si arbitros cõtingeret dissentire, quẽ ipsi eligerẽt, vel iudex eis daret, argu. extr. de appel. cum speciali. de offi. deleg. suspicionis. argu. ↄtrà, ff. de verb. obliga. ita stipulatus. §. Chrisogonus. in fi. & extra. de offic. delega. P. & G. In quib. colligitur, quòd non subintelligitur aliqua persona in stipulatione, nisi de qua nominatim actum fuerit. Sed dic, ꝙ nõ intelligitur esse arbiter, nec iudex: sed ipse vocabit ad se arbitros: qui si in vnam sententiam conueniant, planum est: si verò discordent, eius auctoritati stabitur: vt in præ. §. principaliter. in fi. non quòd idem ipse pronunciet sed eius dicto seu consilio eis in scriptis dato arbitri stare cogentur, & secundum illud pronũciare. Et sic est ↄsiliarius seu mediator: & sic de facto obtinuit, vt quidam dicũt. Idem etiam dicunt in tertio à partibus electo de iudicis præcep-
f to f. † ¶Sed nunquid iste tertius, à duob' arbitris coactis elect',
19 vel ẽt à iudice datus, debet cogi recipere? Resp. sic. C. de aduoc. diuersi iu. sancimus. Alij ↄ, arg. ff. e. si cùm dies. in princ. & l. iij. §. ta-
g metsi. & in præ. §. principaliter g Sed nunq̃d stabitur eius solius di-
§ cto, aliis duob. discordãtib'? Vr̃ ꝙ sic: vt in præ. §. principal'r. § in fi. ibi. cuius auctoritati pareatur. quod intellige, vt iam dixi in ver. sed nunquid iste. Quid si vnus ex arbitris concordet cũ isto tertio? Dicunt quidam, quòd valet eorum sententia, tãquam à maiori parte lata. ff. e. si in tres. aliàs in l. item si vnus. §. principaliter, & §. Celsus. & l. seq̃ẽ. extr. e. c. j. ext. de his, quæ fiunt à maio. par. capi. c. j. ff. de re iudi. duo ex tribus. secundum Iaco. Bald. & dicam ĩ. ver. item quid si omnes. Sed hæc ratio non videtur mihi bona: cùm iste tertius non sit arbiter, vt iam dictum est; & ideo nõ facit numerum. Ratio est ergo, quare valeat hæc sententia quia vnus arbiter pronunciat iuxta consilium huiusmodi, vt prædictũ est. nã & solum eius consilium seq̃ẽdum est, vt iam dixi. Quid si omnes discordant: quia vnus dicit quinq;, alter duo, alter vnum? Dicunt quidã, quòd iste tertius pronunciabit, & eius dictũ valebit. Ego dico, quòd non pronunciabit, sed procedet. vt dixi suprà
20 ver. sed nunquid iste. † ¶Sed pone eligendo tertium bene duo arbitri per se sine iudice concordant, & eligunt: & sic omnes tres concordes ferunt sententiam: nunquid valet? Respond. non, secundum Ioan. Nam cùm compromissum ab initio sit inualidum: puta factũ super tertio incerto assumendo contra iuris formam:
h vt s. versi. sed ei quod dixi h. tractu temporis non conualescet. ff. de regu. iur. q̃d in initio vitiosum est. & l. pe. xvj. q. iij. ca. placuit. §. potest. extr. de elect. auditis. Sed nunquid processus corã eis habitus tenet: puta positiones, cõfessiones, negationes, & huiusmodi? Respon. non: quia si principale non tenet, nec accessorium. ff. de re. iur. cùm principale. extr. de iudi. at si clerici. de appel. vt d̃bitus. in prin. xj. q. i. in clericorum. extr. de fide instrumen. inter. ꝓ-
i pe fi. argu. ↄ. ext. eodẽ. c. penul. i † ¶ Sed quid si arbitri elegerunt
21 tertium, vel datus est eis non eligentibus à iudice: demùm litigatores nolunt quòd arbitrẽtur cũ isto, sed volunt quòd alium eligãt, ipsi verò hoc nolunt? Videtur quòd inuitis partibus possint pronunciare auctoritate isti' arbitri: quia eis cõcessum est eligere tertium à lege: vt in prædicto §. principaliter. Vel eis dissidẽtibus, prætor potest eos cogere, vel eis eum dare, vt dictum est. Si ergo elegerint, vel eis iudex dedit tertium, cuius auctoritati pareatur iure factũ est, & secundum legem: vnde nõ debet alio euentu tolli. C. de administ. tut. l. sancimus. C. de adult. Gracchus. xxv. q. ii. si ea. ne edictum istius iudicis illusorium videatur. ff. de iud. si prætor. ff. ne quid. in loco publi. l. fi. ext. de matri. contrac. ↄ inter. eccle. contract. c. i. de clande. despõs. cùm inhibitio. §. penult. credo quòd non possint. Non enim cogitur quis transigere, vel pacisci: ergo nec litigatores in istum consentire coguntur, in Auth. litig. iur. §. fi. & argumen. ad hoc. ff. e. l. non distinguemus. in fi. &
§ l. sequen. Quid si actum fuerit in compromisso, § vt nulla exceptio proponatur? Dic vt infrà, in tit. de cõclu. & renun. ver. po-
k ne k. † ¶Item, quid si compromissum est tãquã in arbitrum & ar-
22 bitratorẽ, & actũ & iuratũ ẽ, ne ad boni viri arbitriũ recurrat, vel
l ne dicatur sententia nulla, vel iniqua? Dic nõ valere l. arg. extr. de iureiu. quemadmodum, & c. ad nostram. ij. extr. de foro compet. si diligenti. in fi. quia tale pactũ videtur ↄ bonos mores: vnde nõ
l.& ſi debitor.& ff.de admin.tuto.l.inter tutores.& inſtitu.de act.§.in bonæ fidei. In contrarium facit, quia habet inſtar reconuentionis.C.de compenſat,l.neque.quæ non poteſt fieri coram arbitro,extra,de arbitris.ca.cùm dilectus. Item quia eſt quæſtio, quæ poteſt examinari ſeorſum à principio, nec eſt reſciſſoria, neque contigua:ergo nec veniet,ex quo non fuit plenum, id eſt, generale compromiſſum:vt l,ſi cùm dies. §.plenum. Itē excōicatus ꝑt excipere:& tamē non poteſt ꝯpenſare.ext.de iud.c,intelleximus.quia non eſt mera defenſio. Et pro hoc facit quod Bald. not.in l.qm̄ Alexandrum.C.de adult. ¶Item compromiſſa ſunt ſtricti iuris;& non prorogātur.ff.de arbi,l.non diſtinguemus.§.illud.Et ad hoc facit quod no.j̃.de recuſ.§.effectus.ver. item quid ſi vna ſolutio.Aut compenſatio naſcitur ex eadem cauſa:vt ff.pro ſo. l.de illo,& tunc poteſt opponi:vt ff.famil erciſ.l.Mæuius.§.arbiter.Aut ex alia cauſa:& tunc coram mero arbitro non poteſt opponi:nec poteſt incidere coram eo;ſed arbitrator,ſi vult,poteſt conditionaliter abſoluere,vt,Abſoluo te ab vndecim,de quibus eſt compromiſſum,ſi tu abſoluis aduerſarium tuum à totidem,de quib.compenſatio opponitur.Iubere enim de eo,de quo non eſt compromiſſum,non poteſt,ſed ꝯditionem adiicere,ſuadente æquitate.& ſic iudex quoque appellationis cognoſcit de ꝯpenſatione primò non obiecta,j̃.de appel.§.pen.ver.ſed nunquid in cauſa. vbi videas,Nec per prædicta nego arbitros de exceptionibus cogniturOS: nam de omnibus exceptionibus,ſine quib' non poteſt ritè & rectè procedi,vel rectè iudicari,cognoſcunt:vt de dilatoriis & peremptoriis.ff.e.l.non diſtinguemus.§.ſi is.Sed exceptio compenſationis non reſpicit iniquitatem pronunciationis: nec intrinſecus venit,ſed extrinſecus.Nam in ea non de æquitate libelli,ſed de æquitate exceptionis diſputatur, quod longè diſtat à facto principali,de quo eſt compromiſſum.¶De beneficio autem diuiſionis ceſſionis, & excuſſionis cognoſcit: quia moratoria exceptio, & quælibet poteſt opponi coram arbitro,ſicut & coram iudice.Nō enim,qui compromittit,ſua iura perdit, nec ſuas exceptiones: ſicut nec actor ſuas actiones.Neuter enim ſua arma perdit compromittendo;imò vterq; ſe armat ad bellū ciuilis diſcriminis ingreſſurus.Baldus. ¶An autem exceptio præpoſterationis poſſit opponi,vide j̃.e.§.fi.& vide prox.§.de recuſatio.¶Pōt etiam arbiter cognoſcere de fructibus & intereſſe acceſſoriè venientibus:vt no.ff.e.l.qui arbiter.& l.non diſtinguemus.§. de officio, De pœna autē ꝯctus vel compromiſſi non cognoſcit.ff.e.l.qui tamen.§.fi.Et ratio differentiæ eſt,quia fructus veniunt ex conſequētia principalis petitionis.Item ſi quis petit fructus,etiam intereſſe videtur petiiſſe. ff.ſi ſeruitus vendic.l.loci corpus. §.in confeſſoria. vbi de hoc, quod eſt ibi notabile. ſed pœna conuentionalis venit iure actionis.¶Et omnis actio eſt nobilis,& per ſe ſtat.Officium autē iudicis in acceſſoriis eſt mercenarium,& regulatur à principali.ff.de actio.empt.l.qui per colluſionem.§.vlti.& ideo eſt mercenarium: quia rurſus aliud ſibi famulari non poterit,vt not. ff. de petitio.hæredi.l.hæres furioſi.§.finali.ſecundum vnam lecturam. Vide circa prædicta Ioannem Andream,extra.de arbitr.c. cùm dilectus.¶Si plures compromittunt pro qualibet parte,nō facta mētione ſuorum hæredum, & vnus cōpromittentiū viuit, & res eſt diuidua,& quilibet litigat pro parte,durat compromiſſum:& tot ſunt cōpromiſſa,quot ſunt partes & perſonæ.C.cōmuni diuidū.l.ad officium.ff.de verborū obligationi.l.ſcire.& de iniuriis.l.ſi plures, ſecus,ſi res erat indiuidua: quia tūc finitū fuit cōpromiſſum. Similiter ſi quis promittit pro ſe & vxore, non facta mentione hæredum, promittit de rato, non finitur compromiſſum morte vxoris:cùm executio contra compromittētem fieri debeat. ff.de proc.l.Plautius.Ioan.And.in addit.in §.finitur.verſicu.item morte legatorū.¶Si quindecim petā,& vnus arbiter ꝯdēnat in quinque,alter in decē,nō habet locū electio tertij;quia iſti de quinq; ſ cōcordāt,ēt ſi ille de decē in ꝯtrariū proteſtetur: quia maior numerus affirmatiuus incommutabili veritate minorē continet, & ꝑſupponit:vt dicūt arithmetici & geometre:maior,inquiunt,numerus minorem numerat:vt j̃.de iureiurando.§.plus in ſe.& probatur in l.diem.§.ſi plures.§.ſequitur.verſi.notare.G,Hoc verum vbi in cauſa conſonant,ſed in quantitate ſe excedunt.Sed ſi in facto vel æquitate cauſæ diſſonant: vt quia vnus declarat nomine pretij libri eſſe promiſſa decem,& alter quinque,dicit:tunc eſt locus electioni tertij:quia nō ſunt ꝯcordes.ff.loca.l.ſi decē.Item in abſolutione non ſunt concordes quia q in plus condemnat, minus abſoluit.Quando igitur valet? nam condemnatio partis ſine abſolutione ꝯcordi nulla eſt. ff.de doli excep.l.apud.§.ij.Solu.tacitè videntur eſſe cōcordes:vt d.§.ſi plures. Bal. Vide j̃.proximo.& extr.de re iudicat.c.j.lib.vj.¶Sed quid ſi ſunt tres,vnus condēnat in quinque purè, alij in decem ad annum? Certè tunc propter additionē tēporis præualet ſentētia in decē. Item ſi adiiciatur locus vel alia adiectio.ff.de verborū obligationib.l.i.§.cùm adiicitur.In verſic.quid ſi arbiter.G.& vide j̃.proximo.Quid ſi vn' dixit in xx.flor.alter in xl.flore. qui tātum valent? Dic quòd formaliter ſunt concordes.ff.de verborum obligationib.l.qui ex trinſecus.Baldus.¶Si quis eſt arbiter & arbitrator, videtur procedere, & pronunciare ea via quæ validior eſt. Caueat tamen ſibi actor, ne formet libellū coram eo,tāquā coram mero arbitro:quia tūc videretur elegiſſe certam viam verſic.ſed pone.& ſequen.G.vide s̃.§.à ſententia.Arbiter videtur acceptaſſe tacēdo.ver.ſed nunqd.per l.ſi filius.ff.ad Macedo.G.¶Tertius arbiter elect' iuris auctoritate,nō eſt verus arbiter:nec laudat,ſed præcipit,& conſulit: & duo debent ſibi parere,vel ſponte,vel iudice cōminātе:verſi.ſed nunquid iſte.G.Dyn.dicit,quòd eſt verus arbiter,& debet laudare.ff.de furt.l.ſi dominium.Et idē diſputando tenuit Franciſc. Accurſi.& Iacob,de Aret.quod eſt verius.Ergo neceſſe habet,& poteſt cū altero pronunciare:imo diſcordantib. duobus poteſt tertiam ferre ſententiam,quæ præualet.ff. eod.l.itē ſi vnus.§.principaliter.per Accur. & Bald. Si autem eſt electus auctoritate compromittentium,tunc certū eſt quòd eſt arbiter.ff.de ſeruitu. ruſtico.prædio.l.cùm eſſet.§.fina.not.Bald. An poſſit adiici in cōpromiſſo de habendo cōſilio,vel de ſequēdo,vel ſimile? Dicit Inno. quòd ſic.c.ſi pro debilitate.extra.de officio deleg.Quid de conſilio confectionis inſtrumenti, vide j̃. de inſtrum. edi. §.ſi tabellio ineſt.Baldus. ¶Renunciari non poteſt iuri futuro reductionis, ſi qua erit,ſed pacto remitti pt̄,ſm̄ quoſdā.ver.itē qd ſi ꝯpromiſſū.G.Dic vt not.per Cyn.C.eod.l.penulti.per Dyn.in c. indultū. de reg.iur.lib.vj.Et per me.ff.de cond.ind.l.ſi procurator.in lect.Bal.& nimia cautela eſt ſuſpecta, & inſolitæ renunciationum clauſulæ.ff.de cond.indeb.l.6.vbi de hoc.vide s̃.eod.§.& not.j̃.eod.De homologatione.in fi.ver.illud ſciendum.¶Nota quòd officium tertij vel adiuncti expirat expirante tp̄e compromiſſi. C. quando tut. vel curat.eſſe deſierit.l.j.not.Bal.¶ Tertius arbiter n̄ dicitur eſſe de numero,ſed de auctoritate.Et dicitur terti',id eſt,medius,n̄ plicans in aliquam partem:s̃.eo.§.tertius.¶Nota in iudicibus,ꝙ ſi duobus diſcordantibus dat̄ tertius,tota auctoritas ſtat in illo tertio.C.de appell.l.in offerēdis.verſi.ita tamen.Bal. Quibus remediis cōſtringantur primi arbitri,ſi nullo modo volunt concordare in electione tertij,j̃.de recuſa.§.effectus.verſi.item quid ſi duo volunt.per G.& ff.de liber.lega.l.ſi duobus.Quo iure petatur reductio ad arbitriū boni viri? Dic quòd officio iudicis:& cautum eſt,ſi petatur intra decem dies ne videatur homologari.ver.ſed quo iure.& verſic.ſequen.G.¶Duobus modis poteſt peti reductio,ſcilicet,excipiendo & agendo.Excipiendo non ſimpliciter de iniquitate, ſed adiuncta incidenter petitione reductionis.ff.eo.l.non diſtinguemus.§.cùm quidam.in fine.& de in offic. teſtamē.l.Papinianus.§.ſi filius.& tūc qui eſt iudex primę cauſæ.eſt iudex ſecūdæ & reductionis cauſæ.vide s̃.eod.§.petitio reductionis. C.de iudi.l.quoties.& not.ff.de inoff.teſta.l.ſi ſuſpecta.§.fi.& iſta exceptio eſt perpetua.C.ſi ma.fa.ſine decre.l.j.ff.de excep.doli.l.purè.§.fina.Agendo,& hoc dupliciter:quia aut eſt laudū latū ſup contractu,aut ſuper lite:ſi ſuper contractu ad inchoationem ꝯctus,puta ſocietatis:& tunc agitur ad excipien.actione ex eo ꝯctu:vt l.ſi Neruæ.ff.pro ſocio.ibi dum dicit, per iudiciū bonæ fidei,id eſt,per actionē pro ſocio.Nā officium iudicis nō eſt bonę fidei.Si verò eſt laudatū ſuper lite:tunc aut eſt laudum tranſigēdo,aliquo dato vel retēto,vel condemnando,vel abſoluēdo:& tunc officio iudicis agendū eſt: quia non eſt prodita certa actio.arg.ff.de minorib.l.qđ ſi minor.§.fi.C.vnde vi.l.pen.¶ Quod officiū iudicis debet īplorari intra quadrienniū,ſicut reſtitutio ī integrū.C.q.ex cau.ma.l.in ꝯctib.Vel dic,ꝙ eſt perpetuū.C.de præſcrip.xxx.ann.l.ſicut,& ff.de contrah. empt. l. officio qđ eſt verius per regulam generalē.l.ij.C.de ꝯſti.pecu.Facit,qđ in fine not.C.de fal.l.querelam.& ſic falſa eſt opi. ꝙ intra decē dies. Nec ob,l.pen.C.e.q̄ loquitur in vero arbitrio,nō arbitramento.Non.n.debemus extendere legē illam,quæ loquitur in arbitro,ad arbitratorem.Et iſta eſt communis opin.Bal.vide s̃.e. §.an proceſſus reductionis.& §.petitio reductionis.& §.j.in fin. & in §.de homologatione.Bal.Sed an pendente cauſa reductionis poſſit arbitramentum executioni mandari? Videtur quòd ſic.ſi per formam alicuius ſtatuti habet executionem paratam, & hoc quatuor rationibus.Primò,quia præſumitur petens reductionem facere cauſa moderandæ ſolutionis.C.de ord.cog.l.fi. C. de fal.l.ſatis apertè.Secūdò,quia cauſa executionis eſt ſummaria:vnde non retardatur per petitionem,quæ requirit cognitionē plenariā.C.de ꝯpēſa.l.fina.C.de edict.diui Adria.tollen.l.ſecūda. ff.ad Trebellia.l.ille à quo.ff.đ re iudica. l.à diuo Pio.§.qđ ſi ſuper rebus.Tertiò, quia iſtæ videntur mutuæ petitiones: & in ſummariis ſummaria petitio nō ſuſpenditur per reconuentionē cāæ nō ſummariæ:vt in ca.j.de mutu.petit, Quartò,quia quando duo iudicia ſic ſe habent,quòd vnū ad alterum ſunt pariter oppoſita: vnum nō impedit proceſſum alterius.ff.de exceptione rei iudicatæ. l. ſi inter me & te.Quintò videtur probari hoc per id;quod not.Innoc.de

offi.dele

offi.del.c.cũ in iure peritus. In cõtrarium videtur pluribus rationibus. Primò ex natura præiudicialiũ. Nam quæstio præiudicialis præferenda est.ff.de iudic.l.per minorẽ.& not.in l.q prior.e.ti.& semper intelligitur præuenire, etiã si sit postea mota.ff.de noxa.l. si ad libertatem.in principio. Secundò, qa non debet iudex exeq, qđ postea subiacet retractationi.ar.ff.de excu.tuto.l.dicitur. Tertio, quia reductio habet instar appellationis: ergo interim nihil est innouandum. C.de transact.l.si causa cognita. Quarto, quia actio præiudicialis habet instar exceptionis, vt not.in dicto §.si fili⁹.sed exceptio obstat: ergo, &c. Quinto, videtur casus ex cõiunctione duarum legum. Si enim filius erat debitor patris ex sententia: & pater moriẽs instituit extraneum, filio exhæredato: potest filius cõueniri petitione hæreditatis, tãquam iure prior: & habet paratam executionem.ff.de peti.hæred.l.item veniunt.§. idem rectè. quã tamen filius opponendo querelã reiicit. Casus ergo est in d.§.si filius. quod verũ credo, si causa reductionis intra duos menses debeat finiri, fortè ex forma statuti.ar.ff.de iure fisc.l.aufertur. §. qui cõpositionem. Si autem requireret longum tractum: tunc posset iudex exequi recepta cautiõe.ext.de in integ.rest.c.suscitata. Pro prima parte facit de ap.c. pastoralis.in princip.cõiuncto. s.e. titu. §.j.ver.nunc tamen Bal. ¶ Ad hoc vt valeat compromissum, sufficit ꝙ reus etiam extra iudiciũ negauerit: licet possit de facili cõueniri. C.de trãsact.l.præses.& l.interpositas.§.j.qđ no.Bald. ¶ Valet cõpromissum etiam de vno articulo.ff.qui satisdare cogãtur.l. arbitro. C.de pact.l. penul. & tunc laudum habet vim interlocutoriæ. Bal. Vide suprà eodem.§.potest de vno articulo. ¶ Ex forma statuti veniens cõtra laudum punitur in cẽtum: quæritur vtrum excusetur ab ista pœna habens iustam causam litigandi? Et dic qđ sic, per gloss.ordin. C. quorum appella. non reci. l. ab executore. iuncto tex.cum gloss.quæ incipit, distinctione adhibita. quod est valde notabile. Bald. ¶ Sed quid si statutum dicit, quòd cõtra laudum nil possit obiici: an poterit peti reductio? Et dic quòd non ar. ff.de alea.l.j.§.quod autem. Idem si dicat, quòd nihil possit excipi. Nam cui denegatur exceptio: & actio, per quã deuenitur ad excipiendum. C.de trãsact.l.nec intentio.ff.solu.matr.cùm mulier.& quod not.ff.de mino.l.in causæ.in prin.per gl.& per Cyn.in q.Nã nec minor aduersus laudum hoc casu posset restitui in integrum. secundum Cyn.ibidem, quod est no. Si dicit, quòd non possit agi videtur quòd possit excipi: quia quando excipit propriè loquendo, non agit de causa possess.c.iij.per Innocent.Bal. ¶ Potest renũciari arbitramento sicut transactioni, & denuo compromitti. C. de transactio.l.si diuersa.quod not. Sed de re iudicata non potest compromitti: vt no. C.de episc.aud.l.si qua.per Cy.de arb.c.si qua. per Innocen. ¶ De homologatione notandum est, quòd in contractu vel arbitramento nõ habet locum homologatio. nam nulla lex hoc dicit: ergo stamus regulæ.ff.de action.& obligat.l.obligationum ferè.§. placet. Si tamen pars est præsens, laudo debet contradicere, ne acquiescere videatur. Arg.ff.ad Macedo.l. filius. C.de rela.l.j.ff.de fideiuss.tut.l.cum ostendimus.§.fin.ff.de pignor. l.si fideiussor.§.pater. Ego verò credo, quòd præsentia nõ habeatur pro consensu, sed facit bene præsumi pro iustitia laudi non cõtradicti.ar.eorum quæ not.Innocen.& Hostien.in c.quoniam cõtra.de probat. nisi notarius scribat latam tali præsente & cõsentiente. Nam tunc præsentia haberetur pro consensu. Sic loquitur dicta l.cùm ostendimus, in fine. Sed in vero arbitro habet locum homologatio, cũ hac distinctione Nam interdũ fit compromissum nudo pacto sine pœna: & tunc habet locum homologatio. C.e.l.penult. Interdum nudo pacto cum pœna: & tunc habet locum homologatio, quo ad laudi vigorem: quia lex non prouidet ei, qui sibi prospexit. C.de pact.conuen.l.fina. C.de procura.l.maritus.& quia soluẽdo pœnã nõ tenetur ad aliud.arg.not. in l.prima.in princip.ff.de actio.empt. Et quia in commissione pœnæ videtur fieri quædam nouatio. naturalis enim obligatio nouari potest: vt not.ff.de pact.l.rescriptis.§.si pacto. Dixit Azo, ꝙ aut erat apposita pœna sine clausula, rato manẽte laudo & compromisso: aut cum alia clausula. Primo casu homologatio cessat: secũdo casu habet locũ homologatio, quasi sint plura cõpromissa, vnũ cũ pœna: alterũ sine pœna, versic. quid ergo. G. Ita dicit glo.ff.de arbit.l.secunda. Hanc partẽ tenuit Cyn. & Bartol. quia plures clausulæ habẽt vim diuersorum factorum.& est simile ff.de hæred.institu.l.contra eos.in prin.ibi autẽ duplici, &c.de cõdi.indeb.l.hæc scriptura. Interdum cõpromittitur per stipulationem sine pœna: & tũc dicunt quidã, quòd cessat homologationis rigor, sed agitur ad interesse, quod tacite facta stipulatione continetur.ff.de arbi. l.diem proferre.§.fina. Alii dicunt, ꝙ cadit homologatio: quia petitio ad interesse descendit potius ex prouisione legali causa coadiuuandi laudum, nõ causa perimendi, quod credo verius. Interdum cõpromittitur per stipulationẽ cùm pœna: & tũc aut est adiecta clausula, aut nõ: vt in pacto. Non tñ mihi placet illa ratio, ꝙ duo iudicantur ꝯpromissa, sed poti⁹ est vnũ licet habẽs plura capita.de ꝯdi.& demõst.l.hac scriptura. Nec fit hoc casu nouatio.ff.de ver.ob.l.stipulatus.§.fi.ff.de transa.l.qui fidẽ.& maximè, qa obligatio naturalis est de iure gentiũ. vnde nõ nouatur à pœna: vt ff.de actio.empt.l.prædia.ff.pro soc.l.duo. Illud sciendũ est, ꝙ homologatio debet sequi laudũ, nõ præcedere, scilicet ex interuallo: vt d. l.pe.C.e.Bal. Vide s.eo.§.& nota.& s.eo.§.quo iure.in fi. ¶ Sed illud quæritur, dicit statutũ, ꝙ pœna inserta dationi quãtitatis, non possit peti. Modo arbiter condẽnauit ad dandũ quãtitatẽ: nõ dat: petitur pœna, qritur an possit? Et videtur quòd sic. Nam pœna petitur ex compromisso, non ex laudo. Sed attento compromisso pœna nõ est apposita certæ rei, sed facto, scilicet sententiæ arbitri.ff.de verb.obl.l.ij.in fi.in contrariũ facit qđ no.ibi Dy. scilicet quòd pœna compromissi videtur inserta dationi, si arbiter iubet dare. Implicitè enim vtrunq; continet à principio: sed ex post facto declaratur, secũdũ Dy.& Bar. Sed pro prima parte videtur, ꝙ possit peti pœna: quia petitur loco contẽpus, nõ loco solutionis ff.e.l.si quis rem. Sed ad hoc respondetur, ꝙ aut mora cõmittitur in non soluendo: & tunc petitur loco solutionis, nõ loco contẽptus: & ideo nõ põt peti vnà cũ principali.ff.e.l.Celsus. Aut in alio cõmittitur mora: & tunc loquitur lex contraria. & sic nõ obstat. Sol. De iure cõmuni illa pœna potest peti: quia nõ videtur apposita in fraudem vsurarum, sed ad vigorem compromissi. vt not. Iac.Bu.de vsur.l.cũ allegas.& auth.ad hæc.in lect. Aut loquitur ꝯsiderato dicto statuto: & tunc aut laudũ requirit aliquod factũ cũ datione: & tunc potest peti ratione facti. Facit qđ no.ff.si cer.pe.l. rogasti.§.fi.per Iac. Aut iubet simpliciter dari: & tũc dubiũ est. Sed idẽ puto propter naturã cõpromissorũ.ff. e.l.iij.§.j.& l Celsus. Et statutum debet intelligi, vbi non offenditur tertia persona, quæ non contraxit: sed hic non solùm offenditur pars, sed arbiter. Bal. ¶ Terminus assignatus tertio arbitro à statuto non currit, nisi à die notificationis. C.de excus.tut.l.quinquaginta. postea non excusatur. C.e.l.amplissimi.ij.resp.vide j.de proc.§.ꝓcurator. ¶ An regulares vel simplices monachi possint ꝯpromittere, ver.itẽ pt. cum seq.G.ff.de iud.l.cũ prætor.in fi. Priores sunt sui iuris, & qua si emancipati viuunt.fm Lap.đ S.Miniato.vide idẽ in c.ne nimia. de reb.do.in notula. ¶ Si actum est in compromisso, vt possit semel & pluries iudicari, non propterea poterit ex interuallo apponi modus & conditio, nisi reseruauerit.ff.fa.erc.l.item Labeo. §.j.in gl.parua.& hoc operabitur virtus clausulæ. quod nõ credo verum. Sed vide quod no.Dy.ff.de verb.ob.l.triticũ.& per Cy.C. de inst.& sub.l.pe.§.in diffinitiua.ver.sed pone actor. Sed videtur cõpromissum diuisum: & super diuisis pt peti pluries iudicari, nõ super eodẽ. quod est no.G. Sed perseuerãtia requiritur, quæ vno momento amputari non põt.ff.de cond.inst.l. si qui ita. vide in c. ne nimia.de reuo.do.in notula. ¶ An dicatur paruisse arbitro, qui condemnatus soluit, sed postea vim fecit.ff.e.l.inter Castellianũ. ver.sed pone quòd arg. G. Vbi si tractus futuri temporis expectatur ex natura iudicii, tunc committitur pœna, aliàs nõ.ff.de sol. l. in numerationibus. Bal. ¶ Aut tacita conditio inest ad inchoationem obligationis, aut ad executionem, aut ad expirationem. Primo casu non nascitur obligatio: vt not.ff.de pact.l.item quia. Secundò nascitur obligatio, sed eliditur per exceptionem.ff.e.l. ita demum ff.loc.l.quæro.§.inter. Tertiò casu nascitur, sed soluitur secundum naturam contractus.ff.de in diem addi.l.ii. vbi de hoc Bal. Præceptum arbitri aliud est monitorium, & non transit in aliud tẽpus: vt l.diem.§.si intra.ff.e.ibi erat dilatio expectatoria, quæ non transit in successorem.G. ¶ Not, quòd termini bannorum, q multi sunt, non incidunt in tempus successoris termini bannorũ: sed diffinitiua præcepta sunt perpetua, licet cũ illis expiret iurisdictio. vt l.iudex.de re iud.Decr. et trãseunt in successorẽ. l. quãuis. ff.de reb.eo.& acta facta ff.de iud.l.proponebatur. vide s.tit.j.§ ꝓceptum.& §.compromissa. & j.de accu.§.annotandus. ¶ An valeat sententia arbitrorum parte non citata? Quidam volunt quòd non.ff.de verb.ob.l.si quis arbitratu.& de ædil.edic.l.quod si nolit.§.fi.& de in diẽ addic.l.necesse.& de le.ij.l.si tñ. In ꝑriũ facit: qa citatio est de processu.instit.de pœn.teme.litig.in fi. Sed arbitrator nõ procedit iudicialiter: ergo non citat. Idem iudicat die Dominico. C.de fer.l.fi.per Iac. Hoc est verius, ꝙ nõ citat: si tñ amicabiliter monet ad instructionem sui, bene facit: & pars, quæ non ꝯparet ad eum instruendum, dr impedire laudum ferendum: vt d. l.si quis arbitratu. ¶ Arbitratus non est sententia. Item arbitrator non est iudex, vel quasi: ideo non propriè citat: tamen non debet indiscusse procedere ad arbitrandũ partib. in auditis, quia merita causarum, &c. C.si per vim vel alio modo.l.fi.& ff.de ver.ob.l.si qs arbitratu. Item arbitramentum est stricti iuris, sicut transactio. C.de transactio.l.sub prætextu. Et si dicatur, quomodo est transactio, declaratio arbitratoris? Respon. quia id idem inuenio in alio casu C.de transa.l.si de possess. vide Cy.de ꝯhen.empt.l.fi.ff.de bo.poss. l.iij.§.pe. ¶ An præsumatur contra laudum, quod fuit latum clam Respond. non: quia de hoc non potest facere pars quicquam, quin

quin arbiter in secreto loquatur: in præiudicium tamē partis aliud præsumi non debet. arg. no. in l. Lucius. in fi. de l. e.j. tamen tali die citari non potest. Item ad hoc not. ff. de bo. pos. l. iij. & penul. ¶ An ꝯpromissum generale sit vnū, vel plura? Dic ꝙ vnum, quoad capitula prosecuta, vel scienter neglecta: sed quoad omissa per errorem, non reputatur vnum, sed plura: & ideo extenditur laudum ad ipsa omissa. Et sic est secundum quid vnū, & sm quid plura. ff. e. l. de rebus, vbi de hoc. Quod enim eēt simpliciter vnum, n̄ posset pro parte valere, & pro parte nō. vide ȷ̄. proxi. ¶ An valeat laudū pro absente non citato? Dic ꝙ non: ne claudicet, & quin ꝯ eum non valeret, &c. ver. pen. G. Ista ratio non valet: quia habet locum quando actus fit communiter gratia vtriusque: sed quando gratia vnius tantummodo, secus. & etiam melior ratio, quæ not. ff. de re iudi. l. furti. C. quomo. & quando iudex, in. l. ea quæ, facit quod no. C. iudiciis, l. properandum, §. sin autem. ideo non valet: quia est lata omisso ordine iudiciorū: nā citatio est de ordine. Baldus. ¶ Sed quid si compromittitur causa diuisionis, an corā arbitro poterit opponi exceptio præposterationis? nā coram iudice potest opponi. ¶ Item non possessor prouocat ad diuisionē, l. j. C. fa. erc. Si verò possessor præsumit hæres vel dn̄s, tūc possessionis, procedit iudicium, vt ibi dicitur. Et si illa lex diceret ꝙ ꝓsumeretur dn̄s, hoc esset quantū ad iudicij ordinationē, nō q̄tum ad efficacem probationem. C. vnde cogna. l. non ob hoc. ff. communi diuidun. l. communi diuidundo. §. inter prædones. quia nō possidet vt hæres: ideo vincit in diuisorio, nisi titulum ꝓbet. Sed non potest sibi opponi exceptio præposterationis, quin prius debeat mouere petitionē hæreditatis. Nam petitio hæreditatis nō datur possidenti. ff. de petitio. hæredi. l. si quis libertatem. versic. nam cùm quidam. Et si dicatur, imò ex possessione transfertur onus probandi in aduersarium. ff. de procur. l. circa. Solutio. Ibi erat possessio, in qua cōcurrebat ꝯsensus vtriusq; partis. Sic extr. de probatio. c. per tuas. Et si dicatur, ꝙ etiam sine consensu alterius partis sufficit possessio, vt notatur in l. sicuti. §. si quæratur. ff. si serui. vendi. ¶ Aduerte, quòd ille, qui est in possessiōe prædii sui, tamen non ideo præsumitur dominus eius: sed si est in possessionē tam prædij, quàm seruitutis, sic. quia in seruitutis possessionē accedit patientia aduersarij. ff. de seruitutibus, l. fina. Item non obstat, quòd præsumitur quis prælatus ex possessiōe: quia est verum, quando lis non est constituta de beneficio: sed agit aliqua actione prælatus, nam tunc sufficit sibi quod est in possessiōe prælaturæ auctoritate superioris. Secus verò, si esset prædo. ff. condictio. indebit. l. vrbana. de elect. c. querelā. de offi. præto. l. Barbarius. ¶ Aliud est enim quærere ad hoc, vt iudicium ordinē accipiat. de libe. cau. l. liberis. Aliud, vt persona legitimetur: aliud, vt diffinitiuè de iure vel dominio pronuncietur: aliud est, quoad commoda possessionis: vt l. item Mela. §. pe. ff. ad leg. Aqui. aliud, quo ad potestatem conditionis. C. ne vxo. pro mari. l. ob maritorum. vbi dominiū non petitur principaliter propter se, sed venit incidenter propter aliud. & adminiculatiuè: tunc possessio plus facit præsumi. ff. de solu. l. Titia. & de cōdi. institu. l. penul. Et dic vt ibi per Oldr. Cyn. & Bar. An ergo ista coram arbitro vera sint, videt̄ ꝙ sic. ff. eod. l. non distinguemus. §. si is. Sed certè arbiter non pōt cognoscere de eo, de quo compromissum non est: vt in §. de officio. & facit ff. si pars hæred. petatur. l. non possumus. G. ¶ Corā aūt arbitratore exceptio præposterationis non habet locum: q̄a seruat ordinem iudiciorū. Et ista est exceptio ordinis: vt no. ff. de euict. l. si mancipium. §. si cōi. Bal. ¶ Quid de aliis exceptionibus, vide s̄. eodem. §. an arbitrator. vide ff. de act. & petitio. §. an qui. & ȷ̄. de positio. §. sed pone q̄d. Bal. ¶ An ꝯstitutio de duobus reis habeat loū in arbitro, vide ȷ̄. de citatio. §. j. ¶ In ꝯpromissis p̄t renunciari omnibus feriis, et in honorē Dei, vide ȷ̄. de citatio. §. citatio est de ꝓcessus. in fi. Sed cōtrà not. Io. And. in c. de feriis. in verbo arbitro. ¶ An arbiter possit supplere, vide ȷ̄. de disputat. & alleg. §. fi. in fi. ¶ An arbitri possint facere præcepta sub pœna, vide ȷ̄. de senten. §. arbiter ramen.

ADDITIONES NOVAE.

§ In l. cum non solum. C. de prædiis minorū, an tutor possit compromittere de re pupilli. Et videt̄ ꝙ nō. per dictam l. quia cōpromissum quod hodie fit tanquam in arbitrū & arbitratorem, dicit̄ quasi transactio. & sapit vim transactionis, in auth. vt diffe. iud. §. si vero. sed transactio non potest fieri per tutorem de re pupilli, quæ non potest alienari sine decreto, vt dicit hæc l. ergo, &c. fingi enim lites possent, vt circunueniatur oratio diui seueri, l. j. de reb. eorum. ad quod facit quod dicitur in gl. ff. de transf. l. cum hi. nec ob. l. præses. ff. de trans. quia ibi intelligitur ꝙ tutor p̄t facere compromissum de re mobili, quæ potest alienari sine decreto. l. iussur. §. si tutor. de iureiur.

§ Item pōt facere de dubiis quæstionibus deficientibus probationibus, d. l. præses. & de iureiuran. l. tutor. vnde intelligitur in rebus alienabilibus sine decreto. & nō p̄t compromittere vt noceat pupillo: quia oportet vt prosit, l. tutor. de pactis. & l. pactum. eod. l. iulianus. §. si à pupillo. de actio. empt. & l. non eo. de procu. sed pupill⁹ potest compromittere de qualibet re cum auctoritate tutoris. intellige si cognoscat vt arbiter ille in quem compromissum fuerit non sicut arbitrator, l. si pupillus. ff. de arb. nam si vt arbiter, eius auctoritas succedit loco decreti, cum arbitria sint redacta ad instar iudiciorum. l. j. de arbitris. & in talibus non habet locum oratio diui seueri. dico tamen si tutor cōpromittit nomine suo, ipse tutor obligatur, cum excedat terminos administrationis. & l. si post mortem. ff. quando ex fac. tuto. Rizar. malum. vbi supra facit do. Signor. in ꝯsiliis in 3. parte. l. quæstione. & in rubr.

§ Nota ꝙ ꝯpromissa sunt stricti iuris, & stricte interpretanda, l. si cum dies. §. plenum. ver. id enim. de arb. ff.

§ Quot sunt spēs arbitrorum, Archi. in c. arbitri. de off. del. lib. vj. licet à sententia arbitri nō possit appellari, tamen ꝯ eius sententiam potest supplicari, Arch. vbi s̄. & ij. q. vj. quid de arbi. & c. non sine. extra de arbi.

§ Quid si fiat compromissum in aliquē p̄ntem, q nihil dicit, nec contra dicit an videat̄ in se arbitrium suscipere? dic ꝙ nisi probet̄ aliquid de volūtate eius, nō videtur iudicium suscipere, quia eo inuito poterant in eū consentire, arg. l. gaius. de pign. act. Guido de suz. in l. iij. §. tamet si. ff. de arbi. Homo bonus de Cremona tenet quòd ex quo sunt presentes, si non contra dicunt, videntur recipere. ff. de his qui no. infa. l. quid ergo. idem dicit si sint absentes, & statim cum sciunt nō contradicunt coram testibus, ar. l. filius. ad Mace. & l. filius. §. inuitus. ff. de proc. non ob. l. si merces. in prin. loca. quia forte ibi non susceperat: vel si susceperat, nō fuit compulsus, cum posset compelli.

§ In l. si cum dies. in prin. ff. de arbitris. ibi, compromittere voluerunt, &c. not. ꝙ non dicitur ꝯpromissum nisi à die acceptationis. ergo ante acceptationem non currit terminus arbitro: quia non est arbiter ante acceptationem, ar. l. tali. de iure do. in princ. Bald.

§ In l. sed & si restituatur. §. ex qualibet. de iudi. nota ex isto tex. ꝙ ille qui nō p̄t cogi iudicium sumere, nō p̄t cogi ad ꝯpromissum: vnde exceptio declinatoria impedit processum qui alias intentatur ex forma alicuius statuti, quia istud comprommissum succedit loco iudicij. ergo, &c. per rationem huius literæ. Bal.

§ In l. non distinguemus. §. quæsitū. ff. de arbi. per hunc tex. determinatur, ꝙ si statuto cauetur ꝙ de quæstionibus inter affines debeat fieri compromissum, modo si factū est cōpromissum in cā principali, & lata sententia petitur reductio, vel appellatū est. & dicit appellatus denuo fieri cōpromissum debere, q̄a est quæstio per not. in. l. & si post rem. de tran. per hunc §. dicitur ꝙ nō potest cogi ad compromittendū ex dispositione huius statuti, & sufficit semel esse peritum statut. & ita tenet Iac. de Are. & Dynus per l. bonæ. §. hoc sermone. de verbo. sign. & l. hoc quod cū. de cōd. & demon. hæc Bal. in l. fideicōmissa. §. pe. de leg. iij. & l. si quis. §. hoc vos. ff. de edendo. & not. ȷ̄.

§ Furiosus habens dilucida interualla nō p̄t esse arbiter, vt l. cui furiosus. in prima gl. de arbi. & ꝙ furiosus non possit esse arbiter. probatur per l. sed & si in seruum. §. fi. de arbi.

§ Nota ꝙ arbitria mediantibus ipsis arbitris censentur dispositiones partium, l. fina. C. de contrah. empt. & l. si quis arbitratu. de verbo. obl. & l. sunt eorum. §. j. ff. quod cuiusque vniuersi.

§ De tertio arbitro qui assumitur est differentia, vtrū assumatur à iudice vel à partibus, vel ab arbitris: quia si assumitur à partibus dicitur nouum compromissum: si autem à iudice vel ab arbitris, nō. sed dicitur tertius assumptus. Bar. in l. si dominium. ff. de fur.

§ Nota, quòd filiusfam. potest esse arbiter inuito patre, l. iij. §. sed si filius. ff. de pecu.

§ An filiusfam. possit litigare & compromittere coram arbitro sine consensu patris? gl. & Ia. Butri. in l. cum non solum. de bonis quæ lib. tenent quòd sic.

§ Si sunt plures compromittentes, & vnus non paret, omnes tenentur, l. stipulationum. de verb. obl.

§ Si arbitro est data p̄tās auferendi multū & parum, non potest peti reductio ad arbitrium boni viri. Hostien. in c. humilis. de maior. & obed. circa hoc vide Ioannes Andr. in addi Spec supra in tit. de arbitro. §. sequitur hic. sed ex æquitate iudex debet corrigere & occurrere iniquitati, vt scripsit Ioan. And. in c. quintauallis. extra de iureiur. in gloss. mag. vide ȷ̄. ver. an valeat pactum. & ver. an impediatur

§ Quid si fiat compromissum in Titiū, & si non acceptauit, in gayum. an valeat compromissum alternatū? Bal. tenet ꝙ sic in l. idē si vnus. §. sed si ita. ff. de arbi. item nota ex dicto tex. ꝙ alternatiua posita inter personas arbitrorum non resoluitur in coniunctam sed in tali alternatiua pertinet electio ad partes. pro quo, l. si duos. in prin. de excu. in Bal.

§ In l. item si vnus. §. principaliter. ff. de arbi. Bal. not. ꝙ per dissensum duorū arbitrorū primorū venit ad electionē tertij, & hoc siue dissen

ne dissentiant in pronũciando, siue in procedendo: & ex hoc patet, quia si duo primi arbitri laudant in discordia ꝙ non sunt functi officio suo, ideo adhuc debet eligi tertius: quia arbitri non possunt derogare prouisioni istius. §. quæ est inducta in partiũ fauorem, non arbitrorum.

§ An si partes nolint parere sententiæ huius tertij committatur pœna, Ia. Butri. quòd non: sed ex eius sententia nascitur actio in factum, vt dicto §.

§ Nota ꝙ arbitrator pt eligi cum sacramento. l. hac edictali. §. his illud. versi. mobilium. C. de secun. nup. quod secus in arbitro. vt ibi no. Bal. in authen. decernit. C. de arbi. tenet quòd non.

§ An possit fieri compromissum de eo de quo est semel lata sententia not. in l. si causa. C. de transa. & Inno. in c. exposita. de arbitris, tenet quòd non.

§ Pone quòd arbiter me condemnauit tibi in mille, tu petiisti reduci sententiam ad arbitrium boni viri, & in hac reductione fui condemnatus in centum, nunquid si non soluam incidam in pœnam compromissi? Bart. in. l. multa. ff. de condi. & dem. in princi.

§ Pone quòd in eadem sententia fui condemnatus tibi, & tu mihi ex diuersis causis ab arbitratore, tu petiisti reduci ad arbitrium boni viri, ego non petij, tu petis à me vt ego soluam tibi, vel incidam in pœnam compromissi. sic ego debeo dicere quòd mihi soluat, vt ego soluere possim, alias stat per eũ. & hoc postquam fuit declaratũ ipsum male petiisse: alias interim posset peti executio, vt notauit Cy. in. l. per hanc de temp. app. Bar. in l. iulianus ait. ff. de condic. indeb.

§ In l. eleganter. §. si quis post. de condic. indeb. vide rationẽ quare si valet transactio post rem iudicatam. text. dicit ꝙ imperator: gl. dicit ꝙ ratio est quia transactio debet esse de re dubia, sed quãdo iudicatum est certũ est. ergo &c. quod nota pro statutis quæ dicunt quòd partes cogantur ad compromissum: quia si qui habẽt sententiam diffinitiuam, vel instrumentum qđ habet vim diffinitiuæ, non coguntur ad compromittendum, quia arbitramẽtum est quædã transactio: sed de eo quod certum est, non potest transigi, ergo &c. Sed si illud instrumentum non esset liquidum, sed posset aliquo modo in dubium reuocari, tunc secus. Bar. & in l. post rem. de transl. Bal. & Ang in l. cum hi. §. sed cũ lis. ff. de transl. vult ergo Bar. cum gloss. quòd donec potest sententia aliquo iuris remedio attentari, & quoties res est dubia verisimiliter quòd potest transigi: alias non. & ex hoc infert quòd si statuto cauetur quod de quæstionibus fiat compromissum, habet locum quando est appellatum, quia tunc dubitatur an teneat sententia. quod sane intelligitur quando in principali causa non fuit compromissum factum: sed si ex forma statuti factum fuit compromissum in principali, quamuis appellationis causa pendeat, non coguntur partes de nouo compromissum facere, quia sufficit semel factũ peritũ. alias esset processus in infinitum, contra l. non distinguemus. §. quæsitum. de arbit. & l. fideicommissa. §. si quis. ff. de leg. iij. & ibi vide Bar. pro glo. fac. l. bonæ. §. hoc sermone. de verb. sig. & ista est veritas. alias sequeretur absurdum quòd de reductione deberet fieri compromissum, quod est factum. Philip. & Ange. Et ideo sit cautela cautis aduocatis cum volunt facere fieri ꝯpromissum post sententiam, faciunt renunciare sententię, & quod erat decisum faciunt in dubium reuocari, & ita valet compromissum tanquam de re dubia. Bald. C. de transl. l. si causa. & l. si diuersa. Bald. & Ange. in l. post rem. ff. de transl. idem Ange. in l. cum hii. §. sed cum lis, eod. titu. & in l. j. eod. titu. vbi dicit quòd si apponitur clausula quòd intelligatur compromissum de omni eo de quo fuit arbitratum, valet etiam de re decisa. sed se ipsum corrigit in dicta l. cum hij. § sed cum lis. fac. Bal. in l. si quis maior. C. de transl.

§ An si est quæstio apud quem debeat ali pupillus, possit de hoc compromitti? Bart. in l. non distinguemus. §. quæsitum. ff. de arb. qui dicit quòd non, etiam si statuto caueatur quòd de omnibus quæstionibus debeat compromitti.

§ Arbiter non recipitur in testem ĩ causa in qua est arbiter. Inno. in capit. nõ secundũ. ff. de arb. no. Barto. in l. deferre. §. j. ff. de iur. si.

§ An sit idem in confessione emissa coram arbitro, arbitratore & tabellione, quod in confessione iudiciali? Bar. in l. non fatetur. ff. de confe. tenet quòd est differentia, quia in arbitro si est pœna vel rato manẽte pacto, tunc idem quod in iudicio: alias posset reuocari: in arbitratore videtur adhibita extra iudicium.

§ Qualiter arbitramentũ probetur iniquum, & quis probet? Bar. ff. de verb. obl. l. si quis cum aliter. & l. in tuis. §. i. ad trebe. & l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. Dy. in simili in l. per hanc. C. de temp. app. vbi notatur. quis habeat probare in causa appellationis an appellans, an appellatus? vide Ioan. And. in titu. de arbi. in Spe. §. sequitur. vbi multa bona dicit, secundũ Dy. in consilio suo & dicit quòd dicens iniquum arbitrium habet necessitatem probare. & in cap. in præsentia. de renunciatio. & in Spe. de syn. §. fin. in fin. & Cy. in l. hij qui. de appel. Ray. in l. si libertus. de operis lib.

§ An arbiter possit pronunciare altera parte absente etiam per contumaciam? Spe. in titu. de arbi. §. differre. ver. item arbiter. tenet ꝙ non, nisi sit actum in compromisso. secus in iudice. Item secus si est actum. eo. ti. §. excipitur. circa finem.

§ An super vsuris & causis beneficialibus & spiritualibus possit ꝯpromitti in arbitrum? & ar. Bal. in l. si de meis. §. recepisse. ff. de arbi. Ioan. And. in add. Spec. ti. de arbitris. §. restat. & not. in l. non distinguemus. §. iulianus. de arbi. & §. liberali. & Bal. in l. j. de confes.

§ An coram arbitratore possint recipi testes super matrimonio? Bal. in l. de liberali. de arbi.

§ An compromittere sit lata culpa? Bar. in l. cum hereditatem. ad trebel. videtur dicere quòd non.

§ Quod ea quæ publicã vtilitatem cõcernũt non possunt in cõpromissum deduci, Bal. in l. fi. C. vbi & apud quem. vbi ponit hoc pro regula. item ponit ibi pro regula quòd nullus actus in quo đ sui natura sententia habet ius potest in compromissum venire.

§ An de causa tutelę possit compromitti? gl. quòd sic. in l. pretor. de tut. & cur. da. ab.

§ Sed quid si statuto caueatur ꝙ certæ personę cogantur ad compromissum, an tunc compellantur. Bar. ibi in dicta l. prætor.

§ In cap. cum olim. extr. de præscrip. in ver. arbitrium. pōt ergo đ spiritualibus compromitti & componi. de arbi. c. cum tempore. & in clericos, & in clericum & laicum. de arb. c. per tuas. Hostien. & Ioan. And.

§ An de publica vel populari actiõe possit fieri compromissum? Ia. Butri. in l. licet. C. de procur.

§ In l. nõ distinguemus. §. si mulier. dicit Bal. quòd si mater est tutrix filij sui, bene potest ꝯpromittere nomine filij sui pupilli: quia in tutela renunciauit Velleiano, vt in Aut. matri & auiæ.

§ Si sunt plures compromitentes ex vna parte, vtrũ quilibet videatur compromisisse insolidum? qđ est vtile propter commissionem pœnæ. Bal. in l. diem proferre. §. si hæred. ff. de arbi. & remittit ad not. per gloss. & Ia. de Are. in l. si sic. §. j. de leg. j.

§ An tutor possit facere cadere pupillum in pœnã compromissi? Bal. in l. si pupillus. de arbit. & l. si minor. §. si minores. de min. & not. in l. j. §. si procurator. ff. si quis ius dic. non obt.

§ In l. nõ ex omnibus. de arbi. not. quòd si arbiter pt mulctare cõtumacem, ergo nõ est finitũ compromissum per cõtumaciã: sed cõtra facit l. diẽ. §. si quis. s. e. vbi dicit ꝙ desinit esse arbiter, ergo non pt mulctari ab ipso. Guido de suz. dicit ꝙ aut quis est contumax ad audiendã sententiam, & loquitur contra aut. circa præparatoria, vel media causæ, & tunc non incidit in pœnam. sed hoc non est verum, quia ex quo nõ comparet facit quòd actor non potest procedere. ergo incidit in pœnam, vt in contrario: & ideo solue vt glo. & hæc lex intelligitur quãdo erat actum vt soluatur compromissum per contumaciam.

§ In dicta l. non ex omnibus nota ꝙ arbiter potest facere pręcepta pœnalia. sed gl. hic sentit contrarium, & melius quòd nõ pōt, nisi habeat ptãtem expressam per formam compromissi, vel per naturam actus intentati, vt l. si cum exceptione. §. hoc autem actum. ff. quod me. causa. Bal.

§ An arbiter possit testes cogere? Bal. in l. sed interpellat⁹. ff. de arbi. dicit quòd testes non possunt citari per arbitros, sed p iudicẽ debent citari: & si sine citatione deponant, valet eorum testimonium ar. eorum quę no. ĩ l. post legatum. §. hiis verò ff. de his qui. vt indig. Bald.

§ An super alimentis possit compromitti? Vber. de Bo. no. in l. j. §. quies. ff. de of. præf. & dicit quòd vt arbiter cognoscat modo iudiciario potest, sed vt cognoscat vt arbitrator & amicabilis compositor non potest compromitti.

§ In l. qualem. ff. de arbitris nota, quòd nõ tenet compromissum quando datur arbitro certa forma pronunciandi. & est ratio, qa istud arbitrium nõ est arbitrium, & non est arbiter, sed potius executor fac. s. eo. l. item si vnus. §. pomp. de appell. c. nouit in ratione sui. & est ar. quòd arbiter nõ cogatur pronũciare secundũ scedulã datã à partibus, sicut plerũque fit: quia licet cõpromittant libere, tamen in secreto dant scedulam de communi cõsensu factam, vt ab ea nõ discedat. in ꝯtrariũ fac. l. si contrauenerit. de iudi. hic allegata in gl. ibi, secundũ legem nota ꝙ arbiter debet seruare ius commune. Tu dic ꝙ debet seruare statuta, & consuetudinẽ loci: alias grauaret partes. nã ex quo statutum tollit ius cõmune, illud seruandũ est in loco illo C. de ædi. priuat. l. an in totũ. Bal.

§ An in sententia arbitratoris requiratur præsentia partis? Bal. in l. si quis arbitratu. de verb. ob. & quanto tempore duret ptãs, ibid. per Bart. Ange. ibidem aliter dicit. & quod not. Bal. x. coll. de lege corradi. §. inter partes. & l. final. §. si quis. C. commun. de leg. & l. multa. de cond. & demonstrat. & authent. si tamen. C de tempore app. per Bald. & l. fia. de contrahend. empt. & l. falso. C. de diuersis rescript.

§ An arbitrator possit in totum absoluere vel condemnare? Bar.

h [illegible] in l. quòd

in l. quòd si Ephesi. ff. de eo quod cert. loc.

§ An vir & vxor tanquam affines cogantur ad compromissum virtute statuti. Bal. in l. 1. C. vnde vir & vxor. ¶ Quid de bastardis? Inno. in c. non mihi. de rescr. dicit quòd naturales coguntur, sed non incestuosi, nec nepharij. ¶ Quid de duobus cognatis? no. in c. quod super his. de consanguin. & affin. dicatis quòd non sunt affines.

§ An assumendo tertium dicatur nouum cõpromissum? Bar. in l. si dominium. ff. de furioso, si à partibus assumatur dicitur nouum compromissum: secus si ab arbitro.

§ An arbiter post sententiam nullam, quia nõ seruauit ordinem iudiciorum possit iterum iudicare? Innoc. in rubric. vel in ca. j. de re iudica. & Bal. in l. fi. C. de contrahen. emp.

§ Quid important hæc verba, de iustitia & iure & veritate? Bald. in l. iustitia. de iusti. & iur.

§ An excommunicatus possit eẽ arbiter? Bar. in l. cum pater. §. hęreditatẽ. de leg. ij. Ioan. And. format in reg. iur. dolo facit. de reg. iuris. & dicit ꝙ non potest eẽ arbitrator, sed mediator simplex, ex cuius iuramento partes adinuicem concordarent. & sic contractus firmaretur ex partium conuentione, non ex arbitrio vel pronunciatione ipsius. Ioan. An.

§ Quid si sit factum compromissum in Titiũ excõicatũ de dominio feudi, & promisserunt inuicem pronunciationem & laudum ferendum per dictam arbitrationem homologare: & sic sentẽtia lata pro possessore, homologari dictę partes petant pronunciata lauda ab ipso arbitratore, an homologatio quærat ius in reo, si constat ad actorem dominium pertinere? Iac. Bu. disputauit istam quæstionem, & finaliter soluit sic videlicet quòd non quæratur ius reo, & ad omnium solutionem præmitto quòd hic notare debemus verba tria, duo scilicet pronunciationẽ & laudum, & tertium scilicet homologatio. & ipsorum potestatem. & hæc verba pronuntiamentum & laudamentum secundum sui significatum designant duo concernentia primum actum iudicis, seu arbitratoris pronuntiantis, & eius dispositionem, secũdum formam & auctoritatem sumptam ab ore & auctoritate pronunciantis, & secundum quòd actus est iure receptus, & non reiectus, vel reprobatus. primum per totum. de sent. exc. & l. non distinguemus. §. nũc de officio. ff. de arbi. & l. cum antea. C. e. & natura appellatiui est vt nõ plus significet quam representet appellatum. l. heredes. §. nunquam. ad Treb. & l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. l. quia mens. quæ erat in proprio colligatur & deprehendatur etiam & in proprio, quia eadem vel maior ratio quo ad dispositionẽ: preterea probatur in l. verbis. & in l. in pupillari. ff. de vul. & pup. & l. librorum. §. quòd tamen cassius. de leg. 3. Secundò, probatur ex. l. ex. l. ij. de legi. tut. & l. nõ aliter. de leg. iij. Tertiò præmitto quòd ea quę deficiunt ex iuris rigore, vel publico fauore consensu partium nõ corroborantur. l. si expressum. ff. de ap. & l. nemo potest. de leg. j. ex primo & tertio paret, ꝙ dispositio iudicantis si non sit lege recepta, sed improbata, potest & debet dici carere effectu & nomine pronunciantis & iudicantis: nec à iure ex ꝯsensu partiũ receptabilis vel homologabilis fiat: cũ arbitri persona ex iuris rigore deficiat. Ex primo sic concluditur, aut verba pronunciatum & laudatũ recipiunt dispositionẽ ſm formã à pronũciante datã, & eius auctoritate, & sic secundum sui significatum, & sic homologationem & cõfirmationem non recipiunt, cum arbitri persona ex iuris rigore & publico fauore deficiat: aut secundum sui naturam, & secundum continens & non contentum, & hoc non est de proprio intellectu. Ex secundo prob. quòd vltra proprium intellectum non possit operari, vt ex virtute contineat voluntariam dispositionem eius quod in sententia continetur, & ad proprium transit, cum hoc soleat ex veritate procedere q̃ hic deficit propter præsumptum errorem contra donantem, propter præsumptam necessitatem ex primã promissione, propter præcedentem proximum actum iudicij qui iniunctum ex necessitate processit, item probatur per l. cum de indebito. de prob. item per l. 3. §. scio. de mino. Tertium probatur per l. si vero non renunciandi. §. id cui pom. ff. man. cum ibi no. sic ergo hic cum homologatio non potest operari secũdum proprium significatum, nec trahatur ad improprium. ergo nullo modo. omnia autem in cõtrarium allegata loquuntur vbi expressum erat plus: ergo idẽ est in eo qđ est minus. vel saltem in vtroque eadẽ rõ, vt l. ij. §. si stipulatus. de verb. oblig. sic loquitur l. verbis cuilibet. cũ si. Secundò p̃mitto ꝙ homologatio secũdũ sui formã & significatũ non ordinatur ad nouam dispositionẽ inducendam, sed ad veterẽ ꝯfirmãdam & roborandam. l. si pupilli. §. itẽ quæritur. ff. de negot. gest. aut ergo valebit per modum comprobatorium alterius actus. & hoc eẽ nõ potest: aut per modum absolutæ dispositionis. & ñ p̃t: quia forma dispositionis nõ cõuenit. & nõ habet locũ illud generale, si non valet vt ago. &c. propter vitium formæ. nec obstat. l. C. qui pro sua iurisdictione. per l. ij. C. communia vtriusque iudicij. quia ibi expresse se retulit ad id quod in sententia continetur, nec obst. quòd hæc verba significare videntur substantiam, quia non significant simpliciter, sed qualitatem, & respectu qualitatis & formæ, quia appellatiua sunt: & paria sunt significare qualitatem vel substantiam respectu qualitatis, sunt paria debere speciem, vel qualitatem respectu speciei. l. in nauem. ff. locat. Iacob. Butrig.

§ In l. diem. §. hæredis. ff. de arb. no. quòd ius offerendi. in tex. ibi, compromissum. nec transit instãtia ad hæredem, etiam si esset in causa conclusum. no. in c. ex parte. de arbi. licet sit secus in iudicis, l. si petitor. & l. si his qui Romæ. de iudi. & l. si hominem. ff. de fideiusso. Bal.

§ An per lapsum anni expiret compromissum? Bal. in l. si duob⁹. §. sed si quis. C. de leg. Bar. in l. multum. ff. de cond. & dem.

§ In l. quamuis. ff. de arb. no. quòd laudum formatum in persona compromittentis transit ad hæredem. Cyn. de contrah. & committen. stipulatio. l. victrici.

§ An p̃tãs arbitrandi expiret per mortẽ vnius ex compromittentibus? Bar. in quodam suo consilio qđ incipit taloniusde spoleto no. in l. diem. in prin. & ibi Ray. tenet quòd transit, & l. sed interpellatur. de arbi. & no. in c. si. de arbi. & Ioan. Andr. in addit. Spec. in tit. de arb. §. finitur. in vers. sed nunquid arbitrator. & ita practicatur, quòd si est factum in arbitrum & in arbitratorem, ꝙ transeat in hæredem, & sic non expiret, cum sit contractus: alias si in arbitrum tantum, tunc secus. & quod no. Bal. in l. si per epistolam de acquiren. hære. vide in tex. & not. in c. præsentata. de testibus.

§ An si arbiter dedit illud tempus ad soluẽdum quod datur à lege poterit post moram purgare? Bar. in l. hæc verba. de lega. j. Albri. in l. Celsus. e. tit.

§ An ab arbitro electo virtute statuti possit appellari? Bar. in l. j. à quibus appella. non licet. tenet quòd sic. & allegat text. in l. fin. in fin. C. de iudic. Bald. in l. j. C. de arbit. ¶ Coram quo iudice? & an iudex rei vel actoris est conpetens ad cognoscendum de iniquitate. dom. Signorolus in consiliis suis in ij. parte, quæ incipit, factum sic se habet. facit l. ij. & ibi Bar. C. vbi & apud quos. & j. no. in secundo fo. do. Federicus de Senis in suis questionibus tenet quòd iudex rei sit iudex competens, quia actor sequitur forum rei. Bar. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio.

§ Nota quòd non derogatur iurisdictionis licet iudex delegatus recipiat compromissum. Inno. in c. innotuit. ext. de arb.

§ Quid si fiat compromissum sub dignitatis nomine, an transeat in successorem? Bar. in l. qui liberis. ff. de vul. & pu. & authen. si tamẽ. de tempore app. & ibi Bar. dicit quòd p̃t fieri compromissum in aliquos perpetuo duraturum. l. falso. C. de rescrip. diuer.

§ Si dictum est in compromisso quòd arbiter possit protogare terminum compromissi, quòd teneat prorogatio, licet partes ñ sint præsentes, & nunciabitur eis per nuncium vel epistolã, Bal. ĩ l. diem. in princ. ff. de arb. & ita exemplificat ibi. alio modo exemplificat in prorogatione dilationis ad comparendum, vt eod. tit. l. qualem. §. Cassius. quia p̃t ꝓgare ẽt abbsente & ignorãte. fac. l. Labeo. de iureiur. & l. iij. §. si causa. ff. đ bo. poss. Bal. & idem Bald. in l. eos. §. apostolos. de app. & in l. j. & auth. ei qui. C. de temp. ap.

§ Quod per compromissum non impeditur cursus causę principalis, secus in instantia appellationis. Bald. in l. si quis rẽ. ff. de arb.

IVRISDICTIO est potestas de iure publico introducta cā necessitatis iuris dicendi, & æquitatis statuendæ: vt ff. e. l. j. quæ diffinitio est de ordinaria iurisdictione. Item de delegata. G. vide ff. de ædil. edict. l. sciendum. Et ex verbo statuendæ, colligit Bar. ꝙ statuta facere, est iurisdictionis ordinariæ: quia cui competit diffinitio, & diffinitum, secūdum Bar. Sed Ray. dicit contrarium, quia non omnes populi habent iurisdictionem, nec locum publicum causarum. ff. de exc. tut. l. si duos. §. dictum. & tamen possunt adinuicem statuere de suis negotiis, non de iure publico, nisi à superiore confirmetur. C. de testa. l. fi. Non obstat verbum statuendæ: quia præcedit verbum de necessitate statuti: & statuta non fiunt d̄ necessitate, sed sponte. ergo facere non competit iure magistratus seu iurisdictionis: sed magistratibus sic. Bald. Sed an ista diffinitio sit vera in voluntaria iurisdictione, dic ꝙ sic, vt respectu litigatorum dicatur voluntaria: sed respectu iudicis est necessaria. ff. de off. procon. l. ij. per G. in Auth. de qstore. §. super hoc. G. ¶ Subrogatus ad vniuersitatem causarum habet iurisdictionem ordinariam: secus si ad certa, scilicet talis populi. ¶ Superillustres sunt papa & Imperator, consul & patritius. ¶ Illustres sunt præfectus prętorio Orientis, Illyrici, Affricę, Vrbis, & quæstor cādidatus. ¶ Spectabiles sunt magistri militum, prætor, præfectus vigilum, procōsul, præfectus Augustalis, præfectus Aegypti, Vicari⁹, & Dux, Comes rerum priuatarum, Comes Orientis, & non alii Comites. ¶ Clarissimi sunt Comites Italiæ & Alemaniæ, præses prouinciæ: sed magistratus municipales & alii pedanei non sunt clarissimi. G. ¶ Potestates terrarū non habent merū imperiū de iure cōmuni: sed pses puinciæ: sed de cōsuetudine & vsurpatiōe sic. Vnde mēbra mutilare, & damnare ad mortē, habent ex vsurpatione, nō de iure. ver. ergo potestates. Quidā habēt hoc per priuilegiū per pacem Cōstantiæ: vt no. in Auth. de defen. ci. §. nūc habēte. in fi. magnæ

gnæ gl. Hanc tamen præscriptionem potest reuocare princeps, quandocunque vult: quia cõtra absolutam principis potestatem potest præscribi, & omnis cõsuetudo potest ab eo cassari. de consti. c. j. ff. de sepul. vio. l. iiii. §. diuus. & in Auth. nauigia. C. de ser. fugit. cum similibus. ¶ Si potestas condemnat aliquem ad mortem an iste efficiatur seruus pœnæ. Videtur quòd nõ: quia non potest alicui adimere ciuitatem vel libertatem. ff. de off. præ. l. illicitas. §. qui vniuersas. Præterea iste condemnatur ex forma statuti: & statutum non dicit, quòd iste efficiatur seruus pœnæ. ergo, &c. Nã quod omittitur à statuto, pro omisso est habendum. vt no. Cy. C. de hære. insti. lib. i. Præterea nos videmus, ꝙ bona non confiscantur: quod fieret, si moreretur seruus pœnæ. Vlterius, nemo hodie bene natus ex condemnatione fit seruus. Ex hoc sequitur, quòd valent testamenta istorum: quia sunt liberi, & retinent bona. In contrarium videtur: quia sententia statim facit damnatum seruum. ff. de pœnis. l. qui vltimo. & l. quidam. ergo non valet suum testamentum. Et hoc est verum de iure: quia lex, non iudex, facit eum seruum. argu. de rit. nup. l. palàm in fi. tamen si de ꝯsuetudine est, quod eorum testamenta seruentur, valet testamentum, cùm etiam seruo lex & consuetudo possit concedere testandi licentiam. arg. ff. de offic. prætor. l. Barbarius. in fin. & C. de his, qui vt indi. l. pen. Et prædicta vera de condemnatis præsentibus: sed absentes condemnati ex forma statuti non fiunt serui, nisi demùm capti. tunc enim quasi ab hoste capti incidũt in seruitutem. Nam sententia in eos fertur hoc modo: quòd si quo tempore peruenerit in fortiam communis, &c. de re iud. c. pastoralis. in cle. Vnde interim antequam terminus adueniat, sunt liberi: & possunt testari. argu. ff. de ser. expor. l. Titius. Bal. ¶ Merum imperium liberum habet papa & Imperator: legi subnixum habent inferiores, quibus nominatim participatum est in parte solicitudinis, nõ in plenitudine potestatis. l. i. in prin. ff. de off. eius, cui man. est iuris. consistit merum imperium circa humanum corpus gladio materiali vel ciuili conterendo, quia homo summa res est: & ideo summa iurisdictio requiritur ad hominem morti tradendum, vel capitaliter condemnandũ. Nam homo est creatura facta ad imaginem Dei. C. de pœn. l. si quis in metallum. ¶ Mistum imperium consistit circa res & actus, in quibus nobile officium iudicis vel mercenarium decretum, vel auctoritas imploratur. Nam decretum in auctoritatibus & officio iudicis consistit: iurisdictio consistit circa actiones vice enim actionum exercetur. ff. de ori. iur. l. ii. §. post originem. Hoc tangit Spec. hîc: & dic, vt ff. eo. l. imperium. per G. de Cu. Cy. & Bart. ¶ Episcopi delegant merum imperium, quod semper intelligitur, quo ad causas sanguinis, abesse: & debent committere generaliter, sed alii prælati inferiores de iure non habent ius gladii. ver. & nota, quòd episcopus. G. ¶ An qui habent duas auctoritates cogantur alteram eligere. ver. vlt. no. tenet quòd non: quia non potest à se abdicare publicam iurisdictionem. ff. de offic. præsi. l. legatus. ver. vltimò nota. G. ¶ An præscribatur merum imperium, si quis eo non est vsus, quia non occurrit casus vtendi: tamen fuit in possessione territorii, vt dominus vel iustitiarius. Et dic, ꝙ sic. versic. & sunt hæc in arg. contra curiales. G. nam in istis incorporalibus plena possessio consistit in aptitudine, sicut in actu. ff. de seruitut. rusti. prædiorum. l. formam. & si quis præscribit iurisdictionem in incolas, videtur etiam præscripsisse in forenses, qui ibi delinquunt. Nam ista præscriptio causat ius reale: & velut confessoria contra quãlibet redditur. ff. si ser. ven. si quis diuturno. in fi. quia in ipsum territorium videtur ius præscribi, cui iurisdictio inhæret. C. vbi & apud quos. l. fi. no. hoc. probo ẽt per c. dilecti. de foro compe. Bal. ¶ Faciens guerram pendente inhibitione, pertinet ad forum ecclesiæ. in ver. Guil.

¶ De officio omnium Iudicum. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Notabiliter facta nisi diligenter notentur, neglecta esse dicuntur.*
2 *Interrogatio facta in bonæ fidei contractibus, tantum valet, quantum in stipulatione.*
3 *Lege deficiente, & contractu, iudex potest, quod sibi bonum videtur, agere.*

I. §. Quæ ad perpetuam memoriam fiunt, diligenter prospicienda sunt: vt xxiij. distin. in nomine. & extr.
a de re iu. ad Apostolicę. in superscriptioneª. j. q. vij. conuenientib⁹. nec vlla temporum sunt commutatione varianda. xx. q. j. quæ ad perpetuam maximè vbi sunt posteris profutura: vt ext. vt ecc. be. c. vlt. in prin. Ad posterorum ergo vtilitatem & memoriam perpetuam, hîc de officio iudicis tradidi, quę nec à modernis sunt eti
b am contemnendaᵇ. C. de quæstionibus. c. diuo. in fin. ᵇC. de testa.
1 iubem⁹. ver. sed nec aliqua. de consecr. distin. ij. semel. †quia quæ notabiliter fiunt, nisi diligẽter notentur, neglecta esse videtur. ff. de iniur. item apud Labeonẽ. §. ait prætor. Quia ergo de officio iudicum in specie tractauimus: hîc in genere de his, quæ spectant
2 ad omnes, dicamus. † ¶ Officium ergo iudicis latissimè patet: põt nãq; bo. possessionẽ dare, & in possessionem mittere, tutores cõstituere, & iudices dare: vt ff. de iur. om. iu. l. j. & xxx. q. v. iudicantẽ. & s. tit. proxi. & tantum valet in bonæ fidei contractibus, quantũ in stipulatione interrogatio facta. ff. de negot. gest. l. quia tantun-
3 dem. ff. depositi. Lucius Titius. † ¶ Item, quia vbi deficit lex & cõtractus, iudex facit quod sibi & de bono & æquo videtur. Instit. loca. §. pen. quod etiam, vt latè patet, sic plenius ostendamus. Nam quãdoque proponitur principaliter loco actionis, seu loco principalis actionis. Quandoque verò proponitur incidenter. Quandoque impedit actionem. Quandoque detrahit actioni. Quandoque deseruit ei. Quę singula seriatim specialiter prosequamur. Vltimò quid iuris sit de summaria cognitione dicturi.

ADDITIONES.

Sciẽdum est, quòd ex practicis, quos nominauit auctor in Proœmio, soli tres de hoc tractauerunt. Primus Rof. qui parte secunda sui Operis posuit Rubricam de officio iudicis, quod datur iure actionis, & v. post illam ad idem. Item post tit. de iuramento vasalli. posuit quasi continuè xiiij. Rubricas super diuersis, quæ petuntur iudicis officio. & sic sunt xix. ¶ Secundus fuit Vber. de Bon. q tractatum de hoc composuit, in suo libello ante med. versi. rogatus. vsque ad versi. si criminaliter. mihi char. vj. ¶ Tertius Ioan. de Deo, qui post ipsum Cauil. lib. x. per generales & speciales Rubricas materiam prosequitur. & Adde quod statim dicam. Item scias, quòd Roffr. in certis locis & super Rubrica de offic. iudic. contra colonos & adscriptitios, versic. sed opponitur. improbat subtilitatem dicentium, quòd quando iudicis officium proponitur loco actionis, non debet in libello dici, Ago contra talem. sed Propono vobis, &c. Horum ratio: quia iudicis officium non sit actio. ff. de mino. quòd si minor. §. fin. contra partem non debet proponi, sed solùm iudici: sed contra partem proponitur, cùm agit suo iure Sed ipse de hoc non curat: quia nomine actionis saltem generalissimo, etiam officium iudicis, continetur ff. de accus. & oblig. actionis verbo. & sic bene dicitur, Ago contra talem.
a Superscriptione. ¶ libr. vj.
b In fin. ¶ Facit cle. de iureiur. Romani. versi. nos itaque. & in fine.

SVMMARIVM.

1 *Actione ordinaria deficiente, proponitur officiũ iudicis, loco principalis actionis.*
Iudex vel prælatus audita subditorum infamia, ad inquisitionem excessuum suo officio potest, etiam nemine petente, procedere.
2 *Distinguendum est, vbi iudicis officium interponitur principaliter pro actione ad petionem partis.*
3 *Pater ageas contra filium sibi obedire nolentem, agit iudicis officio.*
4 *Officio iudicis agitur, cùm de patria potestate inter patrem & filium disceptatur.*
5 *Iudicis officio agitur, cùm filius petitur, qui à nemine detinetur.*
Iudicis officium imploratur cùm filius à patre petit emancipari.
6 *Deceptus qui renunciauit iuri suo, & quia aduersarius non seruat quod promisit: iudicis officium implorat.*
7 *Magister cuiuscunque facultatis potest à discipulo petere salarium, cui discipulus absque pacto, vel stipulatione obligatur. Idem de nutricibus, obstetricibus, medicis, &c.*
8 *Vxor timens viri sæuitiam petere potest officio iudicis sibi caueri.*
9 *Imploratur iudicis officium, vt hæres cogatur adire hæreditatem.*
10 *Officium iudicis imploratur loco principalis actionis in quinque casibus.*
11 *Iudicis officium imploratur pro via publica adæquanda.*
12 *Bona debitoris non soluentis peti possunt officio iudicis possideri, vendi, vel separari.*
Recurrendum nõ est ad extraordinarium auxilium quandiu superest ordinariũ.
13 *Officium iudicis quomodo competat ordinario, & quomodo delegato.*
14 *Officium iudicis si loco principalis actionis ad petitionem partis contra incertam personam imploratur, tunc non est necessaria litis contestatio.*
15 *Litis contestatio non est necessaria, vbi iudicis officium pro actione proponitur contra nullam personam.*
16 *Iudicis officium in quibus casibus interponitur, etiam inuitis partibus.*

2. §. Iudicis offic. loco principalis actiõis ꝓponit, cũ alia actio ordinaria deficit, & non est actio: vt ĩ. §.
a vlt.ª & tũc lit. ꝯte. exposcit, vt extr. e. iudicis, qđ tñ sic intellige: qa
b aut interponit̃ ad nulli⁹ partis petitionẽ: aut ad partiũ petitionẽ,
1 aut eis inuitisᵇ. † Iudicis offĩn loco pĩcipalis actiõis ad nulli⁹ ptis petitionem

ADDITIONES.

a §. vlt. ¶ Nũc ꝓpter additionẽ penultimã, de quo dicã ĩ. §. fi. ĩ prin.
b Inuitis. ¶ Exempla posuit Vbert⁹ vbi suprà, & multa post Vincẽ. Phi. & Gof. scripsit in Dec. ij. e. ti. post prin. & ex his, & ex omis. & his quæ posuit Inn. ibi, & Host. ibi, in summa hui⁹ ti. format⁹ fuit. tñ apertius tot⁹ iste tractat⁹ vsq; ad vlt. §. q fuit additio, vt ibi dicã.

petitionem interponitur: cùm prælatus vel iudex audita subdito
rum infamia ad inquisitionem excessuum ex officio, sine cuiusq;
petitione procedit. extra de accu. qualiter. ij. & ij. q. j. Deus. lxxxvj.
distinct. si quid verò de quocunque. extr. de simo. licet Heli. Item
cùm ex officio suo mandat, vt quicunque scit veritatem, vtrum
Titius soluerit vsuras alicui, qui Titi⁹ iurauit hoc non denuncia-
re, hoc dicit, extra de iureiur. ad nostram. ij. in fi. Idem cùm per se
inquirit, an tutor suspectus sit de tutela. ff. de suspe. tu. l. ij. §. præte-
rea. & j. dicam. Ad eius enim officium spectat, per se talia inquire
re & corrigere. ff. de off. præsi. congruit. extra de off. ord. c. j. xxxv.
q. vj. episcopus. extra. de te. cog. præterea. xxiij. q. iiij. si is qui. C. de
bo. proscrip. si intra. in princ. & obuiare ne fiant. lxxxvi. dist. c. i. ii.
& iii. dist. c. i. & ii. suspectos ab administratione remouere: vt ibi, &
extra. de off. dele. venerabile. iii. q. ii. quia ea. extr. de accus. cùm di-
lecti. & de simo. licet. Item damnis ecclesiarum occurrere. extra.
de instit. cùm venissent. in fin. Similiter & his quidem omnibus
non est litis ꝯtestatio necessaria: sed sunt illi exponenda capitula,
super quibus inquiritur contra eum extra. vt lite nō contest. quo
niam fre. §. sunt & alii. & in præ. c. qualiter. §. dēt igitur. xi. q. iii. eo-
rum. vel dic, vt j. de inquisitionib. §. nunc tractem⁹. aliàs, nunc vi-
a dendum. ver. cùm igitur. & seq. † ¶ Si verò officium iudicis inter
ponitur principaliter pro actione ad petitionem partis petentis
aliquid sibi dari vel fieri: tunc subdistingue, quia aut contra certā
personam, aut contra incertam, aut contra nullam. Si contra cer-
tam tunc habet locum dec. extr. eo. iudicis. quia tunc est merum
officium, & datur libellus, & exposcit lit. conte. ff. de mino. Papin.
in fin. & l. pater. §. j. & C. si aduersus deli. l. j. C. in quib. cau. in inte.
rest. non est ne. l. j. C. de mino. l. iij. extr. de restit. in inte. c. j. Cùm e-
nim loco actionis succedat, vt s. ver. prox. sine qua nemo experi-
tur: vt ff. de neg. ge. si pupilli. §. fi. viji. dist. quo iure. extr. de iud. exa
minata. eius naturam debet imitari. ff. si quis cau. si eum. §. qui in-
iuriarum. C. de rei vxo. act. l. vnica. extr. de stat. ho. recolētes. lxxvj.
dist. nosce. & c. scire. licet nō perpetuetur per lit. cōtest. vt in præ.
l. Papinianus. Quod autem dixi, quòd exposcit lit. conte. patet in
multis exemplis: vt ecce, primò in rest, in inte. siue à minore, siue
à maiore proposita. Pone enim, ecclesia alienat iuris solennitate
adhibita aliquam possessionem, in qua læditur enormiter citra di
midiā iusti prætii: certè potest petere per merum officium iudi-
cis, vt pecunia emptori restituta recuperet possessionem: vt extr.
de rebus eccl. non alie. ad nostram. & extr. de rest. in integ. c. j. Hu-
iusmodi enim officium iudicis proponitur à parte pro actione, &
contra certam personam, scilicet, contra emptorem: vnde debet
lis contestari. Item etiam in minore læso, licet ei per edictū præ-
toris subueniatur: vt ff. de mino. l. ait pretor. & l. patri. §. i. & l. qđ si
minor. §. fi. & extra de in integ. rest. constitutus. ff. de euictio. l. mi
nor. respon. j. C. in qui. cau. nō est in integ. rest. ne. l. j. in fi. de exce.
exceptiones. in fi. Idem est in maiore causa Reipublicæ absente:
cùm læso cuilibet prætor subueniat: vt ff. ex qui. cau. ma. l. j. tamen
ex officio iudicis iuuatur. C. ex qui. cau. ma. in contractibus. Idem
etiam in rescissoria, quæ quàuis ex beneficio prætoris competat,
vt ff. eo. maiores. & l. ab hostibus. & C. eo. l. j. tamen officio iudicis
expeditur. Vnde dicunt quidam, quòd ex edicto prætoris est inef
ficax, quousque prætor viuus in eam insufflat spiraculum vitæ: vt
a ff. quod metus causa. metum. §. violenti. Insti. de act. §. rursus[a]. An
autem restitutio in integ. sit necessaria litis contestatio, vel possit
dari contra absentem? Dic vt extra. eo. c. ij. de in inte. rest. c. j. & c.
3 cùm ex literis. † ¶ Item aliud exemplum: nam si pater agit contra
filium, obedientiam & reuerentiam sibi præstare nolentem, agit
iudicis officio. xxx. dist. c. j. extr. de ma. & ob. cū inferior. C. de emē
da. prop. l. vna. ii. q. vii. quæritur. Item si pater, vel mater agunt cō-
tra filium, vel filius contra eos pro alimentis: aget iudicis officio.
Est enim hîc necessaria cognitio: quia fortè negabitur pater esse,
vel filius, xxx. dis. si quis dereliquerit. ff. de lib. agn. si quis à liberis.
respon. i. & per totam l. i. ff. de iust. & iure. extra de fil. pres. Micha-
el. extr. de eo, qui du, in ma. quam pol. per adul. cùm haberet. in fi.
in Auth. vt li. ma. & aui. §. illud quoque. extra. qui fi. sint leg. trans-
misse. de proba. per tuas. Item si patronus ad inopiam vergens pe
tit sibi per ecclesiam vel libertum prouideri. extra. de iure pa. no-
bis. xvi. q. vii. quicunque. & in præ. l. si quis à liberis. §. solent. Item
si patron⁹ petit vt libertus obsequium sibi præstet: vel si conque
ritur se ab eo contemptum, vel ab eo conuitium sibi factum, vel
dictum: officio iudicis agetur. ff. de offic. præ. vr. l. i. §. cùm patro-
4 nus. † ¶ Item officio iudicis agitur, cùm inter patrem & filium de
patria potestate disceptatur, & constat tantùm filiatione. ff. de li-
be. exhi. deinde. §. i. ff. de rei vend. l. i. §. per hanc. C. de peti. hære. si
putas. C. de patria potestate. l. i. & ii. extr. de conuer. infi. c. fi. ¶ Sed
quæritur. an in præmissis casibus, scilicet, de patre & filio, & de pa
trono & liberto sit libellus necessarius? Quod dic, vt j. de libel. cō
b cep. §. nunc dicendum. vers. xxxv.[b] Sed an in eisdem casibus, & eti
am in cautione damni infecti, de quo j. subiicitur, debeat appella
tio admitti? Et quidem dicunt, quòd nō. ff. de appel. reci. vel nō si
c res. Alii contra[c]. C. de peda. iud. l. placet. Ita tamen, quòd penden-
te appellatione alatur qui fuerit pronunciatus alendus, sine præ-
iudicio tamen. ff. de inoff. test. si instituta. §. pen. C. de ori. iur. l. fi. ff.
test. tu. l. item, ff. de iure del. filius. & no. ff. qui sui vel alie. iur. sunt.
5 l. pe. † ¶ Item agitur officio iudicis, cùm filius petitur, qui à nemi-
ne detinetur. ff. de li. exhi. l. iij. §. hoc autem interdictum. extra. de
conuer. infi. c. fina. iii. q. j. redintegranda. Item imploratur, cùm fi-
d lius petit à patre emancipari[d]. ff. si quis à pa. fu. ma. l. fin. & de cōd.
& de. si cui legatum. ver. arbitro. Item cùm petuntur separari bo-
na. ff. de separa. l. fin. Item cùm petitur sententia pronunciari nul.
la, vel processus. extra. de procu. in præsentia. extra. de off. dele. cū
e contingat. ff. de fer. l. i.[e] Item imploratur contra hæredem, vt vlti-
ma voluntas testatoris impleatur. extr. de testa. tua. C. de episcop.
& cler. Auth. licet. C. de sac. sanct. eccl. l. j. Item implorat officium
iudicis, qui per metum rem suam tradidit: licet ei subueniatur per
edictum quod metus cau. ff. quod metus cau. metum. §. ex hoc e-
dicto. Item deceptus, qui se supponit gratiæ capituli, suas literas
ei tradendo: si capitulum malum causamentum habet ei extra. de
f renunciat. sanè. & capitul. veniens[f]. † ¶ Item qui deceptus re-
nunciauit iuri suo, & qui deceptus est, quia aduersarius non ser-
6 uat quod promisit. extra. de pact. cùm pridem. & de rerum per-
mutatio. cùm vniuersorum. & de præbendis. inter cætera. Item
cùm aduocatus seu qualiscunque defensor à clientulo: vel magi
ster cuiuscūque facultatis à discipulo petit salarium: qui sola pol-
g licitatione, non pacto, vel stipulatione ad hoc obligat⁹ est[g]. † ¶
7 Idem intelligas in nutricibus, & obstetricibus, & medicis. ff. de
var. & extraor. cogn. l. j. §. in honorariis. & per totam legē. C. man.
salarium. & ff. eodem salarium. Dic, vt ibi. extra. de foro compe.
Romana. §. nec etiam. & in hoc forma libellum, vt j. de magistris.
Item is, qui passus est in oculis propter mala collyria, quæ medi-
cus apposuit, & propter hoc rem suā vendidit: factus sanus rem à
medico officio iudicis petet. ff. de var. & extraordin. cogni. l. medi
8 cus. & hîc forma libellum, vt j. de iniur. † Item vxor timens sæui-
tiam viri, petet officio iudicis sibi dari licentiam ab eo recedendi,
vel idoneè caueri. extra. de restit. spolia. literas. in fi. extr. de spon.
cùm locum. de procur. c. accedens. Item cùm seruus conqueritur
de nimia sæuitia domini, ff. de his, qui sui vel alieni iuris sunt. l. j. &
ij. & Instit. eodem. versus finem. Et tunc libellus datur, si petitur:
alioquin appelletur. C. de epis. audi. si lenones. ff. si quis à patre fu.
ma. l. final. Item cùm pater conqueritur de malo filio, vel filius de
patre duro. ij. q. vij. quæritur. Item cùm propter ingratitudinē off.
iudicis petuntur liberti: vel etiam quæ donata sunt reuocari. C.
de libertis, & eorum libel. l. prima, extra. de don. c. finali. Item peti
tur officio iudicis, vt arbiter vel iudex pronunciare cogatur. ff. de
arbit. l. tertia. §. primo. ff. de iudic. de qua re. extra. de causa poss. &
proprie. cùm super. Item imploratur officium iudicis, vt tutores
vel curatores compellantur gerere: & si malè excusati sunt, vt re
ducātur in gestionem. ff. de minor. verum. §. ex facto. Instit. de ex-
cusa. tut. §. fi. quod remoueātur. C. de admi. tuto. l. fin. Item implo-
h ratur[h], vt caueatur de damno infecto; & pro legatis & fideicom-
missis præstandis, & similibus. ff. de actio. & oblig. actionis verbo.
ff. vt lega. vel fideicommis. nom. caueatur. l. j. & l. etiam. xvj. q. iiij.
neque decennii, & ff. de damno infecto. l. prætoris. & l. iij. §. hoc
autem. & l. prætor. §. eius. An autem hic sit necessarius libellus,
notat. infrà, de lib. concep. §. nunc dicendum. versicul. xxx. &
versicul. xxxij. Item imploratur in actionibus priuatorum cri-
minum pro pœna imponenda. Vnde dicuntur extraordinaria
crimina illa, de quibus tractatur ff. de extraordin. crimin. & de
i priuat. delict. Item imploratur [i] pro exhibendis tabulis te-
stamen

ADDITIONES.

a Rursus. ¶ Hic scripsi post Hostien. eod. titul. ca. ij. super gloss. ij. an-
te finem.
b Ver. xxxv. ¶ Quod ibi posuit, fuit dictum Vber.
c Contra. ¶ Scilicet Vber. cuius ad literam fuit iste ver. & vide j. de
app. §. in quibus. versi. sed nunquid quando.
d Emancipari. ¶ Quod quatuor casibus petere poterit, quos scripsi
de restit. in integ. constitutus. in prin.
e l. j. ¶ Hoc fuit vltimum dictum Innoc. in ca. ij. eod. titul. in fin. ma-
gnæ gloss.
f Veniens. ¶ Ibi dixi post Vinc. quòd causamentum est vulgare Hi
spanorum. in gl. videtur. in fi.
g Obligatus est. ¶ Vide j. de salariis. §. ij. in princip. & §. iij. versicu. is
quoque.
h Imploratur. ¶ Secundum Vber.
i Imploratur. ¶ Hunc, & sex casus seq. posuit Vber.

stamenti.ff.de tab.exhi.l.j.in fi.ff.quemadmodũ testa aper.l.ij. An
9 autem libellus sit hic dandus,dicam in præ.versicul.30. †¶Item imploratur, vt cogatur hæres adire hæreditatem: vt eam, vel legata aliis restituat.ff.ad Treb.restituta.§.Titius.& l.nam & diuus. l.cogi.respon.j.& l.ille à quo.§.tempestiuum.& l.recusare.& no. ff.de fideicommis.hære.pe.l.ij.An autem hîc sit dandus libellus, not.in præ.versic.30.Item cùm dominus imponit seruo necessitatem peccandi. C. de episc. audi.si lenones.Item imploratur ne vis fiat ei,qui in pos.missus est, vel mitti iussus est,vt defendatur, si repellitur,vel non admittitur.ff.ne vis fiat ei,qui in pos.mis.est l.j.ij.& iij.extr.de do.& contu. contingit.Item in edicto diui Adriani proponitur officium iudicis secundum quosdam. C.de edict.
a diui Adri.tol.l.fi.[a] Item in alio casu.ff.ad l.Fal.l.pen.in fin. Item si seruus vel filiusfamiliâs argentariam exercuerit, pater vel dominus per officium iudicis edere cogetur.ff. de edendo. prætor ait.
b §.ij.[b] & l. si quis secundum quosdam. Item imploratur etiam in denunciatione matrimonij.extra qui ma.accus. pos. cum in tua. Item in crimine vsurarum, 14.quæstio.iiii.per totum.extr.de iureiurand.ad nostram.ii.Item in quolibet crimine ecclesiastico,in quo ciuiliter agitur.xxiiij.quæst.iij.ecce. extra.de collu. crimina. 22.quæstio.i.c.si.Item imploratur, cum agitur condictione ex canone.3.qu. 1.redintegranda.vt cum clericus dicit se amisisse rem per violentiam,vel metum,vel dolum, vel captiuitatem,vel tẽporis conditionem:vt ibi, & extra.de re.spo.sæpe.Item implorat̃ cõtra collectores, vel dominos homines in collectis vltra vires
c grauantes[c].Item cùm vocantur ad officia,qui excusationem habent.ff.de vac.mu.sextumdecimũ.§.fin.C.li.x.quemadmodũ ci. munera. l. i. ii. iii. & iiii. Et in hoc & in sequenti forma libellum, vt j̃.de censi.Item cõtra colonos, seu adscriptitios reditus dominis soluere nolentes: quia dubitant,an hi domini sint.C.de agri. & censi.litibus.§. i.libr. xi. Item cùm vasallus à domino indebitis grauatur,saltẽ ex mente iuris.ff.si quadr.pau.fe.di.l.i.§.pe.ff.de iu. om.iu.si quis id quod.C.li.xi.in quibus ca.colo.censi.l.i.& de agr. & censi.l.pe.& fin.in Auth.de quæst.colla.vi. Et in hoc forma libellum,vt j̃.de feu.§.fin.Item imploratur pro fructibus rei meæ contra detinentem eam.C.de rei ven.certũ.§.bonæ fidei.ff.eo.si nauis.§.fi.extr.de testi.spo.grauis.ff.de pet.hær. illud. §.prædo.& §.ad officiũ.& l.sed & si lege cõmissoria.§.si ante litem.Et in hoc forma libellũ,vt j̃.de cau.poss.& proprie.§.notandũ.vers.porrò. Item pro impẽsis,siue de nouo, siue in refectione factis. C.de rei ven.domum.ff. de pet.hære. planè. & l.illud.§.ad officium.Item pro vsura in bonæ fidei iudiciis: in his,quæ imitantur iudicia bonæ fidei,sicut in legatis.C.in qui.cau.in integr.resti.non est ne.in minorũ persona.C.de vsu.vel fru.le.& fidei.l.i.ii.& iii.& ff.de vsu.
10 vsuræ.Et in hoc forma libellũ,vt j̃.de vsu.†¶Item imploratur[d]
d loco principalis actionis in quinq; casibus. Primus contra turbãtem mihi vsum,quem habeo percipiendi,vel hauriẽdi,vel ducẽdi aquam: quia non permittit vti, vel fortè amouit vsum aquæ, vel ipsam aquã, quo casu iudex per officiũ suũ faciet me retinere vsum aquæ,coercens factum aduersarij,&rei competẽtem formam dans.Et intellige quòd habebam illum vsum non iure seruitutis:quia tunc competeret cõfessoria.ff.si serui.vend.l.ij.& l.si cuti.§.Aristot.& ff.de serui. quoties.Secundus, cõtra instituentem inciuiliter, id est, nõ de iure ciuili, riuum seu seruitutẽ aquæ per prædium meum.In hoc etiam casu competit mihi negatoria directè,si sim directè dominus prædij:vel vtilis, si vtiliter sim dominus.ff.si ser.vend.l.ii.ff.de pub.l.si ego.Si verò nec directè,nec vtiliter sim dominus:tunc valde necessarium est officium iudicis Tertius,cõtra detinentem equam meã,penes quem concepit& peperit: petam enim officio iudicis tam equam quàm fœtum.licet enim in hoc casu mihi competat directa rei vendicatio & Pu
e bliciana:vt in prædict.l.si ego.ff.de vsu.equis[e].ff.de vsuc.l.si aliena.§.Sceuola.Quartus contra mittentem animalia in segetes meas: & maximè cùm sunt in herba, vel in vineam: licet & hic aliæ competant actiones:vt not.j̃.de iniur. Quintus,cùm plurimi ho
f mines,qui p plura loca debent distribui[f]:quia fortè mutantur de loco ad locum,vt Saraceni dispersi in Sicilia, mutati sunt in Apuliam:vt C.lib.x.de iure fis.l.certa.in meum agrum collocati sunt. Per iudicem enim tũc fiet æqua distributio.Hi quinq; casus sunt ff.de var.& extraor.cog.de vsu.Et in his quinq; casibus concipies libellum.vt j̃.de cau.pos.& proprie.§.priuata.versicu.sed & sinc.
11 †¶Item imploratur officium iudicis seu magistratus,si via ciuitatis,quæ est prope domum alicuius,facta est arctior,vel augustior,vel est clausa,ita vt publicus cõmeatus impediatur,vel si facta est affluxior:quare expedit domino domus,vt debeat adæquari: vel si sic impedita est, vt non possit transiri, nisi fiat pons. cogetur enim vt eum faciat, vel quòd sic paretur, vt aqua possit labi: vel etiam si via fodiatur,vel aliquid ibi fiat,propter quod non potest transiri, vel vehiculum duci: vel si morticinia ibi proiiciatur vel stercora,vel alia immunda.ff.ne quod in loco pu.fi.l.ij.§.hoc interdictum tantùm.tunc etiam competũt interdicta:vt j̃.de causa pos.& proprie.§.quia verò.versicu.cæterum.& seq.Item contra eum,cui relictum est legatum,vt filium suum emancipet:nec vult emancipare,cogetur enim ad hoc extraordinariè,id est,offi
g cio iudicis.ff.de condi.& demon.si cui legatum[g]. †¶Item bona
12 debitoris non soluentis petuntur officio iudicis possideri,& vendi,vel separari:vt ff.& C.de bo.auth.iu.poss.extr.vt lite non conte.quoniam.§.in aliis.Super quo forma libellum, vt j̃. de eo,qui mit.in pos.Item imploratur officium iudicis à creditoribus,vt cõstituatur curator bonis eius,qui bonis cedit,vel qui sine hærede decedit, vel etiam cùm hærede, qui tamen non vult hæreditatem adire, vt per eum bona vendantur, & creditorib[9] satisfiat: vt ff.de cu.bo.dan.l.j. in fin. In his igitur casib. iudicis officium directè seu loco principalis actionis proponitur ad petitionem partis contra certam personã:& est merum officium:vnde exposcit litis contestationem,vt dixi. Videtur tamen hoc fallere in denunciatione, quam quis prosequitur, vbi non videtur litis contestatio necessaria.extr.de dolo & contu.cùm dilecti. extr. vt lite non contest.quoniam.§.sunt & alii.extr.de accu. qualiter.ij.§. debet. Sed dic, quòd tunc debet lis contestari, & ordo iuris seruari: vt not.extr.de purg.ca.cùm dilectis.& j̃.in ti.de inquisit.§.nunc tractemus.ver.si autem inquiratur.Sed opponitur:nam in multis expressis casibus certæ competũt actiones:& quandiu superest ordinarium auxilium,non est ad extraordinarium recurrendũ: vt ff.
h de mi.in causæ. in prin. sed illud verũ est in causis minorum[h].In aliis autẽ casibus licet aliæ cõpetunt actiones, nihilominus tñ &
13 iudicis officiũ imploratur. †¶ Et nota ꝙ hoc officium cõpetit ordinario principaliter & incidenter:sed delegato incidẽter, vel etiam principaliter,si hoc ei principaliter cõmittitur.extra.de in inte.rest.c. pe.Item officium hoc datur fauore personæ, non rei. vnde potest computari inter personales actiones,&non inter reales:cùm imploratur à minore, vel ecclesia, vel etiam à maiore.
14 †¶Porrò si officium iudicis loco principalis actionis ad petitionem partis contra incertam personam imploratur: tunc non est necessaria litis contestatio,sed res iudicis officio expeditur,quod in casibus sequentibus patet: vt si mihi furtum fit, & nescio per quem, sacerdos, me petẽte ex officio suo potest excõmunicare furẽ incertum.extr.de off.or.c.ij.Item in eo, qui famosum libellum clanculò proiecit.v.qu.j.quædam.Item quandoque petitur dari tutor pupillo,vel curator minoribus xxv. annis, maioribus tamen xiiij annis.Institu.de cura.per totum.ff. de postu.l.j.ad fin. & l.seq.videtur tamen hic peti cõtra certam personam,quia certa persona debet assignari ab eo,qui petit tutorem vel curatorẽ. C.qui petant tut.l.ij.& per totum tit. Sed dic quòd nihil petitur ab eo,quem nominat:vnde in talibus ñ est dãdus libellus,nisi iu-
i dex dicat,scribe tuam petitionem: vt super ea deliberem[9][i]. sic 7. q.j.qualiter.& c.quanuis.& §.ecce hic. Item quando petitur dari curator bonis.ff.de cura.bonis. dan.l.i.& fi. Itẽ quando episcopo
k impotenti petitur dari coadiutor. extr.de cleri. ægro.ex parte[k]. Item per officium iudicis pro tribunali sedentis petat se mitti quis in possessionem bonorum ex testamento vel ab intestato. ff.de bon.poss.sed cum patrono.§.bonorum pos.ff. quis ordo in bo.pos.serue.l.vtile.§.dies.ff.de suc.edic. l.i.§. edictali. Non enim videtur in hac petitione certa persona nominanda. Sed si is, qui credit

ADDITIONES.

a l.fi.¶Vt ibi no.in gl.sigillorum.
b §.ii.¶Etiii.vbi de hoc.
c Grauantes.¶Et quõ isti ad restitutionẽ teneantur,vide per Host. in Sum.de pœn.§.fi.ver.sed quid de quæsitis.& ver.seq.
d Imploratur.¶Verba Rof.vbi rubrica de off.iudi. per quod vsum aquæ retineo. Adde, An ex sola æquitate naturali ĩplorari possit officiũ iudicis,vide Socin.cons.164.inc.visa bulla.col.v.ver.non omitto.in ii.vol.Henricus Ferran.
e Equis.¶Exponitur,id est,equabus,& in l. sequẽti bos ponitur ꝓ vacca.
f Distribui.¶Forsan in exercitu,dicit ibi gl.
g Legatum.¶Iste §.est vnus de quatuor casibus, ad quos s̃.remisi.
h Minorũ.¶Supple,& ecclesiarum,vt scripsi eo.tit.c.ii.super prin. ij.gl.Adde Bart.in l.in prouinciali.§.si verò.in ii.col. versi. contra istud.ff.de oper.noui nuncia.vbi quòd quando auxilium extraordinariũ est mihi vtilius quàm ordinariũ, vt quia nimis grauor: ꝙ tunc possum vti extraordinario. Et ibi an remedium ordinarium tollat extraordinarium, quãdo extraordinarium est facti:& quid quando vtrunque est iuris.Hen.Ferran.
i Deliberemus.¶Secundum Vber.cuius fuit iste ver. quem etiam posuit Io.de Deo.
k Parte.¶Sed hoc dic,vt de clerico ægr.cap.vno.lib.vi.

credit lædi, contradicat, tunc admittetur. ff. de adopt. l. nam ita C. quorum bon or. l. j. in fin. & l. sequent. extra. de offic. archiepisc. ad hæc. ff. de aqua plu. arcen. l. 3. & C. de cur. fur. l. fin. §. ij. C. qui ad mit. ad bon. poss. l. pen. xij. q. ij. non liceat. extr. de reb. ecclesi. non
a alien. si quis presbyterorum. Item [a] quando petitur vt interdicatur alicui administratio propriorum bonorum, tanquam prodigo: hoc solo officio iudicis petitur, vnde nec libellus datur, nisi vt ipse deliberet, vt prædixi: licet concedam eos, qui læduntur vocā
b dos: vel saltem ad contradicendum admittendos [b]. C. si minor se ab hære. absti. Auth. si omnes. C. de liberali causa. principaliter. ff. de mino. etiam. §. fi. ff. de cur. fu. obseruare. Minor ergo, qui petit restitui, vt ab hæreditate abstineat, non dat libellum. Alij dicunt, quòd si minor se velit defendere, quòd non sit dand⁹ curator, dabitur libellus, quia ab eo petitur iudicis officium, vt cesset ab administratione rei suæ: sicut cum tutor suspectus accusatur. Item reperitur officium iudicis, quòd iudex per se intentat, & exequitur sine aliquo petitore: vt in remouendo tutorem suspectum, de quo sibi constat: & in inquirendis criminibus, de quibus est pu
15 blica fama: vt dixi s. in prin. huius tit. † ¶ Si verò iudicis officium pro actione proponatur contra nullam personam, eodem modo non est necessaria litis contestatio: vt si infamis, qui nō potest postulare, nisi pro se, & pro certis personis petit in integrum restitui ad famam. ff. de postul. l. j. & iij. q. vij. infamis. §. tria. versicul. alij enim omnes. Item quando petitur electio concors confirmari. extr. de elect. postquam. xlvij. distinct. de Petro. xxj. quæ. j. relatio. Hoc enim contra neminem petitur, sed solius iudicis officio confirmatur: vel infirmatur. eod. titul. nihil. & cap. cùm nobis. ibi, du-
c ximus officio nostro, &c. [c] Item cùm minor, qui damnosam adiit hæreditatem, petit restitui contra factum suum, vt sibi liceat abstinere. C. si minor se ab hære. absti. l. vna. & Authen. si omnes. ff. de cura. bon. dand. l. j. Sed iste casus posset poni s. in præcedenti membro, quando contra incertam personam. Item generaliter ꝯtra nullam personam imploratur, quoties aliquid, quod petenti prodest, & nulli obest, petitur. C. de preci. Impe. offe. rescripta. q
16 est. xxv. quæst. ij. † ¶ Inuitis quoque partibus interponitur officium iudicis: vt si quis contraxit cum consanguinea, & nolit se admonitionem episcopi separare, vel testes super matrimonio producere: quia tunc potest eos inuitos episcopus excommunicare
d extra. de offic. ordin. significauit [d]. Item si vir & vxor se prætextu consanguinitatis sine iudicio ecclesiæ separant, episcopus de hoc etiam inuitis eis, vel consanguinitatem confitentibus, ex officio suo inquiret. extr. de diuor. porrò. in fin. extr. de eo, qui cog. consang. vxo. suæ. super eod. Item si super beneficio sit appellatum, & neutra pars vult ꝓsequi, sed differt vsque ad annum: superior, si videat ex dilatione ecclesiæ periculum imminere, potest partibus ex officio suo terminum præfigere. extr. de appellat. oblatæ. in fin. Idem potest dici in sacerdote postulāte, quē inuitū iudex repellet. extr. de postu. c. fi. ff. e. quos prohibet. xiiij. q. iiij. denique.
e Itē p̄t dici in excōmunicato [e] & aliis: qđ dic, vt ĩ. §. impedit. Quòd etiā inuitis oīb. officiū iudicis interponat, ꝓbat. ff. de postu. l. j. extr. de eccl. benef. c. vnico. ver. nos, vt prædiximus. & ij. q. vij. alieni. vbi de hoc.

ADDITIONES.

a Item. ¶ Secundum Vbert. cuius fuit quod sequitur vsque ad ver. si verò.
b Admittendos. ¶ An aūt ad hanc ꝯditionem admittatur excommunicatus, plenè scripsi post Inn. & Host. de excep. c. cùm inter. in glo. dixit hoc Innoc. ver. quid de illo.
c Nostro, &c. ¶ Super hoc vide quod scripsi de ordin. cog. eā. ii. in gl. hāc exceptionem. ver. hæc etiam exceptio locum non habet. & de causa pos. cum ecclesia. super gl. ij.
d Significauit. ¶ Hodie si scienter ꝯxerunt, excōmunicati sunt ipso iure, per cle. de consang. & affi. eos, qui. & prælati denunciare tenentur, vt ibi.
e Excommunicato. ¶ Quē non solùm iudex ecclesiastic⁹ ab hoc repellit, sed cogit etiam iudicem secularem ad id. de sen. exc. decernimus. lib. vj.

¶ Officium iudicis, quibus modis potest incidenter implorari.

SVMMARIVM.

1 *Officium iudicis incidenter proponitur quandoq; in modum exceptionis, quandoque in modum replicationis.*
2 *Officium iudicis proponitur per modum exceptionis.*
3 *Minor petens restitui directè, dare debet libellum.*
4 *Officium iudicis vicem obtinet actionis: imò simpliciter inspecta diffinitione actionis dicitur actio.*
5 *Implorans beneficium epistolæ diui Adriani, qua ratione dabit libellum.*
6 *Libellus videtur super qualibet exceptione dandus.*

a 3. §. Incidenter quoq; potest officium iudicis implorari [a]: vt ext. de in int. rest. c. causā. nec est tunc litis cōtestatio necessaria, vel libellus: vt ecce, si agitur rei vēdicatione re vsucapta post litem contestatam, iudex ex officio iubet incidenter caueri, quòd reus non pignorauerit rem petitam, vel quòd non manumiserit si seruus vendicabatur. Instit. de offi. iud. §. ad exhibendum. ff. de nox. act. si quis hominem. §. quantum ff. de rei ven. l. si post acceptum. Item pignoratitia actione proposita iubet incidenter caueri de dolo. ff. de pigno. ac. creditor. Item incidenter petitur restitutio ad aliquam probationem in principali causa omissam. extr. de in integr. restit. cum venissent. & c. au
1 ditis. & c. ex literis. † ¶ Vt autem hoc plenius videas, dic quòd officium iudicis incidenter quandoque proponitur in modum exceptionis: quandoque verò in modum replicationis. Officium iudicis incidenter in modum exceptionis proponitur: vt si minor,
b qui alienauit [b] pecuniam mutuo acceptam, excipit contra creditorem, quòd nullam inde habuerit vtilitatem: vnde petit se restitui. C. si aduer. cre. l. j. ff. de min. l. patri pro filio. §. fi. C. si aduer. de-
c lic. l. j. [c] Item si episcopo petente in aliqua ecclesia subiectionem, lata est sententia contra ecclesiam, quam cum petit episcopus ꝯfirmari, excipit ecclesia, quòd non est confirmanda: imò petit restitui pp ꝓbationē omissā. extr. de in inte. restit. c. ij. & c. suscitata. Itē si is, à quo res vendicat, excipit, qđ eā ex necessitate distraxit: qa erat tēpore peritura: vel etiā fruct⁹, ne corrūperentur, officio iudicis ei succurrit, vt solū ad prætiū teneat. ff. de rei ven. l. item ver
2 beratū. §. j. † ¶ In modū ēt replicationis officiū iudicis ꝓponit [d].
d nā & replicatio est exceptio. ff. de excep. l. ij. Instit. de replic. extra. de excep. dilecti filij S. & P. & c. dilecto. & c. significauit. Verbi gratia, minor egit rei vendicatione ad domum: vel conuenit debitorem: exceptum fuit de præscriptione: tunc quasi loco replicationis minor petit restitutionem officio iudicis cōtra illam præscriptionem. C. si aduer. vsucap. l. vnica. ff. de procurato. qui proprio. §. item quæritur. ff. de mino. etiam. C. in qui. cau. in integr. restitu. non est ne. l. fi. in fi. Idem etiam dicendum est, vbi opponitur exceptio iurisiurandi, vel rei iudicatæ, vel pacti: & vbi actio ipso iure salua remansit, licet inefficax, per dictam exceptionem. ff. de rei. vend. l. j. C. de pac. l. pacta. ff. de pact. si vnus. §. pactus. Debet igitur minor intentare aliquam actionem, vel causam prætendere: & si non opponitur exceptio, quod quandoque contingit: vt ff. de publ. si quis. in fin. C. sent. rescin. non pos. l. ij. non habebit locum replicatio. extr. de re iudic. inter monasterium. & sic obtinet sine restitutione. ff. de rei vend. officium. in prin. Si autem opponitur exceptio à debitore, interueniat replicatio minoris ętatis, & restituetur, vt dictum est, argum. ff. de iureiur. nam postea. §. si minor. extr. de except. dilecti. C. si aduer. rem iu. l. j. C. si aduer. transact. l. j.
3 & ij. † ¶ Sed quæritur, an in præmissis casibus minor dabit libellum, cum petit restitui principaliter vel incidenter? Et dico quòd cùm directè petit restitui, tunc dabit libellum. extr. eo. c. ij. iij. q. 3. offeratur. extr. de li. obla. c. j. ij. q. j. legum. C. si sæp. in integ. restitut. post. l. ij. in fin. vbi dicitur, agant: ergo detur libellus. & l. tertia. &
4 C. si aduer. cre. l. fin. ibi solenniter, &c. † Officium enim iudicis ex toto tunc vicem obtinet actionis. argument. ff. de act. & ob. actionis. imò videtur simpliciter actio inspecta diffinitione actionis. C. de eden. edita. Instit. de actio. respons. primo. sine qua nemo experitur. ff. de neg. gest. si pupilli. ff. de peti. hære. si quid. §. illud. Tamen non est actio, sed quasi: quia loco eius datur. Si verò excipiendo vel replicando restitutio seu iudicis officium postuletur secundum quod dicitur. ff. de procurator. qui proprio. §. item quæritur. Tunc non debet dari libellus, nisi in formam petitionis ad instructionem iudicis, & non in modum libelli, secundū Ioan. de
e Deo [e]: sicut nec in aliis exceptionib. vel replicationibus. Vbert. autem de Bob. dixit hoc verum esse in aliis exceptionibus, quæ à iure communi competunt: sed hic dixit dandum libellum. Nā hoc beneficium est implorandum: & idcirco est libellus dandus, cum à iudice postuletur: quia fortè pronunciabitur super hoc: vt no. C. de or. iu. l. j. ff. de mino. intra resp. j. De hoc ĩ. in tractatu. libel
f lorū. de rest. in inte. §. j. ver. porrò [f]. Quid si is, contra quem petitur, cōtumaciter se absentat? De hoc ĩ. de in integ. rest. §. ij. versic.
5 vlt. † ¶ Et secundum præmissam rationē videtur, quòd implorās beneficium epistolæ diui Adriani, dabit libellum. ff. de fideiussor. inter

ADDITIONES.

a Implorari. ¶ Vide qđ de hoc īcidēter scripsi post Inn. e. tit. c. 2. ĩ fi.
b Alienauit. ¶ Vber. q posuit hoc dictū: vbi s. ĩ prin. dixit dissipauit.
c l. j. ¶ Per easdē leges dixit, vbi idem generaliter cùm conuenitur ex ꝯtu, quem constat factū cū minore ętate, & in quo læsus est.
d Proponitur. ¶ Iste ver. & seq. quasi ad literam. fuit Vber. vbi s.
e Ioan. de Deo. ¶ Addit cum assignatione cāæ in suo lib. parte ij. ti. qu ibus casibus lib. dari non debet.
f Porrò. ¶ Corrige primo ibi in fi. allegat hunc versi.

inter eos.in prin.quod dic,vt ĵ.de li.concep.§.nunc dicendū.ver. 28. Vel potest dici libellum esse dandum, in quocunque casu id petatur.C.de re iud.gesta.ff.de testi.l.curent. ff.de fi.instr. in re.C. de app.nec causas.in fi. C.vt lite pen.l.2. Finaliter autem dixit idē Vber.φ detur ad iudicis instructionem, vt dixi. Faciat enim scribi minor,quomodo petit restitui:& licet officium videatur extraor dinarium auxilium,vt ff.de min.in causæ.in prin.tamen est in forma iudicij agēdum.arg.extr.de accus.qualiter.j.&ij.De hoc etiam
6 no.in præ.§.nunc dicendum.ver.8.† ¶Secūdum canones tamen videtur super qualibet exceptione dandum esse libellum. quod dic,vt no.ĵ.de excep.§.viso.ver.sed nunquid.Item cùm petitur re stitutio,est danda dilatio,si petatur:vt ĵ.de in integ.rest.§.qualiter. in fi.Hoc autem sciendum est, φ incidenter imploratur officium cuiuslibet iudicis ad restitutionem faciendam,non tamen princi paliter.extr.de in integ.rest.l.cau.ff.de mino.in causæ.& ĵ.de resti. in integ.§.videndum.Item alia exempla potes ponere,quando in cidenter proponitur,ad vtrunque membrum facientia:vt extr.de in integ.rest.c.auditis.& c.suscitata.& c.coram.

SVMMARIVM.

1 *Officium iudicis an impediat actionem.*
2 *Iudex non repellens excommunicatum actorem ex officio,an reus ex hoc poterit appellare.*
3 *Infamis vel hæreticus potest à iudice ab actione repelli.*
Iudex quos ab actione possit repellere.

1 4.§.Impedit quoque † officium iudicis actionem, siue in principio causæ, siue in medio: & hoc siue ad instantiam partis,siue proprio motu iudicis: vt patet in publicè excommunicato, quem ex officio suo sine petitione partis potest iudex quādocunq; repellere ab agendo, vel testificādo, vel aduocando,& similibus,propter periculum communionis:nec fiet super hoc litis cōtestatio. extr.de except. exceptio-
a nem.in fi.& c.pia [a].§.fi.extra.de off.dele. prudentiam.§.sexta.[b] †
b ¶ Quid si iudex non repellit ex officio actorem excōicatū:nunquid reus ex hoc poterit appellare? Resp.non.licet iudex male facit.tunc enim potest appellari cùm grauat, vel exceptionē propositam non admittit.ext.de appel.vt debitus.& c.dilecto.quod
c non est hîc [c].† ¶Item potest repellere eodem modo infamem, vel hæreticū.ij.q.vij.alieni.in Auth.de testi.§.scimus.C.de q.ser-
d uos.Item militem procuratorem.ff.de procu.filiusfa.§.milites[d]. C.eo.ti.militem.& hoc propter publicā vtilitatem,vt armis intē dant.C.loc.milites.C.de iure delib. sancimus.in prin.Item aliàs ī dignum.ff.de postu.l.j.in prin.Item prohibitum pustulare. ff.eo. quos prohibet.& in similibus casibus.

ADDITIONES.

a c.pia.¶§.fin.lib.vj.Za.
b Sexta ¶ Vide quod dixi s̄.§.j.in fine.
c Est hîc.¶ Hoc fuit dictum Petri,vt scripsi de exceptio. exceptionem.in fine.
d Milites.¶ Versic.est sub §.veterani.

SVMMARIVM.

1 *Officium iudicis detrahit actioni,vt non sit necessaria litis contestatio neque libellus.*
2 *Compensatio plerunque facit, vt quis minus consequatur, quàm sibi debetur.*
3 *Iudicis officium actioni detrahit in expensis aliquando à malæ fidei possessore factis.*

1 5.§.Detrahit etiam actioni † officium iudicis.id est.diminuit actionem, nec est necessaria litis contestatio,neq; libellus:& quandoq; per se quandoq; ad petitionem partis.Per se officium iudicis detrahit,vt cū in quarta Trebellianica & eius fructibus mandat computari fructus perceptos post litem contestatam de hæreditate,quæ subiacet restitutioni: vt ext.de testa.c.Raynutius.ver.in eo verò,quod quartam.Item quando datrahit ex hæreditate filii emancipati expensas factas à parte pro militia filii.ff.de pet.hære.l.fi.Ad petitionem verò partis detrahit vt patet exemplū extr.de testa.Raynutius.ver.dictus verò.in hoc quod ibi ad petitionem partis iubet detrahi tertiā & quartam, priusquā hæreditas restituatur. Est & aliud exemplum vt si casu fortuito colonus graui damno vitio rei,non suo afficiatur:eo enim petente fiet remissio pensionis.extr.de loca. prop-
a ter.ff.eo.ex conducto.§.j. Item detrahitur [a] quandoq; actioni in
2 expensis propter cōpensationem,quæ opponitur.† ¶Compensatio enim plerunq; facit, vt minus quis consequatur, quàm sibi debetur.Instit.de act.§.pe. habendo respectum, ne reus egeat in casibus,arg.ff.de rei ven.item si verberatum. Instit.de actio. in fi.
3 ext.de depo.c.bona fides.in fi.† ¶ Item detrahit actioni in expēsis factis aliquando à malæ fidei possessore:vt ff.de pet.hære.l.miles.C.de rei ven.domum.

ADDITIO.

a Detrahitur.¶ Ad hæc fuerunt verba Vberti.

SVMMARIVM.

1 *Deseruit officium iudicis in actionibus bonæ fidei, & quæ ex testamento descendunt.*
2 *Officium iudicis communiter deseruit post litem contestatam, etiam in actionibus stricti iuris,quo ad naturales obuentiones.*
3 *Vbi agitur iudicis officio deseruiente, non iure actionis,non fit litis cōtestatio.*
Lite non contestata proceditur contra absentem.
4 *Libellus quomodo,& qua ratione sit dandus in iudicis officio.*
5 *Officium iudicis deseruiens, quare non tantum valeat, quantum vbi tenet locum actionis.*
6 *Iudicis officium quando incipiat deseruire.*
7 *Lis incipit à citatione.*
8 *Iure actionis veniunt ea, quæ ante litis contestationem fiunt, & in libello peti debent.*
9 *Agens contra aliquem rei vendicatione potest iudicem requirere,vt illum officio suo citet.*
10 *Iudex ex officio suo facit libellum ineptum emendari,& actionem mutari,ne ipse & partes inutiliter laborent.*
11 *Iudex ex officio potest æquitatem facere inter aduocatos,ne omnes boni vna ex parte consistant.*
12 *Duorum accusare volentium eligendus est magis idoneus.*
13 *Dilatione pendente iudicis officium conquiescit.*
14 *Officium iudicis in quibus deseruit actioni,etiam post litem contestatam.*
15 *Ea quæ post litem contestatam accidunt,maximè spectant ad officium iudicis: & vt plurimum quæ sint.*
16 *Iudex tanquam seruiens & minister ex officio suo interponitur,seu mouetur in sententiæ prolatione.*
17 *Actio proposita,si est euidenter inepta,potest eam iudex ex officio suo statim talem proferre,& libellum lacerare.*
18 *Libellus ineptus,si per iudicem sit admissus:an reus condemnabitur ad faciendum quod petitur.*
19 *Proponens coram delegato actionem ineptam,si succumbit, an poterit coram eo aptam proponere.*
20 *Clericus si contra laicum & coram iudice seculari proponit actionem ineptā, & succumbit, postea autem à sede Apostolica impetrat literas super eadē causa,volens aptam proponere,an valeant literæ.*
21 *Aequitatem & misericordiam sequi,spectat ad iudicis officium potius quàm rigorem.*
23 *Officium iudicis mouetur,& deseruit actioni mandando eam executioni.*
23 *Officium iudicis locum habet in tribus communibus iudicijs.*
24 *Iudex precibus calamitosorum emolliri non debet,nec aduersus eos,quos malos putat,excandescere.*

6.§.Deseruit quoq; officium iudicis cuilibet actioni. Cùm enim nulla actio possit habere effectum sine iudice,ipse eam facit edi ab initio vt ĵ.ver.item facit e-
1 di.† Deseruit ergo in actionibus bonæ fidei,& quæ ex testamen
a to descendunt:& plenius in his.q̄ in aliis [a],qa in his iudex ex qualibet mora ex officio suo facit venire fructus & vsuras, ff.de negotiis gest.l.qa tantundē.ff.de vsuris.l.mora.§.j.& l.videamus.C. de vsu.& fru.le.l.ij.& per totū.C.de vsu.in bone fidei.ff.de leg.iij. apud.& l.quæsitum.§.Iulianus.& C.depositi.l.si d̄ positi.C.de rei ven.certum.Et est ratio quare in his plenius deseruit,quàm in aliis:quia in his bona fides magis debet abundare.Quòd si non faciat,iudex emendabit.Insti.de ob.ex consen.in fine.& C.pro soc. l.ij Item ad eius officium spectat decernere:vt & ibi tabulæ testamenti ponantur,aliàs aperiantur.ff.famil.er.cæteræ.§.sed & tabulas.Item actionibus arbitrariis satis deseruit,vt patet ff.quod me. cau.l.putat.§.ex hoc edicto.& l.item si cum exceptione.§.aliquā do.& ff.de ædil.edic.l.ædiles.§.item sciendum.ff.de rei ven, qui restituere,in fi.Instit.de act.§.præterea.ff.de vsu.l.iij.§.in his.vt patet in eo,qui certo loco dare promisit.quod dic,vt ĵ. ver. in sen-
2 tentiæ prolatione.† ¶ Item officium iudicis communiter deseruit post litē contestatam,etiam in actionibus stricti iuris, quo ad naturales obuentiones,non quo ad ciuiles.ff.si cer.pe.cùm fundus.resp.j.C.de rei ven.certum.ff.de vsur.l.ij.&l.videamus,§.fi.ff. de cond.inde.l.indebitam.Item deseruit ciuilibus,& quibuslibet in id, quod à reo fieret post litem contestatam circa rem petitā. ff.ne quid in flu.pu.l.vnica.ad fin.ff.de rei vend. non solùm.argu. extr.de

ADDITIO.

a Aliis.¶ Secundum Vber. cuius quasi ad literam serunt hæc verba,vsque ad ver.vbi autem.qui fuit Vinc.

extr.de do,& contu.prout,extr.de pur.ca,per totum.ij.q.v. si le-
gitimi.& c.presbyter.& 3.q.j.reintegranda.extr. de off.dele.con-
suluit.de pœ.dist.v.c.j.& de pœ.dist.vj.ca.j. Item officium iudicis
certum seruitium præstat in incorporalibus:quod vide ff.si serui,
3 ven.l.hatum.& l.egi.† ¶ Vbi autem agitur iudicis officio deser-
uiente,& non iure actionis,nō fit litis contestatio:quia iam facta
est,vel facienda in principali actione,cui deseruit:sicut aliàs. qui-
dam dicunt, quòd in causa appellationis non est litis contestatio
a facienda:quia facta est in principali.extr. de app.c.p tuas[a]. imò li-
te nō contestata proceditur contra absentem. vnde si volo pro-
bare, quòd aduersarius meus se occultat,vel procurat ne citatio
ad eum perueniat,hoc non fit lite contestata,ext.vt lite non con
test.quoniam.§. porrò.xj.q.3.certū.Ponit & alia exempla in ap-
4 pellatione.extra.de app.interposita.& c. sæpe. † ¶ Sed nunquid
in hoc officio dabitur libellus? Dicas, q si petat hoc officium ra-
tione temporis, quod præcessit litis contestationem . dari debet
b libellus[b]. Si verò petitur ratione eorū, quæ contingunt post li-
tem contestatā,non est dandus libellus:imò sufficit si solo verbo
c ei dicatur ante sententiam,vel post,eadē die[c],vel fortè si non di-
catur aliquo modo,iudex hoc tamen supplebit:vt ff.de ædil. edi.
ædiles.§.sciendum.ff.de vsur,parum.C. vt quæ desunt aduo. l. v-
d nica.ff.de li.causa.l.si.De hoc j.ver.illud.Item præfigit[d] iudex di-
em,qua expediat hæredē & legatarium:& si illa die nō veniat al-
tera partium,nihilominus iudex ex officio suo procedet. C.de v-
su & fru.le.l.ij.Item si altera pars se subtrahit die assignata ad mē-
surandum fines, mensor procedet ea absente. C. finium regun.l.
5 3.† ¶Sed quæro quare non valet tantùm officium iudicis deser
uiens,quantum vbi tenet locum actionis:cùm dicat lex,quòd tā
tum valet iudicis officium in bonæ fidei iudiciis, quantum si no-
minatim fuisset deductum in stipulatione:vt not.s.in prin.huius
tit.Sed dic,secundum Vin.quòd tantum valet, durante obligati-
one principali,vel actione.Si verò essent perempta,vel finita ea,
quæ per officium erant debita,vt vsuræ,& huiusmodi , peti non
possent.C.de vsur.in bonæ fidei. sed debita per stipulationem pe
ti possunt,secundū leges. C.de iud. l.j.ff.de eo,quod cer.lo.l.cer-
tum.licet non secundum canones:vt ext.de vsur.quia in omnib.
6 xlvii.dist.quoniam multi.† ¶Sed quæritur,quando incipiat offi
cium iu.deseruire.Et videtur,quòd à tempore citationis:non ta-
men habet locum antequā partes compareāt coram iudice.arg.
extr.de app.significante.vbi de hoc secūdū Vin, quia fortè in ter
mino impugnabitur iurisdictio iudicis adepti.ff.de iud. si quis ex
aliena, & arg. extr. de except. exceptionem. & ita de offensis,vel
innouationibus , vel ante terminum emergentibus iudex se in-
tromittere nequit,licet citatio præcessit. Vinc.dicit , quòd postq̃
citauit partes auctoritate rescripti Apostolici,& eis terminum as
e signauit,& res de qua agitur expressa fuit[e],incipit officiū iudicis
deseruiens causæ:vt omnis innouatio,vel violentia,vel mutatio
status debeat adueniēte termino ante omnia per officium refor
mari,prius quàm ad alia pcedatur,vt extr. de app.solicitudinem.
& xvj.q.4.volumus.ext,vt li.pen.à memoria. C,de Iudæis.null9.
f quamuis videatur contrà,extr.de app.cùm teneamur[f]. † ¶ Lis
7 enim incipit à citatione.extr,de off.dele.gratum,licet sit ar.con-
g trà.extr.de ver.sig.c.ex parte ij.[g] & in principio litis dato libello,
iudex facit interrogationes,quæ ante litis cōtest.habent fieri : vt
ff.de inter.ac. l.j.& l.de ætate.§.ij. Et sic iudex antequam recuset,
purgabit per officiū omnem violentiā præcedentē,& immutati
onē status.ar.ff.de mu.& ho.reus.§.cùm.& C.fi.regun.si constite
rit,sicut posset partem punire,si non veniret ad terminum.extra.
de.off.dele.præterea.Et hoc intelligo , nisi generalitas præcesse-
rit in citatione sine specificatione:vbi nō potest exercere iurisdi-
ctionē.extr.de rescr.pastoralis.prope finem.Nec obst.præ.ca.sig-
nificante.quia ibi actores, qui dicebant se post citationem spoli-
atos,non erant in possessione : vnde non erant restituendi , vel si
erant non poterant petere ante litis conte . restitutionem : vt ibi
h dicitur, imò potius iure actionis[h]. † ¶ Quia quæ ante litis con-
8 test.fiunt,veniunt iure actionis,& in libello peti debent : vt ff.de
ædil.edi.ædiles,§.item sciendū. Et quandiu superest ordinarium
auxilium, non est ad extraordinarium recurrendum : vt extra.de
in inte.restit.constitutus.ff.de mino.in causæ. Secus tamen est in
his quæ fiunt post appel.à diffinitiua interpositam : vt j.de app.§.
nouissimè.ver.& nota q.& seq. Vt aūt in hoc membro plenius
instruaris,no.quòd officium iudicis tanquam seruiens,seu mini-
ster, seu mercenarius interponitur,seu mouetur ante litis conte,
sed tamen post citationem,& in ipsa citatione,non ante:vt extr.
de app. significante. & iam suprà dixi , Item in litis contest. Item
post litis contest.Item in prolatione sententiæ.Item post senten
9 tiam.† ¶ Ante litis contest.deseruit actioni:vt si ago contra ali-
quem rei ven.iudex ex officio suo me instante illum citabit. ext.
vt lite non conte.accedens.& c.quoniam.§.si verò.Item facit of
ferri libellum.iij.q.iij.c.induciæ.§.offeratur.ext.de libel.ob.cap.j.

Item facit edi actionem,seu causam.ff.de eden.l.j.resp.j.C.de edē.
edita.Item vt non admittat, sed reiiciat libellum , vbi non est ad-
10 mittendus,quòd dic,vt j.de libel.concept.§.sequitur. † ¶ Item
facit libellum ineptum emendari,seu actionem mutari ne ipse&
partes inutiliter laborent:& dentibus laniabit : vt in præ. l. edita.
& ij.quæst.vlt.libellorum.ver. quòd si libellus. ff. de off.assess.l.j.
& ff.de accu.l.iij.xj.q.j.sacerdotibus.ff.si mensor fal.mo.dix.l. j. §.
sin autem.C. vt nemo priua.prædi.suis vel ali.tit.impo.l.ij. in fin.
C.de sac.paga.l.iij.extra.de iud.examinata.Dic,vt j.ver.in senten
tiæ prolatione.Item aduocatum non habenti.dabit extra de off.
iud.cap.j.ff.de off.procon.nec quicquam.§.fina.iij.q. vij. infamis.
§.tria.Item aduocatos patienter audiet:sed cum ingenio,ne con
temptibilis videatur. Nec dissimulabit si quos concinnatores,
11 vel redemptores inueniat vt in præ.l.nec quicquā.§.circa.† ¶ I-
tem aduocatos pariter distribuet,ne omnes boni vna ex parte ꝯ-
sistant:vt iij.q.vij.§.tria.ver.si verò.in fi.Sed illud obtinebat olim,
cum salaria de publico dabantur: hodie verò contrà . secundum
i Accur.[i] Tu dic,secundum Albe.Papien.quòd & hodie de æqui-
tate potest iudex æqualitatem facere.argu.C.de prox.sacro.scri.
in sacris.ff.de eo quod cer.lo.quod si Ephesi.§.fin.extr.de excep.
cùm inter. Item assignabit terminum ad omnes dilatorias pro-
ponendas.extr.de excep.pastoralis.Item facit redigi in scriptis p
tabellionem,vel per duas personas quæcunque fiunt in iudicio.
extr.de proba.quoniam contra.Item quòd locum tutum partib9
assignet:vt omnis securitas sit iudicio añ litis cōtestatio , & post.
extr.de app.ex parte.vt lite non contest.accedens.ij.ext.de spon.
cùm locum.de procu.accedens.xxxiij.q.ij. siue de coniugij.Item
quòd citat eas in locis,quibus morantur.extr.de app.cum parati.
& de dol.& contu.cùm causam.vel si ibi non inueniantur,faciet
publicè edictum proponi in eisdem locis.in præ.c.cùm causam.
& c.contingit.extr.de cler.non resi.ex tuæ.xvj.q.iij.ca.placuit.vt
quicunque.§.potest.ff.de dam.infecto.l.iiij.§.prætor.Item quòd
dilationes concedat.ext.de app.cùm sit Romana.Item quòd eas,
ꝯsideratis circunstantiis temporis causæ & personæ moderetur.
ext.de dila.c.j.ff.de iud.nonnunquam.ext.de in integ.rest.tum ex
literis.in fi.xxiiij. q. iij. de illicita.Item quòd faciat principalem p
se,non per aduocatum factum proponere , nisi fuerit valde sim-
plex,extr.de iud, pastoralis. & nisi in aliis casibus ibi no. Item re-
pellet publicè excommunicatum,etiam aduersario tacente,&a-
12 lios,de quibus dixi s.§.impedit.† ¶ Item de duobus volentibus
accusare eliget magis idoneum. ff.de accus.l.si plures . Idem etiā
est in populari actione.ff.de popula.actio.l.si plures. Idem etiam
in pluribus procuratorib. in solidum constitutis , simul ad litem
k contestandam concurrentibus:vt not.extr. de procur. iniustè[k].
Idem est in prosecutione inquisitionis secundum Vinc. extr. de
accus.olim. §.fin. cùm ibi plures possunt eligi : vt ibidem dicitur
& probatur extr.de simo.licet Heli.§. cùm igitur. Item faciet in-
terrogationes , & ad eas respondere iubebit , quæ sunt ante litis
contestationem faciendæ:quas habes j.in tit.de interroga.& ali-
as etiam facit in quacunque parte litis,&quandocunq; sibi vide
tur expedire.ext.d fi.instru.cū Io.in fi.xxx.q.v.iudicātē.ff.d inter.
l act.vbicūq;[l].Itē faciet iterū satisdari.si fideiussores dati ad inopiā
vergūt.ff.qui satis,cog.si arbiter.in fi.Item relaxabit iuramentum
super vsu

ADDITIONES.

a Per tuas. ¶ De quo vide j.de libel.con.§.nunc dicendum.ad fi.
b Libellus. ¶ Dixit Vber.cuius fuit iste ver.vel in libello principa-
li, in additio.
c Eadem die. ¶ Hoc verbum repetitur j.ver. post sententiam. sed
non repetitur j.ver.sed quæro. & resistit in hoc ver. hoc autem.
ante fin.vt ibi dicam.
d Præfigit. ¶ Hic reincipiunt verba Vincen.
e Expressa fuit. ¶ In citatione.quod dic,vt in Clem.vt lite pen.c.ij.
& concordat Hosti.ei,quod sequitur in præ.Decre.significante,
vt ibi scripsi in gl.& malè.ante fin. Vide etiam quod scripsi,vt lit.
pen.c.j.super ver.direximus.
f Teneamur. ¶ Diuersos intellectus habet,vt ibi dixi in tertia glo.
g Parte ij. ¶ Diuersis respectibus ista procedunt,vt ibi scripsi in vl-
tima gloss.
h Actionis. ¶ Hucusque Vinc.declarans quòd licet ibi episcopus
alibi fecisset vēdi carnes, id non fuerat priuare illos possessione,
sed potius turbare;pro quo competebat vti possidetis , vel actio
iniuriarum.
i Secundum Accur. ¶ Et Ber.eod.titu.ca.j,in glo.ij,& Ioan.in præ.
ver.si verò.
k Iniustè. ¶ Et idem in datis non in solidum,quo ad causas specia-
les.de procur.si duo.§.vlt.lib.vj.
l Vbicunque. ¶ Fuit de iur.ca,c.ij,in fi,lib.vj,

super vsuris nō repetendis præstitū extr. de iureiūr. c. j. & c. ad nostram. ij. Item moderabitur diem, vel tempus in stipulatione appositum. ff. qui satisf. cog. l. de die. extr. de app. oblatę. extr. de re iu. quod ad consultationem. Itē potest supplere de iure, & pro vtraq; parte plenius, quam aduocati dixerunt allegare. De quo, & qualiter se habebit audiendo allegationes, vide j. in tit. de dispu. & allegatio. & aduocat. §. fi. & j. ver. in sententiæ. Item super exceptionibus ante litis contestationem propositis, facit præstari iuramentum de malitia: vt ext. de rest. spo. literas. ext. de elect. cū dilecti. Item condemnat in expensis proponētem calumniosè aliquā dilatoriā exceptionē. extr. de rescr. cæterùm. ī fi. Quod dic, vt no. j. in tit. de expen. §. si ante lit. Item quandoq; nō requirendos requirit. extr. de accu. veniens. Item de contumace facit non contumacē. extr. de off. dele. consuluit. In omnibus his & similibus officium iudicis deseruit actiōi, & ipsam coadiuuat, vt prædi-
13 xi. † ¶ Illud aūt certum est, ꝙ dilatione pendente iudicis officiū conquiescit: vt extr. de app. significante. Ibi etiam probatur, ꝙ antequā declinatoriæ proponantur, siue dilatoriæ: officium iudicis debet cessare. arg. in Auth. de exhi. & intro. reis. §. si verò quidam. Sed si corā delegato proponatur aliquid factū esse post citationem circa rem, de qua agitur, poterit de hoc cognoscere: qa perpetuata est eius iurisdictio. extr. de off. dele. gratum. nec debet ad diuersos iudices iri. ff. de lib. cau. si pariter. Et etiam cognoscet, si ante citatiōem aliquid dolo factum sit. extr. de ali. iu. mu. cau. fac. c. j. De his aūt quæ fiunt ante litis cōtestationem cognoscet libello dato, & alio iuris ordine obseruato: de his verò, quæ pòst accidunt, puta de violentia circa rem petitam facta, vel de damno dato, vel super fructibus, iudex suum impendit officiū. ff. de ædil. edi. l. ædiles. §. itē sciēdū. ff. de aqua plu. ar. l. si tertius. §. officiū. Alij dicunt, ꝙ licet iudex possit impendere officium suum post litem contestatam super nouis iniuriis: nō tamē potest cognoscere in modum delicti interdicti, vel actionis, de his quæ ante litis contestationem accidunt: quia hoc nō intelligitur sibi commissum. arg. ext. de resc. significauit. ff. de arbit. l. de his. ff. de iud. nō potest.
a Hoc prosequere secundum Papam[a], prout not. in præ. c. significante. & s. ver. sed nunquid. & ver. seq. In lite contestanda etiam officium iudicis deseruit actioni, cōpellēdo reum petitioni actoris respondere. ext. de iur. ca. cùm causam. prope fi. ext. de lit. con. c. j, ext. de ele. dudum. ij. §. licet autem. Item vt faciat proponi ap-
14 ta verba ad litē contestandam. extr. eo. c. j. & C. e. l. vnic. † ¶ Post litem contestatam quoque officiū iudicis deseruit actioni: videlicet vt statim post litem cōtestatam faciat à partibus præstari calumniæ iuramentū in ciuilibus & criminalibus. extr. de iura. cal. cùm causam. in fi. & c. cæterùm. C. eo. l. j. vel in spiritualib. de veri-
b te dicenda. extr. de iura. ca. literas[b]. Item ꝙ facit ipsum præstari ꝑ principalem: si est iustior, q̄ ꝓcurator. C. e. Auth. principales. extr. eo. in pertractandis. C. de procu. l. fi. Item defert iuramentū quādoq; actori, qn̄q; reo, inspectis personarū & causæ circunstantiis. extr. de iureiuran. c. fi. & j. ti. de iura. dela. Item defert illud circa quantitatem expensarum, vel damnorum. in Auth. de iudicib. §. oportet. colla. vj. extr. quod met. cau. c. fi. C. vnde vi. si quando. ij. q. j. primis. Item statim post lit. conte. facit instrumenta edi. quod dic, vt j. de instru. edi. §. nunc dicamus. Item positionibus & interrogationibus responderi facit, si pertinentes sunt, etiam negatiuis quandoq;: & super quolibet capitulo earundem. ff. de interro. act. vbicunq;. extr. de iura. calum. cùm causam. extra. de cofes.
c statuimus[c]. de testib. c. præsentium. & s. ver. item faciet interrog. Item articulos examinat, & eos respicit, si sint tales, qui probati, dantem releuent: vt in præ. dec. præsentiū. & eodē tit. c. per tuas. Item cogit testes perhibere testimoniū veritatis. extr. de testi. co. per totū. ij. q. vj. statuendū. Item publicat dicta eorū, & super eis facit partes disputare. extr. de testi. in causis. & c. cū venissent. & c. veniens. ij. §. pars aūt. Item eos interrogat de singulis circūstātiis, scilicet de loco, tempore, visu, auditu, scientia, credulitate, fama, certitudine. extr. eo. c. cùm causam. Item mittit ad eos, qui egregij, vel valetudinarij, vel ægri, vel senes sunt, qui venire nequeunt. extr. e. si quis testium. Auth. e. §. quoniam multi. ff. de iureiur. ad egregias. Item testium effrænatam multitudinem refrænat. extra. de testi. significauerūt. & c. seq. §. fi. Itē eos facit iteratò ex causa reinquiri. extr. eo. cùm clamor. Itē non permittit aliquid pendēte lite innouari. extr. vt lit. pend. c. j. C. vt ne lic. sine iud. auctor. sig. impo. l. i. & ij. Item innouata reuocat. extra. de constitut. cùm M. in fi. extr. vt lite pen. c. i. Item possessionem post app. turbatam reformat. extr. de app. cùm teneamur. Item interdicit appellanti, ne faciat id, propter quod appellauit. extr. de matrimo. cōtracto contra inter. eccl. c. ij. Item admittit redeūtem de proprietate ad
d possess. extr. de cau. pos. pastoralis[d]. Item dubia debet interpretari. extr. de off. dele. de causis. de voto. c. j. ff. de vsuris l. mora. extra.
e de postu. cap. j. ff. de testi. l. iij. & de verb. oblig continuus. ¶ Hoc
1 autem notandum est[e], † quòd ea quæ post litem contest. accidunt, valde spectant ad officium iudicis: vt quæ accidunt circa rē petitam, & circa eius fructus, vel partus: & circa damnum in ea datum, vel lucrum, vel moram, vel mortem, vel si pretium eius, vel aliquid loco pretij peruenit ad possessorē: vel etiam circa expensas: ff. de rei ven. non solùm. & l. item si verberatum. §. j. C. eo. certum. Insti. de off. iu. §. post inchoatam. & §. eo quoq; nomine. ff. de ædil. edi. l. ædiles. §. item sciendum. & l. item si ser. §. j. ff. de aqua plu. arcen. l. hactenus. §. officium. extr. de resti. spo. grauis. de pœnis. c. calumniam. Et idem est in dolo vel culpa vel negligētia post litem contest. amissa. ff. de rei ven. qui petitorio. §. j. Itē idem est etiam in tribus primis exemplis positis s. e. §. incidēter. in prī.
f & hæc petuntur ante sententiam, non post.[f] C. de fru. & lit. expen. l. terminato. C. depositi. l. iiij. extr. de off. dele. in literis. Ea autem, quæ contingunt ante lit. contest. vt expensæ, & huiusmodi, peti debent nominatim in libello: alioquin iudex non pronun-
16 ciabit super his, vt in præ. §. item sciendum. † ¶ In sentētiæ quoque prolatione mouetur, seu interponitur officium iudicis, tanquam seruiens vel minister: vt videlicet in his, quæ in numero, pondere & mensura ꝯsistunt, fiat per officiū iudicis cōdemnatio nō tantùm in re, sed etiam quantiplurimi fuit tempore moræ. ff. si cer. peta. l. vinum. extr. de officio iud. deleg. c. P. & G. in prin. Itē vt certā ferat sententiā. Insti. de act. §. curare. xj. q. iij. graue. xxxiij. dist. c. fi. Nisi in noxali, vbi fit condemnatio in decē, vel noxæ de-
g ditionem. ff. de re iud. miles. §. j. & ij.[g] Item absoluit reū, si inepta actio est ꝓposita. nec. n. poterit ꝑ se ab initio litis eam corrigere: quia hoc esset de facto supplere. ext. de iud. c. examinata. ff. si mēs. fal. mo. dix. l. j. resp. j. ext. de dona. inter dilectos. secundum Vin. &
h Ber.[h] † ¶ Ego dico, ꝙ si actio ꝓposita euidenter est inepta, po-
17 test statim dicere iudex ex officio suo: Hęc actio est inepta, & dētibus lacerare libellum: vt C. vt nemo priua. ti. prædiis suis, vel ali. imp. l. ij. in fi. & ff. de asses. l. j. ff. si mensor fal. mo. di. l. j. §. ideo. & in cōcord. quæ sunt suprà, ver. ante lit. ibi: tem faciet li. &c. & infrà, de libel. concep. §. sequitur. etiam aduersario nolente: quia boni prætoris est, lites minuere. ff. si certū petatur. l. quidā. ext. de dolo & contu. c. finem. Si verò malè actum esset in hoc iudicio, posset iterum agi in alio: & sic lites prorogarentur. ar. ff. de pigno. l. grege. §. fi. ff. de ædil. edict. l. boue. §. fin. ff. de excusa. tut. l. cùm ex oratione. Si igitur vendicans fundum proponat ad hoc negatoriam, quæ datur neganti rem esse alterius: iudex poterit dilaniare libellum, & dicere eam ineptam ad vendicandum rem. ff. de rei vendi. si in rem. quia reus absolueretur ab instantia iudicij. ff. si mensor fal. mo. di. l. prima. resp. j. vel econuerso, vt extr. de iud. c. examinata. & sic in similib. & hoc est supplere. de iure, non de facto. hoc enim plus habet iuris, quàm facti, scilicet quæ actio ꝓponat̄, & in iure supplere potest. Si verò ab initio est dubiū, an sit apta, vel nō satis potest expectare tunc vsq; ad sententiā. Nam per probationes potest declarari, an sit apta, vel non: & tunc pronunciabit & decernet intentionem actoris nō tenere: vt in præ. c. examinata. & in præ. l. j. ff. si mensor fal. mo. di. & extr. de restit. spoli. c. cùm ad sedem. veruntamen si petitio tollerari potest, admittenda est, vt ibidem, quia semper interpretandum est secundū actorem. ff. de
i iudic. si quis intētione.[i] An aūt iudex possit de iure vel facto supplere, vide j. in tit. de dispu. & alle. aduoc. §. fi. Et nota, ꝙ ꝓponens ineptam actionem succumbit: vt præ. §. ideo. & si proponat postmodū aptā, nō obstat sibi exceptio rei iudicatæ. ff. de euictionib. minor. §. j. & ff. de pigno. l. grege. ff. de iudiciis. l. nō idcirco. §. fi. ff. de ædil. edi. bouem. §. si sub conditione. Quid si reus simpliciter absolutus est, nō adiecto in sententia, quòd propter ineptam petitionem fuerit absolutus? Dic, quòd non obstabit actori exceptio rei iudicatæ: imò admittetur volens probare per iudices & ꝯsiliarios causæ, quòd ob hoc fuit lata. arg. ff. de suspe. tuto. l. iij. §. fi. & l. sequen

ADDITIONES.

a Papam. ¶ Et Hosti.
b Literas. ¶ Et de calum. quod dic, vt eodem titulo. capit. j. in fin. libr. vj.
c Statuimus. ¶ Libro vj. & eo. lib.
d Pastoralis. ¶ Et in causa appellationis, quo ad causas beneficiales deuolutas ad curiam: vt in cle. eo. tit.
e Notandum est. ¶ Quod ponit gl. in eo. tit. c. ij.
f Post. ¶ s. ver. sed nunquid dixit, nisi eadem die: pro quo dicto facit lex sequens primò allegata. sed secunda facit contrà: & vide quod ibi not. in vlt. gl.
g Et ij. ¶ Vide quod scripsi de empt. & ven. cùm dilecti. in prin.
h Et Ber. ¶ Gul. non vidit additionem Ber. quæ est in præ. Dec. examinata. in prin. vltimæ gl. vide quod super ea dixi.
i Intentione. ¶ Facit quod scripsi de ord. cogn. cap. ij. super versic. iustitiam.

18 & l. sequenti. † ¶ Quid si libellus ineptus admissus est per iudicem, non reiectus: actor tamen plenè probauit, quòd in tali libello petebatur. nunquid condemnabitur ei reus ad dandum vel faciendũ illud? Dicunt quidam quòd sic, si actio proposita possit aliquo modo rei petitæ adaptari, & intētioni agentis, licet non ꝓpriè: puta, si per confessoriam petit vsumfr. earum rerum, in quibus vsusfructus propriè constitui non potest: vt ff. de vsufr. earũ rerum quæ vsu consu. l. ij. sicut in pecunia, quæ ab vsu consumitur, vt ibi dicitur: si tamen probaret, vel per testes, vel per iuramentũ sibi delatum, vel alio modo vsumfr. pecuniæ suum esse, aduersarius sibi condemnatus est: licet nō propriè vsumfr. petierit, quia vsum petere debuit: vt ff. de iureiur. sed si possessori. §. pe. quia effectus sequendus est. Si autē nullo modo potest adaptari negotio, de quo agitur: tunc est absolutio facienda à petitione [a] iudicij quia curialius est dicere in sententia, quàm in inepta petitione: licet iudex hoc dicere possit, vt patet, ff. si mē. fal. mo. di. l. j. §. j. ibi dicendum erit non tenere intentionem. De hoc secundum Papam

19 in præ. c. examinata. † ¶ Quid si proponens corā delegato actionem ineptā succūbit, nũquid corā eo poterit aptā ꝓponere? Vr ꝙ sic: cùm enim eadem sit res, eadem causa vr̃. cũ ergo hic causa sit sibi commissa, & nondum sit finita: videtur quòd actionē mutatam examinabit. arg. in præ c. examinata [b]. & ij. q. iij. ca. si quem pœnituerit. §. notandum. ver. destitisse. ext. de elect. cùm terra. ff. ad Syl. cùm Syllanianum. & vbi cœptum est iudiciũ, ibi finiri debet. ff. de iudi. vbi extr. de fo. compe. proposuisti. de re iudic. inter monasterium. & qui posuit initium, ponat & finem. de consec. dist. j. nullus episcopus. Omnia enim ad causam spectātia, & sine quibus causa expediri nequit, sibi sunt commissa: extr. de off. dele. preterea. c. prudētiam. G. Nam dixit, quòd semel bene vel malè pronunciando, functus est officio suo: vnde amplius se non intromittet. extr. de off. dele. in literis. & c. venerabili. & c. significantib. & ff. de re iud. l. iudex. Tu dic contrà: licet enim pronunciauerit absoluendo ab instantia: non tamen super principali. Vnde cũ habeat iurisdictionem vsque ad sententiam, & pòst per annum. vt eo. tit quærenti. adhuc poterit cognoscere. Nec est cōtrà. ext. de off. iud. dele. significantibus. nam illi iudices pronunciauerũt se non habere iurisdictionem: ideoq; ipsam resumere non potuerunt [c]. † ¶ Sed quid si clericus trahit laicum coram iudice secula-

20 ri, & ineptam actionem proponens succumbit: postmodùm verò impetrat literas à sede Apostolica super eadem causa, volens aptam proponere, nulla facta mentione de processu priori? Videtur quòd non valent literæ: vt præ. ca. inter monasterium. de off. dele. ex literis. Sed videtur, quòd valeāt saltem de consuetudine, licet non de rigore: vt extr. e. c. si duobus [d]. Item si promisi tibi dare x. certo loco, & tu conuenis me alibi: iudex ex officio suo considerabit in condemnatione interesse meum. ff. de eo, quod cer. lo. l. iij. in fi. & l. seq. extr. de plus peti. c. vnico. ext. de offic. dele. P. & G. quod verum est in iudiciis stricti iuris, vt est stipulatio. Si verò sit bonæ fidei, interesse venit iure actionis. ff. de eo, quod cer. loc. l. in bonæ fidei. ff. de dolo. eleganter. §. nō solũ. De hoc j. in ti.

21 de fructibus & interesse. §. sequitur. † ¶ Item ad iudicis officiũ spectat, vt potius sequatur æquitatem, & misericordiam, quàm rigorem. xxvj. q. vlt. alligant. & j. ver. & generaliter [e]. Item vt sententiam ferat inscriptis. ij. q. j. statutis. ext. de sentent. excom. cum medicinali. extr. de treuga & pace. c. i. Item vt ferat sedendo pro tribunali, non stando. iij. q. iij. à procedente [f]. Item debet in eo, qđ petitum est. & secundum quod petitur, condemnare. ff. com. di. vt fundus. ff. de fideicom. lib fin. extr. de iud. ca. examinata. & de simo. licet Heli. Item de eo, quod cognouit, pronunciare. extr. de

22 cau. pos. & proprie. cum super. & ff. de iud. de qua re. † ¶ Post sententiam quoq; mouetur officium iudicis, & deseruit actioni, mādando eam executioni post tempus quadrimestre in ꝑsonali, in reali statim. ff. de re iud. à diuo. & l. si se non. §. j. C. de execu. rei iu. l. ij. & l. ordo. extr. de re iud. cùm aliquibus. extr. de off. dele. quærenti. vbi de hoc. Item in illud tempus arctando & prorogando, si ei videbitur expedire. extr. de re iud. quod ad consultationem. Item vt si condemnatus dicit, se non posse rem restituere ad præsens, ei indulgeat tempus: ita tamen quòd ille caueat cum fideiussoribus de præstando litis æstimationem, si intra tempus indultum non restituerit. Instit. de off. iud. §. sed & si præsenti. Item locum habet officium iudicis in tribus communibus iudiciis, & quid in eis adiudicatur alteri parti, statim eius fit. Instit. de off. iud.

23 §. fi. † ¶ Item eadem die potest supplere in sententia circa fructus & accessiones. ff. de re iudi. l. Paulus. j. Item si condemnatus in re actione, iudici non paret, potest eum condemnare, in quantum aduersarius in litem iurauerit contra eum. ff. de rei vend. qui restituere. Item potest interlocutoriam latam, si ei videtur expediens, reuocare. extr. de re iud. ad Apostolicæ. ff. eodē. quod iussit. extr. de app. cùm cessante. Quod autem sit officium iudicis inferenda sententia super seruitute, colligitur ff. si ser. vend. l. harum. & l. egi. Et generaliter debet in quacunque parte litis diligenter cuncta rimari. xxx. q. v. iudicantem. extr. de off. dele. super quæstionum. §. intentionis. ex. de fi. instr. cum Io. ad fi. C. de iud. iudices. Item debet lites dirimere, & laboribus & expēsis partes releuare. extr. de restit. spo. frequens. lib. vj. extr. de off. dele. cùm te consulente. de do. & cont. finem. C. de iud. properandum. ff. si cer. pe. l. quidam. Partes ad compositionem inducere. extr. de transact. ca. fi. extr. de elect. cùm inter R. seniorem, v. q. ij. si primates. xc. dist. statuendum. Malitiis hominum obuiare. ext. de rescr. plerunque. ff. de rei ven. in fundo. Exceptiones arctare. extr. de except. pastoralis. Crimina punire. extr. de sent excom. vt famæ. ff. ad le. Aquil. ita vulneratus. ante finem. ff. depositi. bona fides. respon. j. extra. de collu. crimin. Aequitatem semper prę oculis habere. ff. de eo, quod certo loco. quod si Ephesi. extr. vt ecclesi. bene. cap. vnico.

24 iiij. q. iiij. ca. j. C. de iud. placuit. s̄. ver. in sententiæ. † ¶ Vnde nec nec precibus calamitosorum eum illacrymari oportet: nec aduersus eos, quos malos putauerit, excandescet. ff. de off. procons. ob seruandum. Item. dubia debet interpretari, vt s̄. eo. §. ver. post lit. contest. Item lite pendente debet partes defendere, ne se adinuicem: vt extr. de accu. cùm dilecti. extr. de despon. impu. ad dissoluendum. Et cassare quicquid innouatum est. extr. de constit. cũ M. in fi. Et punire impedientes suam iurisdictionem. extr. de off. dele. c. j. & c. ex literis. ff. si quis ius dic. non ob. l. vnica. de pœ. Romana. Et pone plura alia exempla: vt j. de disp. & alleg. §. fi.

ADDITIONES.

a Petitione. ¶ Solet dici ab instantia, vel ab obseruatione.
b Examinata. ¶ Vide quod ibi scripsi super ver. nihilominus. vbi inuenies quod Innoc. Pet. & Abb. & Fr. concor. Guil. pro quo etiā facit quod not. eo. tit. de iud. c. pe.
c Potuerunt. ¶ Et ibi super gloss. soluitur contrarium de Decre. dilectus. iij. de præb.
d Duobus. ¶ Hæc solutio principale dubium non soluit, sed secũdarium de mutatione fori. Tenens tamen hoc dictum posset ad contraria respondere, quòd in vtraque Decr. pendebant processus: hîc non. Item in Decr. ex literis, à diuersis impetratę fuerunt literæ: hic verò idem adiuit vtrunque.
e Generaliter. ¶ Et plenius s̄. de legato. §. vlt. in fi.
f Procedente. ¶ Hæc duo habent de re iud. c. vlt. lib. vj. j. & ij. resp.

SVMMARIVM.

1 *Officium iudicis, licet per actionem proponatur, non tamen est actio.*
2 *Officium iudicis pulchrè distinguitur, cuius distinctionis membra diffiniuntur.*
3 *Iudicis officium efficacissimè, desiderantia quæ sint.*

7. §. Potest & aliter [a] distingui. Est enim latissimum officium iudicis. Nam qñq; exercetur in iudiciis: vt in exemplis positis s̄. §. deseruit. [b] quandoque etiam extr. iudicium. nam debet resistere violentiis hominum. Ideo enim vigor iudiciarius est in medio constitutus, ne quis audeat per se sumere vltionem. C. de Iudæis. nullius. xxiij. q. j. ca. j. extra. in Procemio Decr. ver. ideoque lex proditur. Item non patietur ad arma & rixas venire, quos potest sua iurisdi. compescere. ff. de vsufr. æquissimum. resp. j. quam potest etiam iudicio pœnali defendere. ff. si quis ius di. non ob. l. vnica. extr. de off. deleg. ex literis. & c. j. Item vt & treugas faciat obseruari. extr. de treu. & pa. ca. j. Item statuta legatorum sedis Apostolicæ. extr. de off. leg. ca. fi. Item, vt viduas pupillos, & alias miserabiles personas ab oppressionib. defendat. lxxxvj. dist. desolatis. extr. de for. competen. ex tenore. Item prouinciam malis hominibus purgare. extr. de off. or. capi. j. ff. de off. præsi. congruit. Item sibi commissos verbo instruat, & exemplo. extr. eo. inter cætera. §. j. & in multis aliis exemplis supra positis. & s̄. de iud. ord. §. officium. Item cōnittentes contra sua interdicta

1 puniat: vt s̄. de iurisd. om. iu. §. fi. & in aliis infinitis. † ¶ Vltimò notandum, ꝙ licet officium iudicis per actionem proponatur, non tamen est actio. ff. de mino. l. quod si minor. §. fi. sed eius loco succedit: vt ff. de mino. l. in causæ. ij. & l. quod si minor. Si enim loco actionis proponitur, vt ext. de off. iud. c. ij. ergo nō est actio: licet eius debeat imitari naturam: vt s̄. §. j. ver. si verò offic. iud. Alij autem dicunt, vt M. ꝙ est actio. ff. de actio. & obli. l. actionis verbo. Sed quæ

ADDITIONES.

a Potest & aliter. ¶ Respicit principium huius tit.
b Deseruit. ¶ Si non esset hæc allegatio, quę etiam infrà repetitur, putassem, quòd hic §. non deberet esse §. sed ver. cùm in prin. nō habuerit suum membrum iste tractatus.

Sed quæ vis est in hoc? Dic, quòd quando imploratur non vt actio, in optione iudicis est cōcedere quod petitur, vel negare. Cū verò proponitur vt actio, cùm tūc proponam auxilium mihi ex persona mea, non aliunde ꝯpetens: oportet illud tanquam mercenarium actioni meæ necessariò deseruire. C. de postul. l. iiij. ff. de rei ven. officium. ff. qđ met. cau. l. metum. §. ex hoc edicto. secū
a cundum domin. Innoc. quartum [a]. † ¶ Et no. secundum dominū
2 meum [b]. quòd iudicis officium aliud est merum, purum, & gene-
b rale, quod scilicet iudex proprio motu interponit. de quo s̄. in prin. Aliud solēne, qđ loco actionis proponitur: vt s̄ §. j. in princ. ver. si verò. Quidam tamen dicunt hoc esse merū, vt ibi dixi. Aliud mistum: vt deseruiens, aut minister. de quo s̄. §. deseruit. Aliud anomalū, summarium vel plenarium, vt in interrogationibus & positionib. Vtrū autem quodlibet istorum litis contestatioem đ
3 sideret, s̄. dixi. ¶ In summa no. † quòd quędam sunt, quæ efficacissimè desiderant officium iudicis, scilicet numerus testium moderandus. ff. de testi. l. iij. & extr. e. cùm causam. Item mora: ff. de v sur. mora. Item tempus, intra quod causa suspicionis debeat probari. extr. de appell. secundò requiris. §. iij. Item induciæ citatorię ad causam: extr. vt lit. nō cōt. c. quoniam. §. quod si. Item expensæ vt ext. de do. & contu. c. finem. & ff. de rei ven. in fundo. Item numerus compurgatorū arbitrarius est in ascendendo. extr. de pur. ca. cùm in iuuentute. Itē canon pœnitentialis. xxvi. q. vlt. tempo-
c ra. de pœn. dist. v. c. j. secundum Vinc. [c] & in repertorio in titul. hi sunt canones pœnitentiales. in prin. & alia multa, quæ in præcedentibus sunt discussa.

ADDITIONES.

a Quartum. ¶ Vt scripsi in Decr. iudicis officium. in prin. eo. tit. lex dicit id, quòd officio iudicis præstatur. in obligatione non esse. ff. de accu. emp. qui per collusionem. in fi. ad Treb. l. deducta. de an. le. l. Quintus. in fi. Item cùm superest pars, interdicto contra eam agendum est: parte cessante succedit notio prætoris. ff. de lib. exhi. l. iij. §. iij. quod gl. ibi exponit, id est, officium iudicis.

b Dominum meum. ¶ In Summa eo. tit. §. i. vbi singula membra satis prolixè diffinit. Vnū non omittam: quia commendabile, & q rarum, qđ Hostien. ipse in fi. summæ istius ti. fatetur, ꝙ vltimū ipsius Summæ §. totum sumpsit de Summa Gof.

c Secundum Vinc. ¶ Qui hoc not. de dolo & contu. finem. vt ibi scripsi in vlt. gl. & ibi illud verbum Vinc. in ascendendo, qđ est s̄. in numero cōpurgatorū non posui, quia etiam in descendendo est arbitrarius: vt probat Decr. quam allegat. & patet ij. q. v. presbyter si. & c. omnibus. de accu. cùm P. in fine. & c. inquisitionis. in fi. de purg. ca. quoties. & not. eo. tit. inter. & de simo. insinuatum.

¶ De summaria cognitione.

SVMMARIVM.

1 *Plenissima causæ cognitio requiritur regulariter in criminalibus, & in quib. ista cognitio consistat.*
2 *Plena causæ cognitio in quibus generaliter requiratur.*
3 *Semiplena siue summaria discussio in quibus sit adhibenda.*
4 *Libertas si ex testamento pendeat, & speretur moueri quæstio: iudex summatim cognoscere debet, an bona fide imploretur iudicium.*
5 *Iudex summatim cognoscet in omnibus incidentibus & emergentibus.*
6 *Quæstio falsi si incidat, vt quia fortè dicitur instrumentum falsum, plenè probabitur.*
7 *Positiones factæ in aliqua causa, super quibus opponitur tanquam sint impertinentes, verba tamen hæc locum habebunt, & summatim procedetur.*
8 *Verbum, de plano, quomodo intelligatur.*
9 *Summatim procedendum non est in extraordinarijs.*
10 *Libelli oblatio est de ordine iuris, & sine ea non valet quod agitur.*
11 *Probatio plenissima exigitur in criminibus.*
12 *In manifestis an sit ordinariè aut summariè, vel sine magna probatione procedendum.*
13 *Cognitio summaria in quibus differat ab extraordinaria, vel ab eis, quæ de plano cognoscuntur.*
14 *Libellus an offeratur in summario.*
15 *Litis contestatio quib. casib. in summarijs requiratur.*
16 *Summaria cognitio in quibus consistat, & in ea quæ probatio exigatur.*
17 *In actione ad exhibendum, re exhibita in ordinario iudicio, reseruatur integra rei ven. defensio.*
18 *Lex vel statutum si dicat in aliquo casu summariè posse procedi. si talis est causa, quòd quæstio principalis terminetur, non potest esse succumbenti ad eum regressus.*
19 *Summaria cognitio fit in dilationibus.*
20 *Cognitio summaria fit diuersimodè.*

a 8. §. Postremo [a] loco videndū est quid iuris sit de summaria cognitione: cùm hoc quotidianum sit. ar. ff. de li. le. l. lega. ff. ad exhib. l. j. Ad cuius rei euidentiam videndum est. Primò, in quibus plenissima cognitio exigatur. Secundò, in quib. plena. Tertiò, in quib. semiplenè, siue summariè: & in quibus extr. ordinē proceditur. Quartò, vtrum, & in quib9 summaria cognitio differat ab extraordinaria, vel plenaria. Quintò, vtrū in summariis libellus, vel lit. contest. exigatur. Sextò, in q bus est ista summaria cognitio: & quid per hoc detur intelligi: & quæ probationes exigantur in ea. Septimò, vtrum in concedendis dilationib9 sit summaria cognitio. ¶ Octauò, qualiter fiat hęc
1 summaria cognitio. † Primò igitur sciendum est, ꝙ regulariter ī criminalibus plenissima causæ cognitio requiritur: vt C. de fal. vbi. C. de proba. l. fi. ij. q. viij. sciant. Et est ratio: vt C. de appell. addictos. C. de pœn. qui sententiā. ff. de Carbo. l. j. Est autem ista plenissima cognitio in libelli oblatione, sine quo nemo auditur: vt ff. de accus. l. libellorum. quæ est. ij. q. iij. nisi in casibus, qui not. in Auth. de exhi. & intro. reis. §. sancimus. & j̄. de libel. conce. §. nūc dicendum. C. qui accus. non poss. qui crimen. Item in iudiciorum solennitatibus obseruandis. C. de accus. l. iij. & l. absentem. inaudi
b ta enim causa, &c. [b] ff. de re iud. l. j. extr. de cau. poss. & proprie. c. j. iij. q. ix. indicas. Item in dilationibus concedendis: quia minores ī bi quàm in ciuilibus conceduntur. ff. de fer. l. fi. & in probationibus: vt in pr. l. sciant. ¶ Item in sententiæ prolatione: vt in præ. l.
c qui sententiam. Item & post sententiam. ff. de appel. non tantū [c]. & adeò plenissima requiritur secundum quosdam, quòd in his testes admittuntur: de quibus dicitur ff. de test. l. iij. in prin. quæ est iiij. q. iij. placuit. §. item in criminali. ver. testium fides. ex eo quod in præ. l. sciant. dicitur, testibus idoneis, & apertissimis documentis. Et hac eadem ratione dicunt, ꝙ propter probationum inopiam tunc res per iusiurandū minimè decidetur. argu. ff. quod me.
d cau. non est. ff. de min. l. iij. §. j. arg. contrà. C. de reb. cre. in bonæ [d].
2 † ¶ Secundò videndum est, in quibus plena causæ cognitio requirat. Et quidē generaliter in omnibus ciuilibus. C. de iud. iudices. quæ

ADDITIONES.

a Postremo. ¶ Vt impleam, quod circa commendationem huius Operis & auctoris meditatā per me imitationem ipsius in prin. Procemij obtuli me dicturum, est sciendum ꝙ §. iste vsque ad finem totus fuit additio post primam publicationem, non tamen multum vulgatam. Vnde sæpe §. præcedēs allegatur, ꝓ vlt. vt tūc erat sufficiēs. s̄. e. §. j. in prin. ꝯcordat quod scripsi s̄. de leg. in prin. Hunc ergo tractatum, quem ꝯposuit Io. de Fazolis Pisanus legū doctor populo, post dictam publicationem habuit auctor, & hic inseruit, & de eo membrū addidit s̄. e. tit. in fi. principij. Ipsum tamen Io. auctor bis alleg. De eo aūt mentionē fecit in cle. de ver. sig. c. sæpe. in gl. scire debes. Est autem notabilis vtilitas huius Operis in multorum collectione sparsorum, quæ fuissent vt plurimum ignorata. Idem dico de tractatu do. Mart. de Fano, đ Homagiis, quem habes j̄. de feu. §. ij. Item ipsius xxvij. quæstiōes de iure emphyt. positas sub ti. de locato. Item ipsius tractatus de alimentis positus, qui fi. sint legi. Item tractatus Iac. Bald. de primo & secundo Decr. de quo ponitur j̄. parte ij. specialis rubrica. Item tractatus Ioan. Blanci, de executoribus vltimarum voluntatum, infrà de instrumento edi. §. nunc verò. vt ibi dicam in prin. Item tractatus Odof. de positionibus, qui etiam habet specialem rubri. Item tracta. eius de confessionibus positus, licet ꝑ alia verba, sub rubri. de confessis. Item duplex tractat9 de fama, quorū alter fuit Thomæ de piperata: quē posuit actor parte secunda sub titulo, đ notoriis crimi. Singularium autem casuum est innumerosa multitudo quib9 adhuc caremus, si hîc non fuisset inserta. Secundò fuit Operis grandis vtilitas ea, quæ in voluminibus erant scripta ordinatius secundum materias collocare: ꝑꝑ quod rubricas, vel tractatus augere fuit expediens auctori. Tertio notabiliter fuit ꝯmendabile, sic opus componere, quod ēt nō Iurista facilè potest quod sibi expedit, inuenire. & præter quartam partem, quæ requirit sciētiam ordinis rubricarum, quem tenet ꝯpilatio Gregoriana. reliquum opus singulis est in propositi adinuentione cōe. Manifestatur ex facto ineffabilis huius vtilitas Operis: quia videmus omnes iuris vtriusq; peritos cum eis, vel nouum, vel dubiū occurrit, huc habere refugiū: secundum materias perquirendo quod appetunt. Sciunt enim quòd hic plurima, vt plurimum ignorata sunt ordinatè collocata. Cùm igiť hîc scriptis insisto vel tractando, vel remittendo, casus adiungo, sum adiutor quærentium, & imitator auctoris.

b Causa, &c. ¶ Ponebat Ioan. de Deo, neminem condemnari ratio patitur æquitatis, alleg. C. qui accus. non poss. qui crimen. text. autem est in l. statim allegata.

c Non tantum. ¶ Appello pro reo damnato etiam inuito.

d In bonæ. ¶ Vide j̄. de iura. de la. ver. vt aūt. vbi remittam ad Decr. vlt. de iureiur.

ces.quæ est in libelli oblatione,& in lit.cont.iij.q.iij.c.induciæ.§.offeratur.Sed hoc fallit in casibus, qui not. in præ.§.nunc dicendum.Item in dilationibus causa testium:vt in auth.de testi.§.quia verò. & mistim testium, & instrumentorum. C.de dilat. l. j. Et in citationibus,& aliis solennitatibus obseruandis.ff. de iud.ad peremptorium.C.quo.& quando iud.l.ea quæ.& l. consentaneum. C.de sententiis.prolatam.extr.ne proba.quoniam contrà.& omnia,de quibus s. in criminalibus dicta sunt.nam oportet iudicantem cuncta rimari:vt C.de senten.ex breui.re.l.fi.& s.§.deseruit. ad fi.ver.generaliter.Non est enim præcipitanda sententia:vt C. eod.l.ij.& vj.q.j. quæro.xxxij.q.ij.quod non est ij.q.j.Deus.in pri. Azo verò not.in Summa C.de vindic.in prin.in hac plena causæ cognitione vij.requiri:aliàs sententia nullius est momenti,videlicet libelli oblatio,cautionis expositio, litis contest. iuramenti de calumnia præstatio,causæ congruis interrogationibus examinatio,sententiæ in scriptis prolatio & executio. De hoc not.j. in Procœmio secundæ partis.Ioan.dixit,quòd nisi plena causæ cognitio adhibeatur,potest sententia nulla dici,tanquam iuris ordine nõ seruato.vt in præ.l.prolatam.In aliis autem omnibus,quæ non requirunt plenam causæ cognitionem,videtur contrarium quia non videtur in eis dilatio aliqua danda.ff.de adulte.in crimine.Sed debet cum celeritate,non cum deliberatione procedi. ff. de dam.infe.l.j.& sine aliqua mora vel dilatione.C.de epis.& cle. Auth.clericus.ff.de fer.l.ij.& iij.Sed ad hoc responderi potest, quòd licet in illis breuius spatium sit statuendum,quàm in aliis:non tamen debet iudex præcipitare sententiam, sed causa cognita proferre:vt dixi s.eod.l.dist.ponderet,ar.in his quæ not.j. hoc quo-
3 que.† ¶ Tertiò dicendum est,in quibus semiplena,siue summaria sit discussio adhibenda: & quidẽ in casibus,in quibus præmissa fallunt.Nam illa regulariter vera sunt:sed fallunt in casibus, in quibus semiplena, siue summaria causæ cognitio requiritur, videlicet cùm agitur ad exhibendum:quia tunc quæritur an inter-
a sit:vt ff.ad exhib.l.iij.§.sciendum [a].ext.de testi.c.veniens.Item cũ filius à patre petit alimenta:quæritur an sit filius,vt ff.de li.agn.si quis à liberis.§.si vel parens. Item cùm filius petit,ex Carbo. bonorum possess.si agatur an sit filius:vt ff.de Carbo.edict.l.iij.§. causæ.Item cùm mulier nomine ventris petit se mitti in possess.vt ff. de ventre in possess.mitten.l.j.§.si ea.Item cùm actor in reali vel personali act.reo absente petit se in possess.rei petitæ induci.C. vbi in rem act.l.ij.extra.vt lite non contestata, capitulo, quoniam.
b §.si super.C.quorum appell.non reci.l.j.[b] Item si legatarius petit pro legato satisdari: & quæritur an sit legatum relictum. ff. vt in poss.leg.si is à quo.Item cùm bona capiuntur ex causa iudicati:quæ-
4 ritur an sint illa cõdemnati.ff.de re iudic.à diuo.§.si super.†¶ Itẽ si libertas ex testamento pendeat, & speretur moueri quæstio, iudex summatim cognoscet,an fortè bona fide imploretur iudicium de testamento:vt ff.de pet.hær.si quis libertatem. §. planè. Item si petitur caueri:& dicitur hoc per calumniam fieri:vt ff.de præt.stipul.l.j.§.pe.Item si testes petuntur produci ante lit. contest.& dicantur senes vel valetudinarij:vt ff.ad l.Aqui.in lege.Itẽ si quæritur,vtrum aliquæ interrogationes debent fieri, vel non. ff.de interrog.act.l.si defensor.Item idem dici potest in casu, qui
5 est ff.de mino.l.iij. §. j. † ¶ Item etiam idem fortè dici potest in omnibus incidentibus & emergentibus:si tamen tales sunt quæ reuocẽtur, diffinitiua sententia reuocata:& ita non penitus præiudicium afferunt,quin per aliam suam viam ordinariam,vel extraordinariam reseruetur condemnato regressus: aliàs si per eas diffiniretur principale negotium, vel ad eas nullus reseruaretur regressus,tunc plenè proceditur,prout cõsueuit in interlocutoria distingui:an videlicet sit talis,quæ reuocetur per diffinitiuam: quo casu non appellatur ab ea,Si verò non reuocetur, tunc appelletur:vt j.de ap.§.in quib. vers.sed nunquid pt.quod nõ puto
c verum indistinctè [c]. † ¶ Quid enim si incidit quæstio falsi, quia
6 fortè dicitur instrumentum falsum? Certè tunc plenè probabitur:vt C.de fal.l.vbi.& iij.q.xj. prius.Item quid si opponitur actori, quòd sit seruus,vel monachus,& excommunicatus, vel similes quæstiones incidunt, vel emergunt? Certè plenè debet eas probare opponens:vt in ea.l.& C.de ord.iud.l.j.C.de iud.l.quod.ij.q.
7 j.in primis,& not.de his extr.de ord.cog.c.j.†¶ Si autem fiant aliquæ positiones in causa,& opponitur non esse admittendas,quia sunt impertinentes,vel alia ratione:si quidem talis quæstio emergeret,tunc fortè posset locum habere, quod dicunt: & summatim procedetur:vt ff.de interrogat.act.si defensor.§. illud. Vel si dicit testis inimicus,vel cõsanguineus,vel vilis vel infamis,& huiusmodi,& sic non admittendus, summaria & semiplena probatione habita,poterit eius testimonium recipi,& in tempus disputationis poterunt quæstiones seruari.in Auth.de testi. §.si verò. Idem dicunt in omnibus similibus legibus, quæ si admittantur, vel non,nihilominus de facili integra defensionis,vel impugnationis via reseruatur:vt ĩ interrogationib.meis prędixi:quia melius est quandoque aliquas friuolas recipi, quam vnam necessariam respui:vt ff. de interrog.act.l.vbicunque.ff.de ven.inspic.l.j. §.j.xiij.q.vij.non æstimemus. Et idem in testibus & aliis:vt pdixi. Ad hoc etiam facit quod dici consueuit, An super incidenti plenè cognoscatur:& tunc sententia in principali lata præiudicet incidenti:vt C.de or.cog.l.ij.& in prædicta l.vbi.An summatim: & tunc nõ præiudicat:vt ff.de re iud.à diuo.§.si super.ff.de lib.agn.si quis à liberis.§.meminisse.Idẽ quoque videtur in omnibus,quæcunque,etiam si principaliter mouerentur,& non essent incidentes vel emergentes,per aliam tamen viam,puta idem refricando posset damnato succurri: vt aliàs habes in similibus, quæ principaliter mouentur in præ.§.si super.& in præ.§.meminisse.& C.ad Carb.l.ij.& ff.e.l.iij.§.causæ.& in auct.ad exhibendum, & similib[9] summariis suprà dictis.Item idem dicunt quidam,vbi lex dicit extra ordinem agi:vt ff.de reli.si quis sepulchrum.& vbi ius dicit de plano aliquid debere cognosci: vt extr.de accus. olim. vt in leuibus criminibus.vt ff.de accu.leuia.ff.de off.procon.nec quicquã. §.de plano.ff.de off.præ.vr.l.j.§.cum patronus.ff.de quæst.vnius. §.fi.ff.de adul.l.miles.§.sexaginta.ff.quis ordo in bo.pos.ser.l.ij.§.
9 dies.† ¶ Et intelligunt de plano.i.sine magna disceptatione, atque summatim.Sed Io. Fazoli hic non approbat: & intelligit de plano.j.sine scriptura vel libello.ar.ff.de consti. prin. l.j.vel.i.non pro tribunali,vel in figura solennis iudicij:puta sedẽdo in prætorio,vel vbi semper ius reddere cõsueuit:sed alibi nõ seruata solennitate strepitus iudiciorum:vt in præ.§. sexaginta. & præ. §. dies. Vel dic vt j.de inquisi.§. nunc tractemus. ver.quid igitur si.& vide j.de libel.concep.§.nunc dicendum.versi.xlij.nõ autem summatim proceditur, i.quòd solum semiplena probatio sufficiat.vt
9 in summariis iam dicetur. † ¶ Præterea in extraordinariis non procedetur,vt puto,summatim.i.semiplenè,prout dicunt quidã per præ.l.si quis sepulchrum.nisi in hoc fortè, quòd nõ offertur libellus.& sic potest lex illa intelligi:nec fortè in his extraordinariis ista solennitas iudiciorum seruabitur: vt in aliis extraordinariis causis.Ergo circa hæc tria genera cãrum distingue:quia quædam dicũtur summariæ,in quibus summatim proceditur,& semiplena probatio sufficit;de quibus plenius j. dicetur. Quæ autem sint istæ summariæ,superius explicatur.Secundum genus est, quia quædam sunt extraordinariæ:vt in l.si quis sepulchrum. & idem dico vbicunque iudex suo mero officio procedit, constringendo aliquem ad aliquid faciendum ipso facto, vel dandum: vt in authen.de col.§ & hoc quoque iubemus.ff.ne vis fiat ei,qui miss. est in possess.l.si quis missum.ff.si ventris nomine mulier in pos.l. j. & j. de sen. excu. §. breuiter, Idem potest dici in omnibus criminibus in quibus sine accusatore proceditur: vt notatur. ff. de adulteriis, l. secunda. & extra, vt eccles. benefi. capit. vnico. Has enim appello extraordinarias, quia in eis non est necesse libellum offerre: vt suprà dixi, & aliquid de solennitatibus iudicij relaxatur in eis.vt patet in prędictis legibus. Dicuntur enim extraordinariæ,& sic sine ordine,vt deseruiamus nomini.Insti.de
m Delegato. ¶Qui subdelegauit non in totum: & hoc nullum dubium. sed Innocen. idem putat, si subdelegauit totum, & res est integra. vt post eum ibi scripsi in §. si. super verbo, auditores. Et pro eo facit de off. del. quāmuis. lib. vj. Sed dices, Quomodo erit res integra, cùm citatus sit is, qui recusationem proponit? So. Sto obiectioni, vt patet ex illa gl. Inno. Procederet ergo hoc. quando pars certificata de cōmissione citationē præueniens. vadit corā subdelegante, recusans subdelegatū. Et idē si corā subdelegato sic præueniret citationē: & quo ad hūc casum recusatiōis nō esset absur-

dum

Idem fortè [a] in delegato ab ordinario: vt coram ordinario proponatur & probetur. Item merus executor non recusatur. extra. de appel. nouit. prope finem.

ADDITIO.

Validum, imò æquum tenere opinio. Archi. de qua dixi in præ. decre. quãuis. super glo. penult. quòd ad perpetuandam iurisdictionem subdelegati requiratur citatio: nec sufficit alter actus. Certum tamen est, quòd ex cõtrario iustitia non parit: quia itur ad arbitros. ac si ille fuisset principalis delegatus. In casu autem mortis subdelegantis, de quo etiam loquitur ipsa decretal. quamuis. damnosa esset illa opinio, quòd ad perpetuationem requiretur actio, secũdum nos. Adde, quòd opinio. Inn. tenet simpliciter Panorm. in d. cap. super quæstionum. §. quem verò.

a Fortè. ¶ Sine fortè, inquantum de probatione loquit, & decre. si contra vnum. in fi. de offi. deleg. lib. vj.

¶ Recusatio ex quibus causis fieri possit.

SVMMARIVM.

1 *Causa suspicionis, quæ allegatur à partibus hincinde, si pars sit, non potest vtraque pars causam allegare cum effectu.*
2 *Causa sufficiens ad repellendum delegatum, non est æquè sufficiens ad ordinarium remouendum.*

2. §. Causa recusationis vnica est tãtùm, scilicet suspicio. Hoc tamen surgit ex multis & variis causis, ex quibus potest delegatus, vel ordinarius, vel auditor, vel assessor, vel arbiter recusari: quas dic vt in rubricis specialibus s. tractatur.
1 & no. extra. vt lite non contest. c. j. † Hoc autem hîc no. quòd vbi causa suspicionis, quæ allegatur, hinc & inde par est, neutra pars potest eam allegare cum effectu. ff. de ritu nup. non solùm. §. de vno, ff. de cur. fur. l. fi. circ. prin. c, de excu. tu. l. humanitatis. ¶ Item
2 nota †, quòd non omnis causa, quæ sufficit ad repellendum delegatum, sufficit ad ordinarium remouendum, argum. extrà, de appella. vt debitus. Puto tamen, quòd ordinarius potest remoueri
a [a], si sit pater, vel patronus, vel corruptus, vel nimis odiosus, vel fauens; vel si fuit prius in eadem causa aduocatus, vel procurator, vel iudex: vt suprà, de iudice dele. §. recusari. & in quibusdam aliis ibi positis casibus.

ADDITIO.

a Remoueri. ¶ Id est, recusari. Adde plenè per dominum Anthon. de sancto Geor. in c. postremo. extra. de appel.

SVMMARIVM.

¶ Recusatio quando fieri possit.

1 *Dicere, quòd post litem contestatam non est locus deliberationi, falsum est.*
2 *Recusatio secundum canones fit tantùm ante lit. contest.*
3 *Recusare nõ potest iudicem qui coram eo processum incepit, vel aliàs ipsum approbauit.*
4 *Obtinens in aliqua exceptione, non potest amplius recusare.*
5 *Consentire non videtur in iudicem, qui sibi edi genus postulat actionis.*

a 3. §. Fit autem [a] recusatio vsque ad xx dies, secundum leges C. de sen, & interlo. omn. iu. auth. consequenter. & hoc siue sit lis contestata, siue non: dummodo intra viginti dies
1 proposuerit, secundum quosdam. † Sed hoc est falsum dicere. qa post litem contest. non est locus deliberationi. Ad quod dantur prædicti xx dies: vt patet C, de lit. contes. authen. offeratur. Igitur nec recusationi. Præterea hoc expressum est C. de iudiciis. apertissimi. Item nec semper fit vsque ad xx dies: cùm illi possint abbreuiari à iudice, extr, de proc. dilectus, extr. de app. cùm sit Romana.
2 † Sed & secundum canones ante lit. cõtest. tantùm fit recusatio, cùm sit dilatoria, & non post: vt extra, de re iudi. inter monasterium, vbi de hoc: nisi ex noua causa post litem con. suspicionis causa oriatur: vt in præ. c. insinuante. & ff. de arbi. licet autem. C. de testi. si quis testibus. ff. de vac. mune. l. pen. §. fi. vel nisi quis iuret eã de nouo ad eius notitiam peruenisse. ext, de excep. pastoralis. sed nec semper ante lit, contest. nam si intra diem à iudice ad hoc pręfixã eam non proponat, vlterius non auditur: vt ibidem, & extra.
3 qui matrimo. accus. pos. cùm in tua. † Item secundum Tan. [b] si ali
b quem processum habuit coram iudice, vel eius iudicium subierit
c [c], videtur eum approbare: vnde vlterius ipsum non poterit recusare: arg, ff. de iur. om. iu. si conuenerit. à contrario sensu: quia hæc exceptio de sui natura, omnes aliàs præcedit: vt patet extr. de proba. quoniam contra. ex ordine verborũ. & iij. q. v. quia suspecti. Io an. dicit, quòd si coram eo obtinet in aliqua except. amplius non poterit eum recusare. ff. de iudic. sed & si susceperit, in princip. ar. ff. de neg. gest. Põpo. ff. loc. & cõduc. ea lege. in fi. ff. ad l. Iu. de adul. si vxor. in n. s. de sen. & inter. om. iud. l. pe. & auth. ibi posita. extr. de offi. dele. gratum. & c. causam. iij. q. viii. cuius. Secus, si succumbit. ar. iii. q. iii. c. induciæ. §. offeratur. Ia. de Al. & Vber. de Bonacur.
d [d] dicunt. ꝙ licet quis alias exceptiones proposuerit, adhuc põt ad hanc redire vsque ad lit. contest. siue transierint xx dies, siue non: imò reputant fatuum, qui eam vltimò non proponit. Nam si primò proponit, & succumbit, iudicem prouocabit. extra. de offi. de leg. suspicionis. l. di. si quis præpostera. Ego dico, quòd tutius est eam primò proponi: vt dicit T. & in hoc concor. Goff. Ber. Vin. & Io. a Nec ob. proxima obiectio de prouocatione iudicis: quia po-
e terit ab eo appellari. ext. de of. del. cùm super abbatia. in casu [e]. Itẽ
4 nõ placet simpliciter quod dixit Io. quòd † qui obtinet in aliqua except. non potest amplius recusare. Nam constat quòd xx dies, in quibus secundum iura ciuilia fit recusatio, dantur post libelli oblationem, & postquam cautum est iudicio sisti: vt in præ. auth. offeratur. & Insti. de excu. tu. §. qui autem. ff. de iudi. sed & si susceperit. Si ergo iudex interloquatur pro reo libellum esse dãdum, vel esse cauendũ, nihilominus adhuc poterit eum recusare: vt in pręauth. offeratur. extra. de libel. obl. c. i. & arg. extra. de app. ad hoc.
5 & j. † Quia non videtur in iudicem consentire, qui sibi edi genus
f postulat actionis. ff. de iudic. non videtur [f]. Sed nunquid post xx dies poterit recusari? De hoc infrà de dilationibus, §. nunc videamus. in fine.

ADDITIONES.

a Fit autem. ¶ ca. pastoralis. quod Pau. de Ca. in l. ita demum. C. de procura. tenet contrarium per gl. in l. qui procuratorem dat. ff. de procur. & illam gl. ibi sequitur Bal. & idem tenet Ang. in l. de die. §. seruus. ff. qui satis. cog. vbi dicit, quòd est text. ꝙ exceptio dilatoria non potest opponi post lit. contest. etiam si fuit per errorem omissa. Pro opi. Spe. est gl. in l. qui excepti. C. de prob. Io. Cal. in c. fi. de ordi. cog & Ant. de But. in c. ii. eo. tit. Bar. in l. error. C. de iur. & fact. igno. & vide j. de excep.

b Secundũ Tan. ¶ In apparatu in ord. iud. tenuit cõtrarium. vt dicã j. de excep. §. viso. versi. porrò.

c Subierit. ¶ Facit j. §. fi. versi. quod si reus.

d Bonacur. ¶ Qui in prin. sui Operis consuluit hanc exceptionem cum protestationibus, quòd saluæ sint declinatorię, quando plus fieri potest, tardari, propter rationem quæ sequitur. & eius verba ad literam posita sunt j. §. prox. ver. quidam. ibi: licet autem. Adde, quòd Bar. in l. quidam consulebant. de re iudic. tenet ab initio proponendam. Bal. in §. quibus. in prima consti. C. Cano. in c. cùm in te. de re iud. dom. Ant. de sancto Geor. in c. secũdò requiris. de ap.

e Casu. ¶ Quem ponit j. gl. hoc dixit, quia tex. non probat.

f Videtur. ¶ Distingue, an proponatur exceptio, per quam negetur iurisd. vel per quam non negetur, vt scripsi in præd. decreta. inter mona. super gl. quicunque. & huic concor. Gul. j. de excep. §. viso. ver. porrò. & ver. seq. in fi.

SVMMARIVM.

¶ Recusatio qualiter fieri debeat.

1 *Recusatio in scriptis est facienda, vbi proposita est coram iudice causa sufficiens suspicionis.*
2 *Iurisdictio iudicis est suspensa eo ipso, quòd causa suspicionis est proposita. Causam suspicionis quis cognoscat esse sufficiẽtem ad recusationem causandã.*
3 *Exceptio recusationis. si malitiosè opponatur, quid iuris.*
4 *Causa suspicionis proposita, illicò à partibus eligi debent arbitri.*
5 *Legistarum quorundam opinio dicentium non esse necesse causam recusationis etiam ordinarij proponi, seu probari.*
6 *Flectuntur homines verbis.*
7 *Iudex coram quo suspicionis causa est proposita, debet scire, an causa ipsa sit sufficiens.*
8 *Forma pronunciationis arbitrorum, auditis partium disputationibus in causa recusationis post conclusum.*
9 *Subdelegatus si recusetur, an ei dabitur libellus recusationis?*
10 *Processus siue per delegatum, siue per ordinarium post recusationem propositã habitus tenet, nisi aliàs transferatur.*

1 4. §. Qualiter autem debeat fieri recusatio, videamus. Et quidem sic. † Nam proposita coram iudice sufficienti causa suspicionis, recusatio facienda est in scriptis. extrà, de probationib. quoniam contrà. & C. de iudic. l. apertissimi, ibi, libello recusationis, &c. & l. cùm specialis. ibi, recusationis libellum, &c. & in libello ipso continebitur quis,
a quem, & in qua causa, & quare recusat: &, si vult, nomen [a] arbitri, quem

ADDITIO.

a Nomen. ¶ Facit j. versi. proposita. in fin.

tri, quem eliget, & proponatur talis causa, quę probata debeat sufficiens reputari extr. de appella. secundò. & c. cùm specialis. ff. de liberali causa si pariter. ff. de suspec. tut. l. iii. & v. & extra. de fo. comp. licet. sicut fit in appellatione. extr. de app. vt debitus. Illa etiam probabitur esse vera coram arbitris: vt in præ. c. suspicionis
2 & non corā recusato, qui forsan prouocatus obesset, vt ibi. †Sed quis cognoscet, an sit sufficiens vel admittenda, vel non? Dico quod eo ipso, quòd causa suspicionis proposita est, iurisdictio iudicis est suspensa: arg. extr. de off. deleg. suspicionis. in prin. ibi: assignantem, &c. & capit. pastoralis. §. præterea. in fi. Vnde arbiter, & non ipse, de hoc cognoscet, & decernet: quia semper diceret, non esse sufficientem: vnde omnia quæ ad hunc articulū pertinent, ad eos spectant: & quia forte prouocatus obesset, sicut & in causa appellationis contingit, vbi non is, à quo appellatur, sed iudex appellationis cognoscet, an causa appellationis sit sufficiens, siue iusta. extra. de appel. cap. Romana. §. quod si. Et hæc vera sunt, nisi causa notoriè esset frustratoria: vt extra. de app. pastoralis. & in hoc
a cōcordat[a] Vin. & Ber. Quidam tamē dicunt[b], & malè, quòd iudex
b hoc[c] decernet, non arbiter, an sit vera. Vel distingue, vtrum sit ma
c nifestè legitima vel friuola, an dubium sit: vt dixi infrà, de excep. §. viso. versic. facta igitur. De hoc ĵ. §. proxi. versic. & nunquid pos
d sunt. tamen in c. cum speciali. not.[d] quòd ad arbitros pertinet declarare, an exceptio sit legitima, vbi dubia est. †¶Quid si præsum
3 ptio sit, quòd exceptio recusationis malitiosè opponatur? Dicūt
e quidam[e], quòd iudex potest exigere iuramentum, quòd malitiosè non proponat: vt in concor. quę sunt infrà proxi. versic. quid si arbiter non vult. in fi. non obstante quod dicitur, quod ad arbitros pertinent omnia, quæ ad hunc articulum pertinent: vt in prædi.
f c. suspicionis. & c. cū speciali[f]. †¶Proposita autem causa suspicio
4 nis eligentur à partibus arbitri illicò, id est, intra triduum: vt in l. cum speciali vel etiam secundum canones, qui de causa suspicionis cognoscant: quibus electis, recusatus hoc eis denunciabit: & coget eos, si necesse fuerit, arbitrium suscipere, vt dicam infra §. fi. versi. sed quis coget. Et isti habēt coercitionem, & omnia possūt quæ pertinent ad articulum recusationis: vt not. in c. suspicionis. & sunt potius delegati, quam arbitri: vt dicam infrà §. proxi. versi. sed quis prouidebit. Et not. quòd sufficit recusanti causas recusationis legitimas proponere, nec oportet quòd iudices petant coram quibus probentur: quod dic secundum papam, vt not. in prę.
g c. cum speciali[g]. Hoc facto, recusatus præfiget ipsis arbitris, non dico partibus, terminum intra quem concordent, vel tertium ad
h uocent. extra. de appella. legitima[h]. Arbitri verò, & non recusati, partibus præfigent terminum, intra quem veritatem causæ probent: alioquin ipse procedat, vt in prę. c. suspicionis. & sic vtraque illarum Decre. manet: nec vna per alteram corrigitur: licet aliter
i à pluribus intelligatur[i]. †¶Quidam autem Legistæ dicunt, non
5 esse necesse causam recusationis, etiam ordinarii, proponi, seu probari: sed potest sine causæ expressione recusari. ar. C. de iud. l. aper-
k tissimi. ibi. iudicem. putat, &c.[k] & ibi: suspicionis, &c. & Authen. si verò. iii. quæstione. v. quia suspecti. versiculo, sed solum. Alii
l etiam dicunt[l], quòd recusans saltem iurabit se habere suspicionē licet non dicat causam. nam metu sacramenti calumnia refrænatur. C. de iura. calum. l. j. Sed hæc falsa sunt, vt prædixi. & nisi in termino ab arbitris præfixo causa suspicionis expediat. iudex in causa procedet. Licet autem laxa tibi det in recusando iuxta præmis-
m sa potestas: tamē tibi non consulo[m], quòd facile ad recusandum prorumpas. Nam si nō plenè causam probaueris, ille iudex remanebit, vt dixi: & fortè eum prouocatum senties, & acerbum. & dirum, & insidiatorem causæ tuæ: vt C. de test. mil. l. fi. §. sin verò quidam. in fi. & arg. l. dist. si quis præpostera. & in præce. c. suspicionis. nec tibi libenter in aliquo gratificabitur, quod erit valde graue: cùm multa subiiciantur eius potestati. ff. de iudi. non quicquid. & ij. q. iij. si quem. §. notandum. & C. quomodo & quando iud. l. i. extra. de off. deleg. consuluit ff. de ædil. edi. ædiles. §. item sciendū. extr. de postula. bonæ. j. Consulo autem, quòd eum blandis verbis alloquaris: & omnibus modis honestis, quantum poteris, eum ti
6 bi fauorabilem facias. †Nam verbis homines flectuntur: quod dic vt ĵ. in tit. de aduo. §. hinc docendum. ver. deinde. post præmissa illa protestatione, ne in eum videaris consentire, saluis omnibus excep. dilatoriis & declinatoriis, tam contra rescriptum, quàm contra iudicem proponendis. Qualiter autem libelli recusatorii con
7 cipiantur dicam ĵ. in tractatu libellorū, in tit. de off. deleg. †¶Vt
n autem[n] in his plenius instruaris, nota quod iudex, corā quo suspicionis causa proposita est, debet videre, an causa ipsa sit sufficiens. Super quo tamen & qualiter arbitri eligentur: dic vt ĵ. de excep. §. viso. ver. facta igitur. & s. eo. ver. si quis. Deinde arbitris electis iudex per certum suum nūcium eos ad suam aduocet præsentiam: vel per suas literas eis significet qualiter super tali exceptione arbitri à partibus sunt electi, assignans & præfigens eis certum terminum, intra quem causam præfatæ recusationis per se, vel cum tertio per eos assumpto, vel assumendo debeant diffinire: alioqn comminetur se ex tunc processurum in negotio principali: vt in prædic. c. legitima. & c. suspicionis. & de app. cum speciali. resp. j. vt s. dictum est. Arbitri autem citatis coram se partibus etiam præsentibus, legant per se eis, vel per notarium, quem habere dicunt, exceptionem recusationis: deinde terminum eis præfigant ad probandam quicquid voluerint super ea. Caueant tamen, ne nimis se arctent: sed talem assignent, quòd post illum possint articulum ipsum decidere intra terminum ipsis arbitris à iudice præstitutum. Receptis ergo probationibus, & auditis post cōclu. partium in causa recusationis disputationibus, super eis pronūcient in hunc modum.
8 †FORMA: Nos tales arbitri electi à talibus super exceptione recusationis proposita, per ipsum talem contra talem iudicem, quæ talis est: quoniam naturale est, &c. vt ĵ. in tract. libel. in tit. de offi. delega. receptis probationibus hincinde, & auditis, quæ partes ipsę coram nobis proponere voluerunt, sentētialiter pronūciamus, & pronūciando diffinimus, dictam exceptionē non esse, vel, esse vel sic esse probatam: quòd si probata non fuerit, iudex procedat in negotio principali: vt extra. de app. secundò requiris. in fin. &c. legitima. ¶Vtrum partes possint recusare iudicem, in quem consenserunt, not. ĵ. de cōp. iu. adi. ver. x. & seq. & s. §. ij. ver. de deleg. Item quid iuris, si plures delegati recusentur. not. extra.
9 de offic. deleg. cùm super. †¶Quid si subdelegatus recusetur[o]?
o Dicunt quidam, quod non dabitur ei libellus recusationis: nec causa

ADDITIONES.

a Concordat. ¶Supple. ibi.
b Dicunt. ¶Bonagui. vbi de libello recusationis. ver. & not.
c Hoc. ¶De quo quæris, scilicet an sit iusta.
d Not. ¶In quarta gl. & vide de exemplis. quod super ea dixi. Idem etiam no. de offi. deleg. suspicionis. in j. gl.
e Quidam. ¶Aegid. rub. xxvi. in fi.
f Speciali. ¶De hoc plenè scripsi de iuram. calum. cap. ii. post prin. libr. vi.
g Speciali. ¶Vbi scripsi in tertia glo. & vide quod ibi dixi super verbo, suspectum. Ioan. And.
h Legitima. ¶Quòd ergo itur ad arbitros: vt quia recusetur officialis, vel delegatus epī, vel vnus ex delegatis datis cum clausula: vel subdelegatus delegati papæ, non est locus termino assignando per recusatum maiori, vel pari: vt ibi scripsi in glo. quando ergo. vbi etiam scripsi tria remedia, quæ habet episcopus, cùm eius officialis, vel delegatus recusatur: & si episcopus esset absens, vide quod scripsi de off. deleg. si p̄ vnum. lib. vi. super verbo, episcopi,
i Intelligatur. ¶Et ibi de hoc in gl. ipsum recusatum. Adde, secūdū episcopum Alexan. qui ita dicit tenere omnes, in cap. cum speciali. quòd aut loquimur quo ad assignādum terminum partibus ad probandum, vel aliud agendum coram arbitris: & tunc ab arbitris assignatur. Aut loquimur quo ad assignādum terminum arbitris, quòd procedant in causa recusationis: & tunc recusatus assignat. & ita loquatur Decre. legitima.
k Putat, & c. ¶. Et ibi not. in gl. nisi à principe. & aliquid de appellatio. secundò requiris. in glo. penult. Rof. in iii. rub. de qua dixi in princip. tit. pro causa non exprimenda inducit iura ad primum. ff. ad Trebel. quia poterat. ff. de app. l. ii. C. de senten. & interlo. om. iud. illud. & Authen. & consequenter. C. de nup. l. viduæ. & l. apertissimi. de iud. Ad secundum inducit ff. de liber. causa. l. si pariter. C. de transactio. vt responsum. & rubricas. ff. ex quibus causis in pos. ea. & ex quib. cau. ma. in integ. restit. C. de edict. diui Adri. l. fi. ff. de his, qui no. infam. l. ii. & de trāsactio. cùm hi. §. in hac. hoc nō posuit propter casum de nostro iure non dubium: sed quia aliàs posset in aliis materiis expedire. Adde, quòd causa suspicionis non sit exprimenda de iure ciuili, tenet Alexan. in l. quia poterat ff. ad Trebel. vbi dicit hanc esse communem opin. quam limita, vt per Bal. in d. l. apertissimi. De iure etiam canonico causa nō est exprimenda, si nimium infamaret iudicem: sed standum est iuramento proponentis, attenta qualitate personæ. Ita Panor. in c. secundò requiris. extra. de appella. & sequitur domi. Ant. de sancto Georg.
l Dicunt. ¶Vber. de Bona. in prin.
m Cōsulo. ¶Ad literam sunt verba Vberti de Bonacurso vsque ibi: qualiter autem.
n Autem. ¶Ponit verba Aegidii præ. rubri. xxiii. & sequen. hoc vsque ad versic. quid si.
o Recusetur. ¶Totum, quod sequitur, vide per me post Inn. de appel. cùm speciali. in gloss. proprium.

ſa recuſationis coram eo proponetur: ſed coram delegato tantũ
a ſi præſens eſt: vt extra. eo. tit. ſuper quæſtionum. §. j.[a] & ſi abſens
ſit, proteſtabitur, & etiam probabit cauſas recuſationis coram epiſ
copo loci, vel archidiacono, vel aliis iudicibus ordinariis loci: vt
C. de iudic. cum ſpeciali. Alii dicunt, non eſſe eundum ad iſtos or-
dinarios, ſed ad deleg. ſi præſens ſit: ſi verò abſens ſit, dicet pars ip-
ſa ſubdelegato, quòd habet eum ſuſpectum: & hoc ſimpliciter
nulla cauſa aſſignata; & ꝙ vult ire ad delegatum, vt obtineat alii
cauſam committi: & ex tunc non debet ſubdelegatus procedere:
quod ſi faceret, debet ab ipſo appellari: cùm grauet procedendo
contra ipſum, poſtquam vult probare eum fore ſuſpectum co-
ram illo, à quo ipſe iuriſdictionẽ habet: vt in præ. c. ſuper quæſtio-
num. in fin. Quòd ſi non appellauerit, tenebit proceſſus per ip-
ſum contra recuſantem habitus: cùm iuriſdictio penes eum ſit:
nec per app. neque per reuocationem, vel alio modo ad alium
10 tranſlata. † ¶ Generaliter enim credimus[b], quòd proceſſus ſiue
b per delegatum, ſiue per ordinarium poſt recuſationem propoſi-
tam habitus, tenet: niſi appelletur, vel per alium modum cum ef-
c fectu cauſa ad alium transferatur[c]. Tutius tamẽ videtur ſecundũ
hanc opinionem, cauſas recuſationis proponi coram ſubdelega-
to: vt in præ. c. ij. & poſtea ipſas probent coram delegato: quia for
tè ſubdelegatꝰ eas admittet: & partes ab onere probationis rele-
uabit. Quidam dixerunt, quòd à ſubdelegato poteſt appellari abſ
que vllo grauamine, hoc modo.

FORMA: Habeo te ſuſpectum ex talibus cauſis, appello, ne
procedas, arg. in præce. c. ſuper. §. cùm vero. Alii tamen dicunt, &
bene, illud reuocatum eſſe per Decr. de app. c. vt debitus. & c. cor
di. lib. 6. Vtrũ poſſit appellari ex ea cauſa, quia ſuſpectus eſt iudex:
cùm tunc competat recuſationis remedium no, ſecundum papã
d in prædi, cap. cum ſpeciali[d].

ADDITIONES.

a §. i. ¶ Diſtinguitur, an totum ſubdelegauit, vel partẽ, & primo ca-
ſu an ſit res integra, vel non: & vide quod dixi s̃. §. ij. ad fi.
b Credimus, ¶ Verbum Innoc, qui dicebat ſe non legiſſe contra-
rium.
c Transferatur, ¶ Inducitur pro & contrà. ff. de arbitr. non diſtin-
guemus. §. cùm quidam.
d Speciali. ¶ Ibi ſcripſi in princ. iij. gloſſ. & ibi videas. Adde, vt per ip
ſum Alexan.

SVMMARIVM.

1 *Iuſta cauſa ſuſpicionis eo ipſo, quòd proponitur iudicis iuriſdictio eſt ſuſpenſa.*
Cognoſcere quis debeat de principali in caſu recuſationis.
2 *Ordinarius recuſatus poteſt de aſſenſu recuſatoris, & probata cauſa recuſatio nis, committere cauſam perſonæ neutri parti ſuſpectæ.*
3 *Recuſatus delegatus nullam habet iuriſdictionem.*
4 *Suſpectus dicitur iuriſdictionem habere, & eius proceſſus dicitur valere, ſi re cuſator nil opponat.*
5 *Delegatus recuſatus ſecundum canones, debet ſuperſedere, probata cauſa ſuſpi cionis.*
6 *Eligere an poſſit vna pars plures arbitros ad cognoſcendum de cauſa ſuſpicio-nis recuſati.*
7 *Conſulendus eſt ſuperior, vbi duo nolentes tertium conuocare, non poſſunt per iudicem concordari.*
8 *Arbitri malignãtes aliquo modo in tractatu, ſeu deliberatione, poſſunt repelli.*
9 *Arbitris diuerſas ferentibus ſententias, an ſtetur.*
10 *Arbitri ſi approbant caſum, quòd ad eos ſpectat, quid iuris.*
11 *Arbiter, qui non poteſt intereſſe, an poſſit conſocio vices ſuas committere.*
12 *Arbiter rei nolens procedere, vbi arbiter actoris vult, poteſt à iudice excom-municari.*
13 *Arbiter actoris, ſi non vult cum alio concordare, vel alius cum ipſo, cogendi ſunt per cenſuram eccleſiaſticam.*
14 *Negotium principale plus debito prorogari non debet.*
15 *Prorogari poteſt negotium plus debito, vbi reus pendente arbitrio vocatur co ram ordinario ſuper alia cauſa.*
16 *Reus eligens aliquem arbitrum peruerſum & litigioſum, de quo non eſt ſpes cõ cordiæ, an ſatisfaciat.*
17 *Recuſatione pendente, ſi alterutri parti poſſeſſio turbetur, iudex debet prohibe re.*
18 *Prouidere arbitris de expenſis quis debeat.*
19 *Recuſatus ſuper principali procedere poteſt, vbi partes non veniunt in termino ab arbitris ſtatuto.*
20 *Arbitri ſi primò diem & locum ad cognoſcendum ſtatuunt, demùm alter ne-gligit, & poſtea partes adinuicem remittunt, quid iuris.*
21 *Libellus an dari debeat coram arbitris non concordantibus.*
22 *Reconuentio, an fieri poſſit coram arbitris.*
23 *Laici quo caſu poſſint eſſe arbitri, & quo non.*
Excommunicatio, eſt mucro epiſcopalis.
Laico nunquam licuit anathema dare.
24 *Spectantia ad articulum cauſæ ſuſpicionis pertinent ad arbitros.*
25 *Arbiter actoris ſi excommunicat arbitrum rei, vel econtrà, an ſit excommuni-catio efficax.*
26 *Arbiter rei ſi excommunicet iudicem impedientem proceſſum, tenet excom-municatio.*
27 *Reus proponens iudicem eſſe ſuſpectum, & actorem tempore impetrationis eſ ſe excommunicatum, de quo prius cognoſci debeat.*
28 *Proponi non debet cauſa coram arbitris, quæ non ſit coram iudice propoſita, præterquam cauſa recuſationis.*
29 *Arbitri an poſſint die feriato procedere, & teſtes recipere.*
30 *Tres productiones teſtium, & totidem dilationes, an fieri poſſint coram arbitris*
31 *Arbiter nolens recipere arbitrium, eſt cogendus.*
32 *Delegatus ſtatuere poteſt terminum, intra quem omnes cauſæ ſuſpicionis pro-ponantur in cauſa recuſationis.*
33 *Recuſari qui poteſt ſi priuſquam recuſetur, cauſam alij committat, valet com-miſſio.*
34 *Recuſari an poſſit is, cui commiſſum eſt ab eo, qui legitimæ poterat recuſari, an tequam tamen fuerit recuſatus.*
35 *Si alicui competat recuſatio contra iudicem, & excommunicatio contra par-tem, quid iuris.*
36 *ex Tribus delegatis datis cum clauſula, Quòd ſi non omnes, &c. ſi vnus, vt ſu-ſpectus recuſatur, an cæteri de cauſa poſſint cognoſcere.*
37 *In notorijs non eſt locus recuſationi.*
Iudex poteſt in notorijs recuſari.

¶ Recuſationis effectus quis ſit, & quotuplex.

1 5. §. Effectus autem recuſatiõis multiplex eſt, & primò: † nam eo ipſo quòd iuſta cauſa ſuſpiciõis
proponitur, eius iuriſdictio eſt ſuſpenſa: vt dixi s̃. §. proxi. Item ſi
ſit iam probata, non debet recuſatus à modo in cauſa procedere,
ſed ſuperſedere. extra. de ap. ſecundò requiris. Quis ergo cognoſ
cet de principali? Super hoc dic, quòd aut recuſatur delegatus,
a aut ordinarius. Si delegatus[a], & cauſa non probetur vera, arbi-
ter remittet eam ad iudicem, qui eam terminabit: vt & iudex
appellationis facit, vt iam dicam. Si verò probetur vera, iu-
dex non ſe intromittet, cùm iam ſit pronunciatus ſuſpectus: ſed
ſi ipſe arbiter, qui de ſuſpicione cognouit, de cauſa cognoſcat,
tanquam delegatus ab eo, qui recuſatum delegauerit, in hoc ſuc
cedet in locum iudicis recuſati: vt extra. de appellationibus. cum
ſpeciali. ibi, ſciant quia ſe, & c. C. de iudic. apertiſſimi. & l. cum ſpe-
ciali. quæ loquuntur in delegat. & extra. de reſcriptis. diſpendia. §.
reus, ſicut etiam facit iudex appel. vt extra. de appel. vt debitus. in
fin. extra. de exceptio. dilecti. extra. de teſt. Raynutius. & c. Raynal
dus. Nam recuſatio & appellatio parificantur. extra. de app. ſuper
b eod. ij. & c. cum ſpeciali. Et hoc dicunt Roſ. & dom. meꝰ[b]. Alii au
tem ferè omnes, vt Vinc. Tanc. & Ioan. & Ber. dicunt, ꝙ ſm cano
c nes probata ſuſpicione, euaneſcit iuriſdictio delegati[c]. vnde ar-
bitri iſti de principali non cognoſcent: nec delegatus poteſt aliis
committere: nec partes cogere ad eligendum alios arbitros, qui
d de principali cognoſcant[d]: imò neceſſe eſt aliud de nouo impe-
trari reſcriptum: niſi aliquem concorditer elegerint. extra. de ap.
ſecundò requiris. quæ loquitur in deleg. licet aliud ſecundum le-
ges, ſecundum quas itur ad arbitrum, id eſt ſubdelegatum ſuper
2 principali, vt iam dixi. † ¶ Ordinarius autem recuſatus probata
cauſa ſuſpicionis poteſt de recuſatoris aſſenſu committere per-
ſonæ neutri parti ſuſpectæ cauſam: ſeu cogere partes ad eligen-
dum arbitros, quibus ipſe vices ſuas committat, ac deleget: & hi
tanquam delegati eius vice de principali cauſa cognoſcant, & nõ
arbitri: vel poteſt cauſam remittere ad ſuperiorem. extra. de app.
cum ſpeciali & c. ad hæc. el iij. c. cum te. de offic. deleg. extr. de fo.
compe. ſi quis ꝯ clericũ. ij. q. vj. placuit. xi. q. i. puenit. Nec ob. extr.
de fo. cõp. c. licet. in fi. vbi videtur, ꝙ non cõmittat: quia illud loca
le eſt: vel ibi fuerat ab arbitris appellatum: vel ibi partes voluerũt
ire ad

ADDITIONES.

a Si delegatus. ¶ Papæ: quia ſecus in delegato epiſcopi. de off. dele.
ſi contra vnum. in l. fin. lib. vj.
b Dominus meus. ¶ Fuit etiam Damaſi, vt ſcripſi de offi. deleg. ſuſ-
picionis. ſuper iii. gl. & non placet. vt ibi ſcripſi, & in Decre. ſecun
dò requiris.
c Delegati. ¶ Hoc fuit dictum Ioan. ii. quæſ. vi. ſi quis in quacũque.
quod hodie falſum eſt: quia non ſufficit ſuſpicionem eſſe proba-
tam, niſi pronunciatum ſit, vnde diſtingue tria tempora in pote-
ſtate ſubdelegandi: vt de offic. deleg. iudex. lib. vi.
d Cognoſcant. ¶ Dixit Tanc, in lib. eod. tit. in fin. quòd ſic ſeruabat
Bononia & tota Italia.

re ad arbitros: vel hoc non negatur ibi, sed dicitur quòd si fuerit appellandum, ad papam vel episcopum appelletur, secundum Vincen. Ratio diuersitatis est, quare aliud sit in delegato, & aliud
3 in ordina. †Quia delegatus recusatus nullam habet iurisdictionem: vnde non potest eam delegare. extra. de off. deleg. cùm super. in verbo, desierat. i. q. vii. Daybertum. & q. i. gratia. extra. de deci. dudum. & nemo cogitur ad arbitum ire, ff. de arb. l. iii. §. i. Ordinario autem id competit ratione ordinariæ potestatis vt in præ. c. si quis contra. Item hi, qui deputantur ab ordinario, potius sunt iudices, quàm arbitri: & iudicium redditur in inuitum. ff. de ver. ob.
a inter stipulantem. Gof. tñ à communi opinione recedens dixit [a], ꝙ tam delegatus quam ordinarius probata causa suspicionis, potest committere negocium principale de recusatoris assensu: eo. tit. in præ. c. cum speciali. quam intelligit communiter loqui & in ordinario, & delegato. Nec obstat præ. Decr. secũdò requiris. ibi: supersedere tenetur. Nam illud verum est vt cognoscat, non autem vt nõ committat: vt C. de iudi. l. apertissimi. quia expresse loquitur in delegato. Item secundum eum non obstat præ. Decre. ad hoc. & infra: quia quod ibi dicitur in fi. quæstionem intelligit, scilicet, principalem: licet alii intelligant, scilicet suspicionis. Sed salua reuerentia tanti doctoris, l. apertissimi. l. cũ speciali. eod. tit. non dicunt, ꝙ delegatus possit committere, vel partes ad eligendum cogere: imò ad ordinarium loci spectat, eas ad hoc cogere: vt ibi. Item Decre. cũ speciali. & Decre. ad hoc. & similes, loquuntur in ordinario: Decre. autem, secundò requiris. in delegato. Vnde ad saluandas prædictas opiniones dico, quòd ordinarius recusatus de partium, non dico de recusatoris tantùm consensu, de-
b bet causam committere [b]: vt in præ. c. cũ speciali. & ext. de off. de deleg. super quæstionum. §. i. ibi: dummodo de partium, & c. & §. verũ. Sed si partes non concordant, ipse, vel eius executor coget eas aliquos eligere, quibus ipse causam committat: vel ipse per se aliquibus neutri parti suspectis committat: vt in concordantiis inductis s. versi. ordinarius autem. Vel, si malit, remittat causam ad superiorem. Sua enim est in hoc optio, vt in præ. c. cum speciali. Et secundum hunc intellectum est litera illius Decr. cum speciali exponenda: vt illa clausula, de recusatoris assensu, determinet primam partem disiunctæ tantùm. vt & ibi no. Licet Goff. hanc optionem det recusatori, dicens, ꝙ principale non committitur sine recusatoris assensu: & si non consentiat recusator, recusatus remittit negotium ad superiorem: quia secũdum eum, licet olim eligerentur arbitri, qui de principali cognoscerent: vt in præd. c. si quis contra. & c. peruenit. & hoc insistente iudice recusato: vt in præd. c. ad hoc. Hodie tamen eliguntur solùm, vt cognoscant de causa suspicionis: vt in præ. c. cũ speciali. in principio. Sed hoc mihi non placet: vnde dic vt iam dixi. Delegatus autem nihil potest partibus inuitis, vel non consentientibus. & sic intelligitur dictum Gof. quod est s. ver. Gof. tamen. vt tunc intelligatur quasi compromissarius in hoc, vel saltem intelligatur eius iurisdictio prorogata de persona eius ad personam alterius, extra. de off. deleg. c. P. & G. ¶Si opponas, Iurisdictio, quæ non est, non põt prorogari: vt extr. de off. deleg. de causis. & ff. de præcar. l. sed si manē
4 te. Ad hoc resp. † quòd imò suspect⁹ habet iurisdictionem: licet fiat inefficax, probata causa suspicionis: & si recusator nil opponeret, valeret eius processus. arg. ext. de re iudica. inter monasteriũ. ff. de ritu nupt. non solùm. §. de vno. ver. sed quid si is. & versi. sed quis coget. Dictum autem Roff. & do. mei, scilicet quòd probata causa suspicionis, iidem arbitri cognoscent de causa principali: licet secundum canones non sit necessitas: tamē potest secundum leges defendi: secundum quas non est necesse probari causam suspicionis: vt dixi s. §. proxi. ergo oportet coram eis causam princi
5 palē probari. †¶ Verũ licet secundũ canones delegatus recusat⁹ in totum debeat supersedere, probata causa suspicionis: tamen secundum leges videtur, ꝙ ipse exequetur, quæ ab electis arbitris fuerint iudicata: nisi ab eis fuerit appellatum. C. de iud. l. apertissimi. & l. fin. quod tamen non posset, si ipse pronunciasset. ff. de re iu. l. à diuo. licet secundum canones delegatus à principe suā sententiam exequatur. extra. de off. deleg. quærenti. & c. pastoralis. §. postulasti. De hac materia dixi j. in titu. de excep. §. viso quando.
6 ver. his ergo omis. & seq. †¶Sed nunquid vna pars potest duos, vel tres arbitros ad cognoscendum de causa suspicionis eligere? Non videtur, quia Decr. cum speciali videtur, dicere, ꝙ quælibet pars eligat vnum, & post communiter tertium: vel etiam iudex vnum, & pars alium, vbi proceditur ex officio: & quia quanto plures erunt, tanto facilius dissentient. ff. de arb. si vnus. §. fin. & ar. de consec. dist. iiii. sicut in sacramentis. extra. de concess. præb. quia diuersitatem. & sufficit sic scriptum esse, vj. q. iii. scriptum. ff. qui, & à
c qui. ma. lib. non fi. prospexit. Dic quòd [c]. Possunt etiam partes in vnum consentire siue delegatus, siue ordinarius recuset. & quod
d ibi dicitur, exempli gratia ponitur. & est aliàs simile [d]. extr. de ele. quia propter, ibi: eligant tres, & c. ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus in fi. Quid si arbitri electi non possunt concordare? Resp. aduocent
7 tertium eod. tit. suspicionis. †¶ Item quid si duo nolunt tertium conuocare, nec possunt per iudicem concordare? Dicunt quidā, consulendũ superiorem. ext. qui fil. sint le. per venerabilem. Gul.
e Na. dixit, quòd episcopus vel alius iudex loci [e], dabit tertium. xj. q. i. quicunque. C. de iudic. cùm specialis. in Auth. de sanctissimis episc. §. si quis litigantium. ff. de adm. tuto. l. iij. §. fi. Tu dic quòd iudex statuet eis competentem terminum, intra quem concordēt: & nisi fecerint, ipse in causa procedet, extra. de appella. legitima. lib. vj. & c. cum speciali. extr. de off. or. significauit. extr. qui fil. sint
f le. lator [f]. Dic vt j. ver. sed quid si arbiter. †¶ Quid si malignantur
8 arbitri aliquo modo in tractatu, seu deliberatione? Dicit Vincen. ꝙ iudex vrgeat litigatores, alios eligere auctoritate illius constitutionis, cum speciali. & illi similiter habebunt iurisdict. authoritate eiusdem constitutionis. vbi de hoc ipse nor. vel cogat eos cõcordare: vt in c. suspicionis. vbi hoc nota. & arg. extra. de rescr. pastoralis. & vi. q. iiii c. i. ii. & iii. & si nondum sint admissi, non admit
9 tat eos. vt j. ver. quid si reus eligat. tudic vt s. ver. proxi. †¶ Quid si arbitri diuersas ferunt sententias? Dic ꝙ neutra valet. ff. de arbi. l. diem. §. si plures. & extra. de re iudi. cap. fi. & iudex in causa procedat: vel habebitur recursus ad superiorem si ordinari⁹ fuerit recusatus, vel ad primum delegantem. cùm delegatus recusatur, & isti sunt delega. ff. de re iudic. duo. secundum Gul. Na. & Vinc. Tu dic
g hoc verum esse [g], si super principali diuersas ferunt sententias: secus si super causa suspicionis: quia tunc non habebitur recursus ad superiorum, vt parcatur partium laboribus & expensis. extra. de offic. deleg. cum te. sed cogatur eligere tertium, vel alios: vt s.
10 versi. proxi. †Quid si approbant casum, quod ad eos spectat, vt dixi. §. proximo, sed non concordant in termino, intra quem debeat probari? Dic ꝙ iudex assignabit eis terminum, intra quē concordent: vel tertium aduocent: vt in præd. capi. legitima. Quid si terminus à iudice præfixus dicatur minus competens, vel de hoc sit du-
h bium. & quæstio inter iudicem & arbitros? Ber. dicit [h] standum arbitrio iudicis: vt in præd. cap. suspicionis. & de verbor. significat. cùm olim. in fin. Sed timeo, quòd prouocatus obesset. Vnde dico recurrendum ad ordinarium loci. C. de iudi. l. fin. vel ad dioecesanum. arg. In Authen. vt dif. iu. §. si verò contingit. colum. ix. C. de
11 episc. aud episcopale. & dixi s. versic. item quid si duo. †¶ Sed nũ quid arbiter, qui non potest interesse, potest consocio vices suas committere

ADDITIONES.

a Dixit. ¶De appel. secundò requiris. & in Summa eod. tit. §. item finitur. Adde ad hoc videndum Pau. de Cast. in l. apertissimi. C. de indi.
b Committere. ¶Nimis animose loquitur: cum etiam ex his quæ subddit, appareat, quòd de neutrius partis assensu comittit saluo iure recusationis. Item per præ. Decre. iudex. patet in delegato iā recusato sufficere consensum recusatoris, saluo etiam iure prædicto: ante pronunciationem tamen non possunt. Adde versicu. sequenti, an valeat processus iudicis recusati. Ro. plenè eius consil. cccxx. Pau. de Cast. cons. ccccxxxviij. iij. lib. Old. cons. cxlvij. & episcopum Alex. plenè in c. cum speciali. de app. an tabelliones consultores possint recusari, & ex qua causa, vide Anch. consil. cclvj. & Cald. cons. vii.
c Potest. ¶Hic puncta: aliàs deficeret solutio quæstionis, quę tamē non placet: nec video quare sit recedendum à verbis tex. in hoc casu. Si ergo conuenire volunt, assumant communiter vnum vel plures, prout placet, vt sequitur, alias quælibet pars vnum tantũ, vt dicit litera. Facit Decre. præ. de elect. lib. vj. per quam tamen dico. quòd possem plures nominare vel eligere ad finem, vt ille solus, qui acceptaret, vel qui gratior esset iudici, vel parti cognosceret. Ad materiam facit quod not. de cle. ægro. pastoralis. in gl. hāc literam. & quod scripsi de off. del. cum te. in prin.
d Simile. ¶Ponendo, quòd in scrutatoribus numerus trium nõ sit de substantia.
e Loci. ¶In Decretal. suspicionis. dicebat de ipso iudice, qui recusatur.
f Lator. ¶Per quam Decr. idem dixerat ipse Gul. Na.
g Esse. ¶ Sup. deleg. dati ad causam principalem non enim intendit seq. opin. Hostien. Adde quòd Abb. Sic. in c. suspicionis impugnat opin. Spec. quod tamen dicit notādum propter eius authoritatem: & quia fundatur super magna æquitate: & pro hoc dici posset, quòd si ex forma statuti debēt eligi arbitri: quòd si discordarent in sententia possunt compelli ad eligendum tertium.
h Dicit. ¶In Dec. legitima. cuius dictum, quia non placebat, omisi. sed ibi j. nor. suppleui. super glo. quòd si. in fi. quæ glo. tenet hoc casu appellandum. & per quem, vide super ca. sequens autem dictum fuit Host. vt ibi patet.

a committere [a]? Respon. sic, argu. extra. de off. deleg. super quæstionum. vnde Gul. Na. dicit, quòd cùm in quadam causa duo arbitri forent ad cognoscendum de causa suspicionis electi, nec vellent procedere, imò excommunicationem patiebantur: papa mandauit cuidam iudici, quòd illos vocaret, & faceret quòd illi vices suas committerent alicui personę neutri parti suspectæ. Sed ad hoc responderi potest, quòd hoc fecerunt non ex sua potestate, sed
b ex vi apostolici mandati. Innoc. papa tamen videtur innuere [b], quòd ipsi non habent iurisdictionem, licet possint terminos assi-
c gnare, & probationes recipere [c], de mandato papæ. vt extra. de appellationibus, cum speciali. Si igitur non habent, eam committere non possunt: vt suprà, versiculo, ratio autem. ¶Quid si ar-
d bitri sunt excommunicati [d], & sic non possunt procedere? Dic ꝙ per iudicem absoluentur. extr. de off. delega. prudentiam. §. sexta.
32 † ¶Quid si arbitro actoris volēte procedere, arbiter rei non vult? dixit Columbus, quòd iudex eum excommunicabit, nisi proce-
e dat. extr. de app. legitima. lib. vj. & de testib. constitutus [e]. & c. tam literis. Nam & potest omnes impedientes suam iurisdictionem excommunicare. extr. de offi. deleg. c. j. & c. ex literis. extra. de pœnis. Romana lib. vj. & suam iurisdict. pœnali iudicio defendere: vt ff. eius, cui mand. est iurisdict. l. vnica. Quid ergo si non vult cogere testes, imò impedit arbitrum actoris id agere? dic quòd iudex eum excommunicabit tanquam impedientem suam iurisd. vt iā dictum est. Vel dic hic, & in quæstione precedenti, ꝙ ipse non excommunicabit, cùm in omnibus sit suspectus: vt in consti. suspi-
33 cionis. Sed nisi in termino præfixo eam probet, ipse ꝓcedet. † ¶ Sed quid si actoris arbiter non vult cum alio concordare, imò sustinet excommunicationem, vt sic elapso termino eis à iudice recusato præfixo, vt ŝ. versic. prox. ad fi. procedat ipse iudex in negotio principali? Dic quòd si nolunt conuenire nedum ad sententiandum, sed nec ad cognoscendum de articulo recusationis, cogendi sunt per censuram ecclesiasticam intra certum terminum conuenire: vt ŝ. ver. proxi. Quòd si nec sic curauerint: dicit Aegi-
f dius [f], quòd crescente eorum contumacia, crescat & pœna: vt iudex priuet eos beneficiis. quod non placet, cùm hoc ad eum non spectet, sed alias sententiam grauet, vel alios non suspectos eligere cogat. Hodie super hoc sic prouisum est, quia sæpe arbitri odio, vel fauore nolunt in vnam sententiam, vel in tertium arbitrum conuocandum conuenire, sed potius excomunicationem patiuntur: vt nisi intra mensem à tempore suspicionis obiectæ ꝯputandum arbitri electi non fuerint, & quæstionem ipsam terminauerint: iudex tunc in causa ipsa procedet, obiectione huiusmodi non obstāte: nisi per eum, vel per partem ei in hoc consentiendi non obstiterit, quominus intra id tempus quęstio huiusmodi fuerit
g terminata: vt in Decr. Alex. iiij. de off. deleg. probandæ [g]. Sed nunquid reus habebit inducias pro arbitro eligendo, & expectando, si remotus est. quem elegit Arg. quòd sic, extra. vt lite nō contest c. j. Sed hoc relinquo arbitrio iudicis, cùm non sit iure cautum. extra. de offi. deleg. de causis. de accusat. c. super his. extra. vt lite non
34 contest. quoniam. † ¶ Quid si reus valde remotum vult eligere puta vltra duas dietas extra suam diœcesim: vt extr. de rescrip. nō
h nulli, Respon. non admittat [h]: quia sic negotium prorogaretur: quod esset contra mentem illius constitutionis suspicionis, quæ dicit, ne principale negotium plus debito prorogetur. & ideo est vitandum. x. dist. vide. j. q. j. Marcion. xxxviij. dist. sedulo. C. de legi. non dubium. Et præterea expressum est, quòd non sint valde remoti. extra. de appel. secundo. imò iudex ab eo exigat iuramentū
35 de malitia: vt j. vers. quid si arbiter. † ¶ Quid si pendente arbitrio reus vocatur coram ordinario super alia causa: & sic arbitri nequeunt procedere sine parte: vt extr. de in integ. rest. tum ex literis. in fin. de causa poss. & proprie. c. j. de app. sæpe. nec ipse tenetur mittere procuratorē, maximè si causa sit ardua: vt extra. de proc. querelam? Respon. dico eum expectandum, licet negotium plus debito prorogetur, cōtra constitutionem, suspicionis. arg. ff. si quis cau. l. ij. & l. iij. ff. ex qui. cau ma. in inte. ff. de re iud. contra pupillū. §. is qui. xviij. dist. c. si episcopus. de offi. deleg. pastoralis prope fi. Hæc enim est satis iusta causa. extra. vt lite non conte. quoniam.
i dum tamen non fiat malitiosè, vt in præd. c. pastoralis [i]. & idem puto in actore vocato. Sed quid si alter arbitrorum infirmatur, & sic negotium plus debito prorogatur? Distingue: quia aut est perpetua infirmitas, aut temporalis: vt extra. de renuncia. c. j. iij. q. ix. indicas. de rescr. sciscitatus. Sed quid si moritur? Rñ. pars illa eligat alium, vt sic procedāt. arg. extr. de off. dele. quoniam abbas. Nam superstes solus non potest procedere. e. tit. vno. & de testa. Raynutius. in prin. Quid si ab eis appelletur? Dic ꝙ ad papam appellabi-
k tur, vt no. in præd. c. suspicionis [k]. † ¶ Quid si reus eligit aliquem
36 puersum & litigiosum, de quo non est spes. ꝙ debeat concordare? Dic quòd non admittet eum iudex: argum. extra. de syndico. capit. vno. xlvj. di. extra. de elect. venerabilem. §. j. versi. nunquid, xxiiij. q. 1. alienus. de consec. distin. ij. qui discordat, imò exigat iu-
17 ramentum de malitia, vt infrà, versicu. quid si arbiter. † ¶ Quid
l si recusatione pendente alterutri parti possessio turbatur? Dic [l] ꝙ iudex hoc prohibebit. arg. extra. de appella. cùm teneamur. ff. ne vis fiat ei, q missi est in pos. l. j. xvj. q. iiij. volumus. extr. de simo. querelam. Nam pendente causa suspicionis, bene retinet iurisdictionem. viij. q. iiii. nónne. ext. de accu. olim. in prin. xv. q. vlt. c. fi. & ar. præ. Decr. suspicionis. & c. legitima. arg. ext. de app. Romana. §. in
m alium [m]. † ¶ Sed quis prouidebit arbitris in expensis? Videtur ꝙ
18 propriis expensis hoc faciēt. Cùm enim cogi possunt arbitrium suscipere: vt C. de iudic. apertissimi. & l. fi. ergo si quid receperint, vt concussores tenentur restituere. j. q. j. concussiones. xxiij. q. j. militare. ad fin. xviii. dist. de eulogiis. Dic quòd non coguntur suis stipendiis militare. xii. q. ii. charitatem. xiii. q. ii. c. i. extra. de præs. c. cùm ex officii. Nec obstat præmissa obiectio: quia & testis cogitur: vt extr. de testi. co. per totum. & tamen ei in expensis à producente prouidetur. iiij. q. iij. c. si testes. §. venturis. & xiiij. q. v. non sanè. sic & hic eis à parte eligente prouidebitur. arg. extra. de offic. ordinarii. inter cætera. vt not. extra. de rescript. stipendia. in fi. & de vi. & ho. cler. cùm ab omni. Sunt enim delegati, vt extra. de ap.
n cum speciali. ibi: sciant quia se, &c. [n] & C. de iudiciis. l. fin. vt extr. de off. deleg. cùm R. Et ab eis appellatur ad papam: vt ibi. & no. in
o prædi. c. suspicionis. licet quidam dixerunt eos ordinarios [o], eo quòd à lege recipiunt iurisdictionem. ff. de iur. om. iud. Et quia fi-
19 unt per electionem, xciij. dist. legimus. quod falsum est. † ¶ Sed pone, quòd partes non veniūt in termino ab arbitris statuto? Dicunt quidam, quòd recusatus immediatè super principali procedet. argu. extra. de prèsump. nullus. & quòd statim resumet iurisd. sicut in aliis arbitris. fit. ff. de arb. & l. si cum dies. §. pen. & l. non ex
p omnibus. C. eod. l. ii. Mihi vř [p] ꝙ non procedet, donec totus terminus

ADDITIONES.

a Committere. ¶Tene, quòd non potest committere: sicut nec alius arbiter. ŝ. de arbitris. §. differt. ver. item non potest. ij. cum nec sit ordinarius, nec delegatus datus à principe: & dato quod committere posset, non tamen deberet committere socio ab altera parte electo. de quo vide ŝ. tit. j. §. sequitur. in prin.

b Innuere. ¶Decr. suspicionis. non tamen id asserit, sed dicit quosdam id dicere: & ideo id ibi ponere non curaui.

c Recipere. ¶Sup. & alia facere quæ possunt puri arbitri, nec Dec. cum speciali. dicit eos delegatos, sed ex mādato papæ ad quoddā teneri, quod non facit eos iurisdictionem habere. facit ŝ. de resc. cùm contingat. sic recitat Innoc. vbi ŝ.

d Excommunicati. ¶Non intelligas, quòd in excommunicatum possit compromitti, cum etiam voluntarius arbiter talis esse non possit. vt ŝ. de arbi. §. differt. versic. item secundum eum. item non putes, ꝙ arbitrum excommunicatū propter aliam causam recusatus possit absoluere. & §. vj. loquitur in actore, qui nisi absoluatur impeditur processus: quare facta prius remissione ad excommunicatorem, delegatus absoluit: sed hic alius potest assumi, & sic nō impeditur processus. Gul. ergo Na. formabat quęstionem in arbitris propter contumaciam excommunicatis à recusato: dicens ꝙ illos absoluit, & dabit tertium, vel assignabit terminum: vt ŝ. ver. quid si duo. Adde, an excommunicatus possit esse arbiter an arbitrator, Alex. in l. si quis arbitratu. ff. de verb. oblig.

e Constitutus. ¶Id est, per hanc decreta. dixit Gul. Na. vbi ŝ. ꝙ si arbiter excōmunicationem contemnit, iudex reum, de quo præsumitur quòd sit in causa, excommunicare poterit.

f Aegidius. ¶In libel. suo, rubrica xxvi.

g Probandæ. ¶Quam non habemus in vi. & sic reuocata est: vt in eius proœmio contra malitiam rei valebat hæc prouisio: sed nō cōtra malitiam actoris, de qua iste versi. loquitur. Idem dico de ꝓuisione illius Decr. legitima. Sed dic vt ibi in vlt. glo. & super illa gl. exquiro constitutionem contra aliam fraudem, scilicet qñ ab arbitris appellatur ad papā, & arbiter appellanti defert. ibi videas.

h Non admittat. ¶Ipse iudex.

i Pastoralis. ¶Facit cle. de pœnis. multorū. versi. illis.

k Suspicionis. ¶Et est casus de offic. dele. ab arbitris. lib. vi.

l Dic. ¶Secundum G. N. vbi ŝ.

m In alium, ¶Superior solutio procedit in ordinario simpliciter, & in delegato, si possessio turbatur ꝑ partem, siue turbetur recusanti: quòd est communius: siue per recusantem, puta qui conueniebatur vti possidetis. Si verò turbatur per tertium; tunc delegatus se non intromittit, vt in contrario.

n Quia se, &c. ¶Vide quod dixi suprà ver. sed nunquid arbiter.

o Ordinarios, ¶Gl. pen. in Decret. suspicionis. dicit eos quasi ordinarios.

p Videtur. ¶Et Innoc. sic visum est, vt scripsi in Decre. suspicionis. super vlt. glo.

minus arbitris ad cognoscendum de causa suspicionis statutus ef-
a fluxerit: vt in c. suspiciõis. & in c. legitima a. † ¶ Sed pone quòd ar-
20 bitri statuũt diẽ & locum ad cognoscendum super exceptioni-
bus propositis: sed arbitro actoris veniente, arbiter rei venire nõ
curat: demùm arbitri remittunt partes ad iudicẽ, qa nihil ꝓbatur:
nunquid actor petet expensas factas propter aduersarij malitiam?
Respondeo, sic: extr. de dolo & contuma. actor. lib. vj. ff. de iudic.
is. cum quem. & habetur ex his quæ nota. de dolo & contuma.
b finem b. Quid si non concordant de notario habẽdo? Dic quòd
c iudex dabit eis non suspectum c. arg. ext. de app. cum speciali. & de
off. delega. cùm R. extr. de foro compe. si quis cõtra. extr. de offi.
21 iudic. c. j. ff. de of. procõ. nec quicquam. §. fin. † ¶ Sed nunquid co
rã eis dabitur libellus, & fiet litis contesta. & alia? Dic quòd sic: vt
patet in his, quæ not. extr. de off. deleg. prudentiam. §. sexta. Sicut
fit etiam in causa appel. vt not. ĩ. de li. concep. §. nunc dicendum.
ad fi. §. ver. sed nunquid. Quia hæc duo pariter ambulant. extr. de
appell. super eo. ij. Quod etiam patet: quia hinc producuntur te-
12 est iure cautũ [g] & est ratio, quare datur mulieri,& non masculo
g quia magis in ea ardet stimulus carnis:& magis opprobriosum ē
h amicis [h],si mulier fornicetur,quam si masculus.licet sit aliàs pariter in delicto: vt xxxij.q.vj. per totum.Præterea sexus muliebris magis fragilis,& debilior est,in concordan.quæ sunt infrà de ,p
13 curat.§.j.vers.regulariter.ibi,xxxv.†¶Item quòd est excommu
i nicatus[i].& hoc in quacunque parte litis.ext.de exceptionib. exceptionem & c.à nobis.& c.cum inter.in fin.ext.de offic.delega. prudentiam.§.sexta.xxiiij.q.j.audiuimus.C.de sacrosan.eccle.placet.& de episcop.& cleric.Authen.sed & quæcunq;. & in Auth. de sanctis.episc.§.nulli.collatio.ix.& in authen.col.viij.de priuileg.dotium hæreti.mul.non præstan.licet possit appellare,& appellationem prosequi.& super ea impetrare.extr.de excep.c.fin.
k & c.dilecti.& c.dilectæ.& c.seq.vbi de hoc secundum papam[k].Idem etiam est in reo,qui reconuenire nõ potest. e.ti. cũ inter.in fi.extr.iudicium autem dicunt quidam,quòd non potest excommunicatus appellare: appellationem tamen ante excommunicationem interpositam prosequi potest: de quo & an in negotiis potest contradicere,& restitutionem petere,no.in præ.c.cùm
k inter.secundum papam [k].Sanè reo necessariò excõicato, omnis legitima defensio in iudicio reseruatur:vt ext.de iudiciis, intelleximus.& etiam in casu voluntario:puta,si canonicus alicuius ecclesiæ voluntariè se opponit ei,qui est electus in prælatum ecclesiæ suæ,pendente confirmatione electionis.Licet enim sit excõicatus,admittetur tamen ad defensionem ecclesiæ,ad quam tenetur, propter quod necessariò admittitur. Si verò pro re propria,
l vel pro suo interesse,nõ admittetur: & sic curia hodie seruat[l]. Vtrum hęc exceptio in audientia admittatur contra impetrantem not.ĵ.de rescrip.præsentata. §.ratione formæ. versi. sed quid si cõtra.Quid de minori excommunicatione? Resp. illa non repellit ab agendo.ext.de cle.exc.mi.c.fi.3.quę.iiij.Angeltrudam.nisi aliquis participet alij in crimine,vel ei,qui excõicatus fuit cũ parti-
m cipib.[m]ext.đ sen.exc.nu.p.& c.qđ ĩ dubiis.& c.si ɔcubinæ.Et iũge hic quod est ĵ.de exceptio.§. nunc videndum. versi. porrò, & §.
14 visum.versic.& quoniam.†¶ Item quod est [n] deportatus, qui
n non agit.nec cõuenitur suo nomine: sed fiscus qui in eius bonis succedit.ff.de fideiusso.si debitor.ff.de nouat.quoties. C.de bon. dã.si quis post.Idem est in quolibet,qui amisit ciuitatem.ff.de capit.dim.l.j.licet hodie bona damnatorum non publicentur.C.de bon.dam.auth.bona,conuenitur tamen,si deliquit:vt ĵ.titu.proxi. §. item seruus.& sequen.Item quòd spoliauit reum aliqua re: vnde non respondebit,nisi restituatur,& hoc siue causa sit ciuilis siue criminalis. quòd dic vt extr.de restit.spol.frequens.lib. vj. & c.conquerente.eodem ti. ext.in ant.iij.quæst.j.redintegranda.& per tot.& ij.q.ij.per tot.ext.de or.cog. c.ij.C.de rei ven.ordinarij.
o C.de appel.l.j.C.de do.inter virum & vxo. si maritus [o]. Itē quòd
p est apostata.secundum Ioan.de Deo [p].4.q.j.c.j.& ij.& iij.q.4.ca.j. & ij.ij.q.vij.alieni.Præmissa iura loquuntur in causa criminali.Idē
q tamen in causa ciuili cùm sit infamis [q],vt vj.q.j.infames.& ĵ. ver.
15 proxi. † ¶ Item ꝙ est infamis qui non potest agere, secundum quosdam.iij.q.v.constituimus.ext.de testi. licet.ext.de exces.pla. inter dilectos.C.de infa.l.vnic.lib.x.vj.q.j. infames.& ij.q.j.prohibentur.C.qui accus.non pos.criminis.Et pręmissa iura loquũtur
r in causa criminali.Idē tamē videtur in ciuili,3.q.4.c.penul.Roff.[r] dicit ꝙ agere potest.ex quo non est separatus à communione fidelium.extr.de ele.excõi.ca.fi.Qui aũt sint infames, in Reptorio
16 nostro plenè poteris reperire.Et an possint accusari, dicam ĵ. in
s ti.de accusatore.ver.item ꝙ est infamis. † ¶ Item ꝙ est piurus [s], qui non

ADDITIONES.

a Claudicare.¶ Vt de exce.cũ inter.Sup.& sic primo dicto standũ est.Posset tamen dici reũ.si maliciosè distulit,cõdemnandum in expēsis,vt de excep.exceptionē. hoc verũ si dicat processum nõ tenere,vt ibi no.in gl.etiã si hoc dico:quia aliquibus videtur,& si liquidũ est ,p actore bene gestum,vt quia publicatæ sunt attestationes:& tũc non repellitur & tenet ,pcessus,& ex eo fertur sententia pro minore,secundum do.meum Mar.Sili.in prædi.l. non eo minus.alleg.no.e.tit.neque.& l.ita demum. Aut non est liquidum,& tunc repelletur:& processus est nullus. Sed Iac.de Ra.ēt primo casu dicit eum repellendũ,sed tenet processus, & instabit vt cũ curatoris autoritate ex primis actis feratur sententia.argu. ff.de rescin.vend.si id quod.§.j.secuudũ quod locus non esset ɔdemnationi expensarum.& vide Cy.in prædi.l.non eo minus.Vbert.de Bo.extra.volumen.per eandem l.si id quod.tenet idē qđ Iac.dicens esse in optione minoris,desistere à lite tota,aut illã cũ curatoris auctoritate finire.Allegat etiam ff.de act.emp.l.Iulian* aliàs incipit,inter eum.§.si quis colludente.Nec dicatur,secundũ eum,quòd leges illę loquantur in contractu.& hîc tractamus de iudicio:qa & in iudicio cõtrahitur.ff.de pecu.licet.§.idem scribit. Adde quòd gesta per minorem,in cuius fauore teneant,sine curatoris auctoritate,tenēt cõiter docto.in d.l.nõ eo minus.& Bar. in l.si tutor ff.in qui.cau.in integ.re.non est necess.

b Ignoret.¶ De quo ĵ.e.ver.sed quid si præsente.& versi.seq.

c Casibus.¶ Dic vt de iud.c.vlti.lib.vj.

d Pro aliis.¶Dixit Roff.vbi suprà,gaudeat qui furioso negotia sua curanda committit.

e Interdicta.¶ Contrà habent à iure curatores legitimos, scilicet, agnatos.ff.de mino.l.pater.Insti.de cu.§. furiosi. dicit Rom. licet tales habeant,nõ est per inde talis eis administratio ĩterdicta.Ad de dicendum de hoc,vt l.is cui bonis.ff.de ver.oblig.

f Mulieri.¶ De muliere religiosa dic,vt de iud.c.ij.lib.vj.

g Cautum.¶ Rof.dixit me legisse,& non memini.

h Amicis.¶ Rof.dixit generi,& melius,

i Excommunicatus.¶ Qui separatus est à corpore Christi,& à cõmunione fidelium:secus si à primo separatus esset per peccatum mortale.etiam si sit infamis:sed non à secundo sic.sed de isto ver sic,& seq.expediebat Ro. Adde Feder.consil.cxvj.vbi dicit,quòd nec suam iniuriam prosequi potest.

k Papam. ¶ Vide quod ibi post eum & Hosti.dixit in gl.not.quòd

k Papam. ¶ Vide quod ibi post eum & Hosti. scripsi in gloss. dixit hoc Inno.

l Seruat.¶ De hoc scripsi post prædictos in decr.dilecti.de excep. in gl.fortè agendo. Adde,quod hoc sequitur Abb.in d.c.dilecti.

m Participibus.¶ Soluo quod habes de sen.exc.c.statuimus. lib.vj.

n Quod est.¶ Iste etiam ver.fuit Rof.ad fi.ti.

o Maritus.¶ Hanc legē solam ad,hoc allegauit Vber.de Bonacur. sed Vber.pd.allegabat omnes tres,quæ competunt,cùm obiicit spoliatio facta ab actore,maximè qñ super eadem re:sed ipse Vber.dicebat iure ciuili non haberi de ista exceptione spoliationis acta,saltem à tertiò.Inducebat tamen prouerbium, quod homo deprædatus litigare non potest.

p Io.de Deo.¶ lib.ij.in prin.

q Infamis. ¶ Et est excommunicatus in casu decr.secundæ,ne cle. vel mo.lib.vj.

r Roff.¶ Vide s.ver.item quod est excommunicatus.

s Periurus.¶ Non bene conueniunt proposito casus vel exceptiones:q licet dent victoriam cāæ,non tamen repellunt agentē.& multas tales submittit. De ista verò & seq.in quantũ de iuramento loquuntur,& de ver.ĵ.item quod iurauit,vide ĵ,de excep.§.dicto.ver.sed quæro.& versi.seq.cum sua remissione.

qui non potest agere nec habere rem quam petit, xxij.qu.v.par-
uuli.vbi de hoc extra.de iureiur.querelam.extr.de fideiusso.c.ij.
in fi.extra.de except.dilecti.C.de transact.si quis maior. Itē quòd
rem quam petit, renunciauit vel abiurauit.extr.de rescript.ex par
te j.Item quòd non appellauit intra decennium.extra.de elect.cū
dilecti.& de app.Romana.§.j.lib.vj.Item quòd non est appellatio
nem prosecutus intra terminum competentem.ext.de appellat.
cùm sit Romana.& cap.personas.Item quòd pactum vel conces
sio ex qua agit fuit personale,& non reale,vt extra.de transact.ve
niens.& ff.de pact.in persona.& l.contra iuris.§.si filius.extr.de in
stit.cùm venissent.de præ.c.nisi.in fi.de deci.ex multiplici.vel cō-
tinet speciem simoniæ.extr.de transact.constitutus.j.q.ij.q̄ pio.
¶Item excipitur, ꝙ patrocinatus fuit alii petenti rem quam ipse
nunc petit.extr.de transac.ex literis. Item quòd non recuperabit
rem,nisi restituat quod bono animo à colono in causa est expen
sum.extr.de in integr.restit.c.j.Item nemo cogitur inuitus agere.
a C.vt nemo inui.agere vel accus.co.l.nemo [a]. Item quòd non de-
dit libellum:vnde respondebitur ei,extr.de libel.obl.c.j.iij.q.iij.c.
induciæ.§.offeratur.quod dic vt j.de libel.conce.§.vtrū.Item ꝙ
non dedit sufficientem cautionem de lite prosequenda, vel pœ-
na soluenda,si succumbat,vt C.de epi.& cle.auth. generaliter. &
C.de li.conte.auth.libellum.quæ sunt.iij.q.iij. & C. de dila.auth.
quod fieri.Sed hoc de consuetudine non seruatur. quod dic vt j.
de satisd.§.j. Item ꝙ per se non proponit factum: quod tamen fa-
cere debet.extr.de iudi.pastoralis. Sed quid si sit vniuersitas quæ
per se non agit,quomodo narrabit?De hoc ibidem,secundum pa
b pam [b]. Item quòd propter viri maleficium vxor non debet puni-
c ri,extra.de pign.ex literis [c].Item quòd iurauit nō accusare, vel nō
agere,vel non conuenire.extra.de accusat.veniens.extra.de resc.
ex parte j.Item conuentus de dolo excipit cōtra actorem,ꝙ alter
similiter qui tenebatur,soluerit:nam vno soluente,cæteri liberā-
tur.ff.de dolo.si plures.in auth.vt spon.lar.§.rursus. ¶Itē ꝙ actor
17 non seruauit fidē:vnde nec ipse seruare tenetur:iuxta illud,†Frā
genti fidem,fides frangatur eidem.extr.de iureiur.peruenit.ij. C.
de pac.cum proponas.Item ꝙ est seruus qui nō potest pro se,vel
d pro alio agere [d] in ciuili, vel criminali causa, nisi in specialib.casi-
bus,qui habentur C.de iudic.seruus.C.de praeci.Impe.offe.l.j.C.
e de quæst.l.j.C.si per vim,vel alio modo poss.tur.fu.l.j.[e]C. vbi cau
f sæ fisc.l.fi.ff.de iudi. vix certis. vbi de hoc[f]. ff. de re.iur. q̄d attinet.
g Conueniri tñ pñt ciuiliter,& criminaliter accusari.gl.Iul.de vi pri
ua.& in eius accusatiōe seruāt̄ q̄ ī accusatiōe liberi seruāt̄ ff.de ac
cu.l.hos.§.si seruus.& §.omnibus.Interest tamē,quia si volo age-
re ciuiliter contra seruum, tunc cōcipiam libellum in personam
domini,vt patet j.de sol.§.prænotandum.ver.verum si ex.& seq.
& de pecul.cle.ver.cæterum. Si verò criminaliter, tunc concipe
libellum,vt dicit l.ff.de accu.libellorū.quæ est ij. q. viij. Domino
18 autem conceditur defendere illum,vt C.eo l.ij.†¶Sic ergo pa-
tet,quòd excommunicatus qui non conuenit,sed conuenitur,vt
extra, de iudiciis. intelleximus. similis est seruo qui non accu-
h sat,sed accusatur [h].& vide j.versic.item seruus. Item ꝙ est statuli
ber,id est,libertas est sibi sub cōditione relicta.qui pendente con
ditione pro seruo habetur.ff.de statuli. statuliberū in medio tem
pore.& l.statuliberi à cæteris.in prin.Item quòd commisit crimē
i læsæ maiestatis [i].Item. ꝙ est hęres adhuc infra deliberationis tem
pora constitutus:his enim rerum alienatio & diminutio per legē
est interdicta.vnde super eis non possunt actiones exercere:vt ff.
de do.l.donationes.ij.in fin.C.ad leg.Iul.ma.l.fin. ff. de iur. delib.
ait prætor.§.j.extra.de hæretic.vergentis.Item,quòd est tutor,&
est accusatus de suspecto: vnde non agit vt tutor, licet non sit ei
interdicta administratio,vt j.de tuto.versic.si autem per præmis-
sa.nec etiam finito officio:vt j.eo.titu.versic.item tutor.Idem eti
am potest dici in prælato de dilapidatione suspecto,suspicione ꝓ
bata.extra.de simo.licet Heli.versic.quia verò.extra.de accu. c.si.
iii.q.ii.quia ea.extra.de dol.& contu.veritatis.de off.deleg.vene-
rabili. Tales enim non possunt alienare, vt in præ. concor. ergo
k nec rem in iudicium de ducere:vt ff. de iure deli. ait prætor [k]. Itē,
quòd est ab hæretico hæres institutus,vnde non potest pro hære
ditate agere.C.de hæreticis.cognouimus.& in præd.decr.vergē-
tis.& eod.titu.si quis episcopus.Item vir & vxor prohibentur in
ter se famosas intentare actiones constante matrimonio. ff. rerū
l amo.l.j.C.eo.l.diuortium.In casu tamen speciali virum [l] vxor de-
ferens commēdatur, & de bonis eius certam partem cū fisco par
titur,vt C.lib.x.de his qui se deferūt.l.vnica.Item serui contra do
minos,vel econtrà.C.an seruus ex suo facto.l.fina.ff. de iudi. l. lis
nulla.ij.q.j.c.prohibentur.argum.contrà.xxiij.quæst. iiij. si eccle-
sia.Dic,vt j.de accusa.versi.item quòd est libertus.Item,quòd est
libertus qui non auditur contra patronum, vel patronam, vel pa-
m rentes,vel liberos [m] patroni,maximè in famosa actione,vel quæ
famam sugillet,nisi hoc impetret.ff. de excu. tut. nequaquam. ff.
de obsequiis à liber.pa.præst.l.j.l. nec serui.& l.seq.extr.de ser. nō
ord.de famulis.Institut.de pœna te.liti.in fi.ff. de in ius voc. l. sed
& si hac lege.§.prætor.& l.quicunque.§.j.& C.eod.l.j.& ij. C. qui
& aduersus quos.l.fin.prohibetur etiam petere restitutionem in
integrum aduersus patronum. C.qui & aduersus quos.l.fi.quod
dic,vt j.de rest.in inr.§ j.ver.item.pp.Non pt etiam accusare,vt di
cam j.de accusat.ver.item,ꝙ est libertus.Itē quòd est adscriptiti⁹
qui non admittitur contra dominum,& fortè nec econuerso.C.
19 lib.xj.in qui.cau.col.censi.domi.acq.poss.l.ii.†¶Item,quòd fuit
contumax vel inobediens iudici: & ideo debet ei satisfacere quē
cō:empsit:& etiam de aduersario & de expensis: & idoneè caue-
re quòd in terminis comparebit,priusquam absoluatur.ff.ex qui.
caus.maio. sed & si per prætorem.§.actio. versic. sed & si dum. &
versic.idemque.ff.de iudi.eum quem.extrà.de dol.& cont.actor.
lib.vj.iiij.quæst.v.quisquis.xj.quæst.iij.absit. & c.certum.extr.qui
fi.sint leg.per venerabilem.§.rationibus.versi.qui autem superbi
erit.& versicul.cuius sententiam.extra.de maio.& ob.c.ij.Item.ꝙ
est furiosus.qui nec pro se,nec pro aliis agere potest.iij.quæst.vij.
infamis.§.tria.in prin.& q.ix.iudicas.extra.de success.ab inte. c. fi.
ff.de codicil.l.ij.& s.ver.item opponi.Item, quòd reo dedit noxā
n seu damnum.ff.de nox.actio.l.cùm seruus [n].iij.q.j.redintegranda.
secundum Ioan.de Deo.Item, quòd de eadem re non potest eo-
dem tempore ciuiliter & criminaliter agere.ff.vi bo.rap.prætor.
§.j.ff.de publ.iudic.interdum.ff.loca.si merces.§.culpæ. Dic, vt j.
versi.item proponens.Item,quòd est bannitus.ff.ex qui.cau.ma.
sed & si p prętorē.§.actio.Nā deportato ꝓparatur,vt no.Instit.qb.
o mo.ius pa.pot.sol.§.relegati.[o] Itē,quòd agens fami.ercisc.non est
20 cohæres,nec cōmunionē habet cū possessore.ff.famil.erciscū.l.i.
p ff.de exce.l.fundū.†¶Itē q̄d est filiusfa.[p] qui non potest agere ꝯ
patrem.

ADDITIONES.

a Nemo.¶Vide de hoc j.ver.pen.
b Papam.¶Vt ibi scripsi super i.gl.
c Literis.¶Etiam si maritus esset hæreticus,quod dic vt de hære.de
cre.lib.vi.
d Agere.¶Dicunt Azo & Host.nisi sit seruus principalis.
e l.j.¶Et in casu illius legis licet domino absente agat pro recupe-
randa,& pro retinenda,pro adipiscenda nō aget,vt no.Accur. C.
qui le.pers.l.vlti.& Azo ibi in sum.
f Vbi de hoc.¶In tex.& glo. enumerat Host.in sum.de iudic. §. iij.
ver.item attendenda.
g Accusari.¶Est sciendum quòd in §.omnibus.statim allegato,ha
betur duplex litera,vna quòd pœna huius l.non cadit in seruum,
alia sine non.Prima plus amicatur textui,in quantum premiserat
excepta l.Iul.&c.& hāc habuit Rof.qui dicit hoc præter l.Iul.&c.
tamen vtraque litera bona: de quo satis ibi in gloss. vt scilicet ac-
cusari non possit illa lege ad pœnam pecuniariam, possit tamen
accusari ad corporalem.Damnati enim ea l.puniūtur publicatio-
ne tertiæ partis bonorum:ergo non cadit in seruum illa pœna.vi
de s.de accu.in prin.Adde plenè per Bar.in d.§.omnibus.
h Accusatur.¶Hanc instantiam dabat Rof.j.q.quare seruus de cri
mine accusabatur,& nō accusabat.Ad.de Bar.quòd quia reipubli-
cæ interest,maleficia punire. extra.de sen.excom.vt fiant. ff. de fi-
deiuss.à reo.§.vltra.ad leg. Aquil.ita vulneratus,in fi. expedit il-
lum expediri,si delinquat.Alius autem delinquens licet nō accu-
setur,à seruo, per alium poterit accusari. In ciuilibus autem ideo
regulariter non agit: quia actiones sunt de iure ciuili. ff. de orig.
iur.l.ii.ad fi.i.col.cui seruus nō participat:imò quo ad id, habetur
pro mortuo.ff.de re.iur. l.antepe. nec habet communicationem
edicti ciuilis,nec prætorii.ff. qui test. fa. pos. qui testamento. §. si
seruus.
i Maiestatis.¶Sic coniunxit Vber.de Bona, cuius fuerunt isti duo
versic.& ver.item quod est.cum seq.
k Prætor. ¶Quomodo illa lex non dat regulam, vide j. eod. §. in
princ.vlt.col.
l Virum.¶Qui per tactum fideicommissum instituebat hæredem
non capacem,ipsum vel alium,iuxta ibi no.
m Liberos.¶Etiam nō hæredes.Item nec extraneos hæredes.C.de
in ius vo.l.ii.vbi not.quare extraneus hæres liberis non debet re-
uerentiam.ff.de obseq.à liberis,&c.l.hæres. quæ tamen debetur
extraneo hæredi patroni,quam,&c.not.Rof.vbi de edictis.super
iii.edicto.
n Seruus.¶Non probat ad quod inducitur. est l. antep. & sic alle-
gat eam Ioan.de Deo Cauil.lib.iij.vbi de patrefa.Itē Vber.de Bo-
bio sub ver.si conueniat.alle.super rub.ver.in cæteris actionib.ali
ter ponit hæc verba ibi vide.
o Relegati.¶Vide j.de cessio.actio.§.j.ver. illud etiam quæritur.&
remissiones alias ibi dabo.
p Filiusfa.¶ Istud membrum vltra duas chartas durat, includendo
ver.sed cum clericorum.

patrem, vel contra eum, in cuius potestate est, etiam cum venia.
C.de in ius voc.l.fin.ff.eo.generaliter.& ff. de iudi.lis nulla.Instit,
a de pœna te.liti.in fin.nisi in certis casibus. Primus[a], si velit agere
de castrensi peculio:vt in prædic.l.lis nulla.ff.de fur.si quis vxori.
respon.j.C.de in ius voc.qui in potestate.vel de quasi castrēsi: qđ
hodie redactum est ad similitudinem castrensis: vt C. de inoffic.
test.l.fin.§.in his itaque.de quo iam dicam.Secundus,in causa ali
mentorum.C.de alen.li.à pa.l.si.ff.de agno.lib.l.si quis à liberis.§
si vel parens.Tertius,si petit emācipari in illis casibus,in quib.pa.
b ter cogitur eū emancipare[b].ff.de cond.& demon.l.si cui legatū[c].
c ff.si quis à pa.fu.ma.l.j.& fin.C.de epi.au.si lenones. & C. li. xj. de
specta.& sce.& leno. l.fin. Quartus, si cum reuerentia factum pa-
tris arguit,dicens se ab eo per violentiā de possessione expulsum
non vt crimen intētet,sed vt possessionem recuperet.ff.de acc.hi
tamen casus.§.liberi.In causa enim criminali filius non agit cōtra
patrem:vt ij.q.j.c.prohibentur.ver.liberi. Quintus, si patri sit hæ
reditas relicta,vt filio restituat, fili⁹ agere pōt,vel vt restituat,vel
vt de ea non dissipanda caueat,ff.ad Treb.l.Imperator. Emancipa
tus etiam non potest,nisi venia impetrata:vt C.de in ius voc.l. fi.
Sed tunc nec in criminali, vt dixi:nisi in eum iniuriam commise-
rit:vt C.de pa.po.l.iij. Vnde non potest cōtra eum agere de furto,
sed actione in factum sic:vt C. de dolo mal. si superstite. De hoc
j.de accusatore.ver.item quòd est libertus.Nec potest etiam pe-
tere restitutionem in integrū aduersus patrem.infrà, de in integ.
restitut.§.j.versicu.item propter.& hoc siue sint patres naturales
siue adoptiui.ff. de in ius voc. parentes. & l. seq. & l. adoptiuum.
21 †¶Sed[d] nunquid edictum de in ius vocando locū habeat, si dis
d cipulus magistrum,vel iuuenis senem sine venia in ius vocat? Vi-
detur,ꝙ sic.ff eo.generaliter. Nam personas, quibus reuerētia de
betur,non possumus in ius vocare sine venia, vt ibi:at seni debet
reuerētia.ff.de iure immu.l.semper.ij.q.vj.anteriorū.ver.illud eti-
am.extra de transla.quanto & magistro, vt ff.de dona.l. Attilius
Regulus.xcvj.distin.quis dubitet.viij.q.j.qualis.vj.q.j.sacerdotes.
e Sed non est ita:& prædicta lex generaliter[e], loquitur de reuerē-
tia paternitatis,vel patronitatis.Et iunge hîc quod not.j.de do.&
cont,§,restat.ver.sed etiam vocans.& seq. ¶ Sed non econuersò
pater potest contra filium agere.ff.de iudi.lis.vbi de hoc.Nam in
tra domum debet inter se & filium ortas dirimere quæstiones. C.
de pa.po.si filius,& l.congruentium.C.an seruus ex facto suo.l.fi.
Interdum tamen pater petit filium per interdictum de liberis ex-
hibendis.ff.de lib.exhi.l.j.§.j.& l.iij.in prin. à quo repellitur, si eū
exposuerit:vt C.de infan.expo.l.ij.& extra.eo.c. vnico. Item po-
test contra filium agere, vt eum alat:vt j.qui fil.sint legiti.in prin.
Item & in alio casu,vt C.de pa.po.l.i.Item in castrensi peculio : vt
C.de iudi.lis nulla.ff.de in ius voc.l.adoptiuum.& hoc,cùm ciuili
ter agitur. Nam criminari potest pater filium.ff.ad leg.Cornel. de
sicar.l.auditum.& criminaliter agit contra eum:vt C.de pa. po. l.
f tertia[f].Sed quæ est ratio,quòd criminaliter agere potest,& non ci
uiliter ? Respon. quia in criminalibus consilium capit personam
patris pro filiis.ff.de adulte.nec enim.Item not.quòd dixi,in filio
locum habet in nepote & omnibus descendentibus. ff. de in ius
voc.sed si hac lege.§.liberos.sed videtur secūdum canones,ꝙ po
test filius conqueri de patre,& ecōuersò,ciuiliter & criminaliter.
ij.q.vij,quæritur.& xxxv.q.vj c.j.& arg.C.de pa.po.l.iij.& no.j.ti.
22 proxi.ver.Item quod est frater.†¶Sed & filiusfa.licet sit maior,
g tamen sine patris[g] consensu contra quemlibet extraneum non
agit nec conuenitur:nec in iudicio esse potest:& si sit, nullum est
iudicium:vt C.de bo.quæ lib.cum non solum,in jj.col.versicu.ne
h cessitate[h].C.de anna,excep.l.j.§.fi.& C.ad Mace.l.fin. Consensus
enim hic exigitur ad solennitatem:qua deficiente,nullum est iu-
dicium.ff.de transac.cum hi.§.prætor.Hoc tamē fallit in tribus ca
sib.Primus est,quia si absens sit, agit pro sumptu, seu pro viaticu-
i lo[i] non recepto. Secundus, pro furto sibi facto. Tertius, quando
pater vel patris procurator abest:vel si pater est præsens,est tamē
senex,vel demens,sic quòd non potest filio agenti, vel defendēti
consentire.ff.de iud.si longius.ff.si cer.pe.cum filius.ff.de procur.
filiusfa.respon.j.ff.so.ma.si cum dotem,§.eo autem tempore.&§.
nec non etiam illud.ff.de iniur.sed si vnus.§.filiofa.Idē si filia agit
k sine consensu patris[k] in casu C.de col.auth.quod locum. In factū
quoque actiones filiusf.exercere potest.ff.de act.ob.l.in factum[l].
l Sed & in aliis quatuor, scilicet in actione iniuriarum, quod vi aut
clàm,depositi,commodati.ff.de act.& ob.filiusfa.& in præ.l.si lō
23 gius.& ff.de iniur.l.lex Cornelia. §. in lege. †¶Item cùm agit de
peculio.ff.ad Maced,l.vsque.In quo tamen sic distingue:quia pe-
culium aliud castrense,aliud quasi castrense,aliud paganum,siue
rusticanum, quod subdiuiditur: quia aliud est aduentitium , aliud
profectitium:vt colligitur Insti.per quas per.nob. acqui. §. sanci-
tum. & C.de inoffi.test. l.fi.in princip.C. de bonis quæ li.cū opor
tet.§.j ¶Castrense est,quod in castris quæritur.ff.de castren.pe. l.
castrense,& l.si forte. ¶Quasi castrense est, quod ex publica cau-
sa in ciuitate quæritur, vt salaria ex publico , vel ex aduocatione,
vel notaria, vel doctrina, vel medicina, vel assessoria:& similibus
publicis salariis.C.de aduoc.diuer.iud.l.fori tui.C.de episc.& cle.
sacrosanctæ.C.de inoffi.test.cum antiquis. ver. de aliis autem. &
in præ.l.cùm oportet.& C.de assesso.l. velut. Qui enim stipendia
de publico habent, dicuntur quasi castrense peculium habere: vt
in præ.ver.de aliis autem.Nec intelligas,ꝙ per præ.l. cū antiquis.
moderni aduocati dicantur habere quasi castrense peculium , vt
serui hic habeant illud præcipuum, quod lucrātur:quia ibi loqui-
tur de eo , quod publicè percipiebatur. Erant enim conscripti in
matricula,& salaria de publico percipiebant.Nec obstat prędic.l.
fori.quæ intelligitur secundum illam secundum Alb.Papieñ.nisi
fortè in aduocato fisci vel pauperum,& similibus,qui alicubi sta
m tuuntur[m].In præmissis autem casibus,s.cùm agitur de peculio ca
strensi,vel quasi castrensi,bene agit filiusfa.absque patris consen-
su.ff.ad Treb.Imperator. ff.ad Maced.l.ij. quia in his maior cense-
tur:vt in præ.l.vsque.& ff.quando act.de pecul.est an.per totum.
n [n]Oportet autem eum docere,quod sit castrense vel quasi,si nega
tur,nec prius lis contestabitur.& probatur hoc ff. de pecul.l.iij. §.
o j. Dominus tamen Accurs. dicit[o], quòd cùm agitur de castren-
si vel

ADDITIONES.

a Primus. ¶Verba Vber.de Bonacur.& Roff.vbi de dictis,in tertio
edicto.
b Emancipare. ¶Sunt quatuor,tres ꝓbant iura, quæ allegant,quar
tum addam,& hic casus no.Insti.qui.mo.ius pat.pot.sol.§.fi.& di-
xi de resti.in integ.constitutus.post prin.
c Legatum. ¶ff.de adopt.nonnunquam.& l.seq.
d Sed. ¶Versiculus iste fuit Rof.de edictis,super tertio edicto.
e Generaliter. ¶Vt ibi no.de qua gloss.sumptus fuit iste ver. Et do.
meus ad illius declarationem diuidebat quatuor casus illorum,
quibus reuerentia debetur de iure ciuili: & de illis lex illa non lo
quitur:quia in ius non vocantur.eo.tit.l.ij.& dic,vt ibi no.Secun
dus illorum , quibus debetur ex verbis & mente edicti prætoris:
& illi cum venia vocantur:vt in præ.l.fin.C.de in ius voc.Tertius
illorum,quibus debetur ex mente vel interpretatione, vt socer,
socrus:& in his loqui potest lex illa:vt ibi no.in fine gl. Quartus,
quib.ea naturali æquitate concedebatur,vt hîc,de quib.loquitur
iste ver.& istos in ius vocari nulla lex vetat. Adde,vt ibi per Ale.
de Imo.quid de eo,qui leuauit de sacro fonte.vbi Bal. Ang. Pau.
de Cast.tenent, ꝙ in ius vocari non potest sine venia,& sicut nec
pater adoptiuus,& ibi dicit Bal. quòd hac ratione videtur, quòd
non possit esse testis pro eo,quem leuauit.Tamen Bar.tenet cō-
trarium in quæstione versi. cùm inter dominum Simonem. Idē
tenet Bal.& Salice.in l.parentes.C,de testb, & in l. testis idoneus.
ff.de test. Et quòd magister vel doctor possit in ius vocari sine ve
nia,tenet Ioan.de Platea,in §.pœnales,Insti.de act.Defensor autē
vniuersitatis sine venia in ius vocari non potest,secundum Ang.
in l.generaliter.Bald.in l.sed si hac.§.qui manumittitur.ff.e. titul.
Quid in nouerca & priuigno:etiam ibi vide.
f l.iij. ¶Et dicit præses sentētiam,quam pater dici voluerit,vt ibi in
fine.per hoc intelligas,quod sequitur.
g Patris. ¶Qui non sit vilis homo,nec bannitus.ff.sol,mat.l. si cùm
dotem.§.si pater propter.& §.seq.& de iniuriis.l. sed si vnus. §. fi-
lio.& §.sequenti.
h Necessitate. Et ibi in j.gl. Accur.reddit rationem: quia ipse nō est
integer homo,sed medius. Quæ ratio approbatur:super quo vi-
de Cyn.in præ. §.in secunda opinione, vbi inuenies distinctionē
Ia.de Aretio.
i Viaticulo. ¶Id est,quod in via portatur pro expensis in studio.
k Patris. ¶ Textus dicit, inuito patre. & est casus, quando maritus
vergit ad inopiam,& dos est ampla.
l Factum. ¶Et cùm quatuor sint actiones in factum , de qua lex lo
quitur,ibi not.
m Statuuntur. ¶Hoc tenuit antiqua glo.in prę.l.fori.Sed in additio
ne tenuit contrarium,per l.velut.C. de asseſſ. cùm assessores non
recipiant de publico:& tamen quod acquirunt,est velut castren-
se.Item quod miles ex militia acquirit, licet non ex publico , est
castrense.ff.de castren.pec.si fortè.ergo idem in aduocato,qui mi
litat:vt in l.aduocati. de aduo.diuer.iudic. Itē cùm ista salaria pri-
uatorum succedant illorum loco, quæ dabātur de publico:ergo,
&c.de voto.c,magnæ.versi.cùm igitur.
n Totum. ¶Bene facit de sepul.licet.in fin.lib.vj.
o Dicit. ¶In l.cùm non solum.in gl.magna.ante fi.& similiter Vin.
ibi enim cōcordat. Sed cōmuniter illud improbatur, vt sequitur
quod probat l.miles.§.j.ff.de castrē.pec.cōiuncta lege,qui potest
inuitis.ff. de regu.iur. Inducitur etiam lex ff. de furt. si quis vxori.
&c post prin

si vel quasi, necessarius est patris consensus, per præ.l.cùm non solum.versus princi. Sed tu dic contrà, vt iam dixi. pro eo tamen facit præd.l.cum non solum.§.sin autem pater.versi. simili quoque
24 modo. †Sed quid si filiusfa. qui vult agere de peculio castrensi, vel quasi, sit minor xxv. ann. nunquid debet curatorem habere? Dicunt quidam, ꝙ non. Tu dic, quòd habebit curatorem bonis eius datum, secũdum quod intelligitur. C.de bon.mat.l.j.§.j.& de bo.quæ li.l.j.& l.fi.§.sin autem secũda.& in auth.vt li.ma.& auiæ. §.j.& ij.C.de auth.præs.clarum.arg.extrà.de æta.& qualit. c. indecorum.& c.ex ratione. non dico personæ: quia ei, qui in alterius potestate est, non datur curator. C.de curat.fur.l.fin.rñ.j.¶Aduẽtitium autem est, quod ex successione materna, vel alia iusta causa prouenit: vt in præ.l.cum oportet.C.de cod. filiæ. & in hoc nõ potest agere filiusfa.licet actiones ad eum spectent, sine patris au
a ctoritate: cùm earum exercitium, & vsusfru.talis peculii[a] ad eum spectet. C.de bo.ma.l.j.& in præ.l.cùm non solum.§.vbi autem.ff.
25 de iudi.si longius.§.si filius.†¶Profectitium verò est, quod filiusfa.de rebus patris acqrit, seu quod ex eis prouenit: vt quia ex modica patris pecunia multa lucratus est. & in his filius non agit: nã totum cedit patri, vt Instit.per quas per.no.acq.§.j.& in præ.l. cũ non. Item nec nomine patris, vt coniuncta persona admittitur, secundum quosdam: quia cum filiofa. non fit iudiciũ inuito patre, vt sic corrigatur, C.de procu.exigendi. Et est speciale, secundum eos, in peculio, vt filius non admittatur tanquam coniuncta persona: ne fortè id fiat in fraudem: vt in præ.§.si filius.& arg.x.q.ij. si œconomus.& ff.si cet, pe.l.cùm filius. Vel veri⁹ dic, quòd admit-
b tatur coniuncta persona.arg.C.de testa.sancim⁹[b].†¶Sed quid si dubitatur, an ex profectitia vel aduenticia causa filius quæsierit?
c Dicunt quidam[c], præsumi quòd ex profectitia, ad instar vxoris.ff. de do.inter vir.& vxor.Quintus, extr.de don.inter virum & vxo.
d c.ij.arg.contrà Institut.de le.agna.suc.in fin. Azo dixit[d] attendendum esse, an pater sit inops, & filius sit diligens in arte sua: & tunc præsumitur pro filio: an verò econtrà, & tũc pro patre. C.arbi.tu. si defunctus.aliàs autem non potest filiusfam. agere sine consen
e su patris, nisi vt dixi. Verum tamen Azo[e] exigit patris consensum in his tamen, in quibus sibi acquiritur vsusfructus: & non in his, in quibus non acquiritur. quæ no.C.de bonis, quę liberis.auth.id
f est. Ot. verò & Baga.[f] exigunt tantum, vbi vsusfructus patri non quæritur, ideo quia non vult. Vbi autem patri nõ quæritur, quia
g non potest: tunc non exigunt: vt no.in prę.l.cũ non solum[g]. Tertii dicunt, quòd iudicium cum filiofa.conuento sine patris cõsensu habitum, tenet.ff.de minor.l.denique.§.sed vtrum.ibi: & quidẽ in potestate manens, &c.ff.de fideiuss.si dubitetur.§.fin. ff. de nox. ac.quoties.& l.seq. Nec obstat secundum eos l. cum non solùm. quia loquitur de vrbanitate: alioquin iam esset in patris potestate, vt ꝯueniretur filius, vel non. Agere tamen non potest hodie, secundum eos: vt in præ.l. cum non solùm. sed nec olim poterat agere, nec actiones suo nomine mouere, nisi in casibus, qui sunt in præ.l.filiusfamil.ff.de ac.& ob. Imò earum exercitium patri, si præsens erat, competebat.ff.de iniur.sed si vnus.§. filio. & not. in præ.l.si longius.§.j. Alii dicũt, ꝙ si filiusfa.potest hodie ex delicto conueniri, & olim etiam poterat præter consensum patris: vt in
h præ.l.quoties[h].sed non contractu: vt in prę.l.cùm non solũ. Nec obstat præ.l.denique.quia ibi in conuentione bene interuenerat consensus patris: sed ex causa iudicati potuit conueniri, quia res iudicata non est ventilanda, sed executioni mandanda.ff.de iudic. si prætor.ff.de minor.xxv ann.cùm fideiuss.ff.de excep.rei iudic.l. fi. Vel secundum Lanfr. loquitur secundum sua tempora, secundum quæ poterat conueniri filiusfamil.sine consensu patris, & tenebat iudicium: vt ibi, hodie tamen non potest: vt in l. præ. cùm
27 non solùm. Tu dic, vt dixi suprà versic.sed & filiusfa.†¶Consilium tamen est, vt semper patris consensus requiratur, etiam in delictis: & hoc si filius maior sit. Si verò minor sit, non sufficit patris
i consensus in iudicio[i]: quia filius pupillus patris consensu obligari non potest: vt ff.de verb.oblig.l.fin.§.j.Instit.de inuti.sti.§.pupillo.& vide ff.de pec.l.j.§.ij. Nam sicut in stipulatione contrahitur cum pupillo, sic & in iudicio: vt ff.de pec.licet.§.sed si filius. Dandus est ergo ei curator, cuius auctoritate conueniatur. Nec obst. quòd filio in patris potestate constituto curator dandus non est. C.de cur.fur.l.fi.quia verum est, quòd personæ dari non potest, sed liti, vel rei sic: vt in præ.l.cum non solum.& in auth. vt li.ma. & auiæ.in prin. Sed nec isti⁹ curatoris sufficit auctoritas sola, imò necessarius est cum ea patris cõsensus: quoniam auctoritas tutoris vel curatoris operatur, vt iudicium ipsius minoris suppleatur per illam legem, vt perinde habeat, ac si maior esset. ff.de acquir. pos.quamuis §.infans. Imò aliquando minus facit tutoris vel curatoris auctoritas, quam maior ætas: quia licet illa interueniant, tamen nihilominus datur ipsi minori in inte. restitutio: quod nõ fieret, si maior esset. Cautela est ergo, quando vis conuenire filiũ fa.minorem, quòd facias patrem consentire: & facias etiam sibi
28 dari curatorem ad litem, secundum Vber. †¶Sed quæritur vtrũ pater cogatur defendere filium? Dicunt quidam, quòd in delictis, & in ciuilibus non potest cogi, vt defendat, tanquam defensor, & extraneus: sed vt pater & legitimus administrator sic: ar.in prę. l.quoties.& ff.ex qui.cau.in pos.ea. hoc autem. §.j.vbi dicitur, ꝙ tutores & curato.& huiusmodi administratores coguntur captis pignoribus, & aliis remediis defendere, vel remouentur ab administratione. C.de proc.eum quem.vbi videtur innui, quòd si velint ab administratione cessare, non coguntur, quasi sit in eorum electione. Vel dic hoc verum esse in procur. & defensoribus, sed in tuto.& curat. & similibus est electio iudicis, vtrum velit cogere, an remouere. Et vide C.de administr.tut.l.fi. Pater autem vr̃ omnino cogendus: quia remoueri non potest. & vide C.de bo. quæ li.l.fi.§.necessitatem. Sed nũquid in publicis iudiciis potest filius
k agere sine ꝯsensu patris? Dicũt quidã[k], ꝙ nõ. C.de bonis q̃ libe. l. cũ nõ solũ. §.& filii. Sed ibi loqtur in pecuniariis causis. Vnde dic cõtrà: qa quod ad ius publicũ pertinet, nõ refert inter patrem & filium

ADDITIONES.

☞ post prin.ff.ad Maced.per quam hoc tenet Guid. de Suza. Alleg. etiam ff.de iudic.l.lis nulla.& de minor.l.iij.§.sin autem. Adde, q̃d Bald.quem sequitur Paulus de Castro dicit, quòd in d.capitu.fin. de iudic. datur regula, quòd filiusfamliàs non potest esse in iudicio sine consensu patris, & illa regula est generalis: & non potest intelligi, nisi in casibus, in quibus ipse filius agit, vt agere potest: & sic qñ pater non habet vsumfructum, qualitercũq; non habeat, vel qa nolit, vel quia nõ possit: quia si haberet exercitiũ actionis competeret patri, non sibi: vt eadem l.§. vbi autem. & postea ab illa regula excipit causas beneficiales, de quibus pater non habet se intromittere: quia dicitur militare. non sic in aliis non beneficialibus, in quibus filius non militat. Vnde dato, quòd pater non habeat vsumfructum, nec sit ligitimus administrator, saltem debet interuenire ad integrandam personam filii, per illud c. filii. Et dicit Pau.de Cast.se verè putare, quòd hæc fuerat mens Imperatoris. Tamen communem opi.& contrarium eius, quod hîc refero, tenet, eius cons.liiij.

a Peculii.¶Iustè quæsiti, aliàs secus: quia de tali adstricto restitutioni, nec vsus, nec vsusfruct⁹ competit patri.ff. de ac.pos.quod servus.& ff.pro socio.l.quod autem. & vide quod dicam ĩ.de te. super rub.post Ia.de Are.sui consilii membro v. Adde, quòd Bal.in l.j.ff.de his, qui sunt sui vel alie.iur. tenet dominium rerum malè acquisitarum transire in patrem: quia qui soluit vsuras, & transfert dominium, & à sponte soluẽte recessit: & filia quæ etiam nõ potest, nec valet stare. In præcedenti ergo relinquitur quod patri quæritur, Alex.in d.l.quod seru⁹, conatur defendere opinio. Bar. quæ concordat cum Io. And. hoc ibi vide, & Ang. qui etiam tenet opi.Bar.conf.ccvij.in fi.

b Sancimus.¶Et no.extra.de procu.non iniustè.in j.glo.

c Quidam.¶Refert Gui.de Suzar.in l. vl.C. de pig. quòd per illam legem dixit Pla. indistinctè præsumi pro patre: & dicit quòd non habetur lex, quæ melius id dicat.

d Dixit.¶In summa C.de bo. quæ li. ver. quid si dubitetur. tamen hoc dictum attribuit Accu.Io.in l.cum oportet.in prin.C. de bo. quæ li.quod etiam ibi approbat do.me⁹, si mortuo patre quæstio esset cũ fratre. Placet quod tenet illa gl. in fi. s. quod probet agẽs. & sic procedit dictum Pilei in j.q.cxiiij.qui ponebat fratrem agentem: & iudicauit pro filio. Adde, quòd probet agens, tenet Abb. Sen. consilio xxxvj. vbi ponit multas præsumptiones, quæ faciunt pro filio.

e Azo.¶& Guido de Suzaria.

f Et Bag.¶Cauil.ti.j.ad fi.j.col.& eadem sunt verba Vber.de Bona, e.ti.& loco.

g Solum.¶Bene allegat ibi gl.mag.in fi.Ottonem hoc dixisse.

h Quoties.¶Aliqui distinguunt, an debeatur pœna corporalis: & tunc non requiritur, per l.nam quod. ff. ad Treb. & ff. de his, qui sui vel alie.iur.sunt.l.filiusfa. an pecuniaria: & tunc consentire debet, quia fieret executio in peculio. Ia.de Are.non requirebat cõsensum, vbicunque dicebat ratio, quare consensus requiritur. & de hoc per Cy in l.cum non solum.parte ij.in viij.not. Adde Pet. de Anch.consi lxxij.incipiente, visis omnib.& singulis.

i Iudicio.¶Dicit Vber.contrà.licet per præal.l.multi fatui dicerent contrarium.

k Quidam.¶Accu.in præ,gl. magna, circa fi.alternatiuè tamen Si. Vinc.dicit hoc verũ: si ciuiliter vel criminaliter agatur per eũ, vel contra eũ, si ordinaria via agatur, scilicet oblato libello, vel instituta accusatione: secus si ex officio suo iudex procederet contra eum: quia tunc consensus non requiritur. Et quibus casibus inquiri possit, vide infrà de inqui.§.ij.

filium.ff.ad Treb.nam quod attinet.& videtur expressum.ff. ad le
a gem Iuliam,de adulter.inter liberos.§.filius.&l.filius fa.[a] †¶Hoc
29 quoque scias secundum Homoboñ.quòd quæ de patris consen
su habendo dicta sunt,locum habent,quando filius agit vel con-
uenitur ex ea causa,ex qua nihil patri quæritur,vt prædixi.Porrò
si ex ea causa sibi competunt actiones, vel etiam tenentur alteri,
ex qua patri quæritur vsusfructus,tunc pater habet earum exerci
b tium,& in eis ipse agit,&conuenitur[b].C.de bon.ma.l.i.& in præ.
l.cum non solùm.§.ii.versic.vbi autem in vnum.Et hoc in aduen
titiis.nam in castrensi,vel quasi,non est necessarius patris consen
sus:vt s.dixi.Sed certè non bene video,quando in aduentitiis pa-
tri non quæritur vsusfru.cùm lex,cùm oportet,dicat ei in omni-
bus vsumfruct.quæri.Vnde intellige pręmissa,cùm patri acquiri-
tur vsusfructus, sed si ipse eum respuit, & de hoc constet: tunc
enim obiiciatur eidem de consensu patris.C.de bon.ma. l. i. & in
30 præd,l.cùm non solùm.§.i.† ¶Sed quid si pater nolit consenti-
re filio agenti in casibus, vbi est necessarius eius consensus? Re-
sponde,cogetur per officium iudicis captis pignoribus: vt in præ.
l.cùm non solùm.ibi necessitate,per offic.iudi.&c. Institut, de sa-
tisd.tut,& curat.& §,quibus.ff.de ventr. inspic.l.i.& §.ex hoc edi-
cto,ibi:quis ergo,&c.ff.de dam.infect. l.iiii.§.i.versic.an tamẽ.vel
mulcta indicta.argum.ff.de vent.inspic.l.i.§.ex hoc rescripto. ver
c sicu,cogenda, vel secundum Lanfr.[c] per mis.in possess.bon.eius.
ff.de in ius voc.satisque.licet patri negabitur vsusfructus.argum.
Institut,de acquisi.per arro.§.fin.ff. si ex nox. causa aga. sicut vsu-
d fructus.§.fin.Vel fortè [d] sufficiet patrem interpellari ad hoc,vt iu
dicium valeat,licet nolit consentire,ff.vt in pos.leg.vel fideicom
e miss.l.i.§.non exigit.Sed tutius est, si consentiat[e]. Econtrà videt,
quòd consensus patris nõ valeat,qui inuitus cogitur.ff.de aucto.
tuto.l.i.§.fin.& l.ii.ff.quod cum fal.tuto.auctor.l.nouissimè.§.qđ
f si compulsus [f].extrà,de spon.cum locũ.xx.quæst.iii.præsens.Cre
do tamen eum cogendum,sicut dixi,si grande præiudicium filio
paretur, nisi iustam causam proponat, quare consentire non de-
bet.ff.de leg.i.huiusmodi.vt de nolente fiat volens.lxxxiiii.distin.
cap.fin.Sed quid si iurauerit non consentire?Respon.nihilomin[9]
cogetur,cùm non potuerit in præiudicium alterius iurare: & fiet
ei remissio iuramenti.ff.ad mu.l.fin,in princ.& C.qui mili.nõ pos.
l.j,lib.xii.& cùm periurus sit,imputet sibi,quia ita temerè iurauit,
sicut aliàs dicitur in iuramento calumniæ, secundum Vbertum
g de Bo.[g] Quid si nullo modo vult consentire?Respon.[h] detur cu
h rator bonis.in auth.vt li.ma.& auiæ.in prin. ff.de cur.bon.dan. l.
fi.ff.ex quibus cau,ma,l.ab hostibus.in princip.Si enim absens est
quis iusta de causa peregrinationis,vel capt[9] ab hostibus: dabitur
curator bonis,si nõ est qui eum defendat:vt in præ.l.ab hostibus.
31 & C.de postli,re.l.iii.nõ tamen dabitur personæ:vt s.dixi.† ¶Sed
nunquid poterit per epistolam vel nuncium consentire,si absens
i est [i].Ar.quòd sic.ff.de acquir.hære.l.si quis mihi bona. §. iussum.
extra.de off.de leg.prudentiam.Respon.i.extra.de temp.ord. nec
k episcopi.Vber.de Bo.[k] & Iac.But.[l] & Odof.not.quòd præsentiali
l ter coram iudice consentiet,ad similitudinem tutoris, argum. ff.
de aucto.tutor, obligari.§.pupillus,& §. tutor. & l. accipientis. &
Institut.e.§.fin.& argu.de pœn.distinct. j. quem pœnitet. in prin.
cip,extr.de senten, excom. quod de his. in fin. Gerit autem pater
legitimam administrationem,tanquam tutor in bonis filio dela-
m tis,C.de bo,ma.l.i.[m]Vel dic,quòd dabitur curator bonis,qui con
sentiat vice patris.arg.in præ.l.cùm non solùm.§.fin autem in se-
32 cunda,†¶Sed certè feci citari filiumfam. in casu in quo eget pa-
tris consensu:non comparet:quæritur an debeam mitti in posses
sionem causa rei seruandæ?Respon. si ille conuenitur ex casu ca-
strensi vel quasi,sufficit eum vocari:nec est necesse patrem voca-
ri:vt ff.ad mu.l.ij.ff.de castr.pec.miles.§.j.& debeo mitti in posses-
sionem,& hoc si ille sit ætatis legitimę.Sed si agebam de peculio,
in quo pater habet vsumfructum, & ille proprietatem:tunc non
potest fieri missio, nisi patre citato, qui est legitimus administra-
tor:vt C.de bon.quæ lib.l.j.&l.cùm oportet.§. vbi autem.Si verò
agebam contra illum super profectitio peculio, tunc etiam non
debet fieri missio:quia pater,ad quem totũ pertinet, debuit con-
ueniri,non filius,qui nihil in eo habet nisi possessionem.ff.de ac-
quir.poss.l.possessio.§.i.ff.ex qui.caus.in poss.ea.Fulcinius. §. si qs
33 ac.†¶Sed quid si conuenitur super aduentitio peculio , in quo
pater nihil habet,& filio agenti & fugienti consentire debet, nũ-
quid propter eius contumaciam,patre non vocato,sum mitten-
dus in possessionem peculii?Respondeo sic, quia tunc ipse filius
fa.debet conueniri suo nomine. Et si dicatur , quòd pater debuit
consentire: respondeo. verum est in iudicio : sed si filius non ve-
nit,quare debuit pater citari,vt consentiret?frustrà enim consen
tiret,si filius non ageret,vel veniret.ar.ff.ex qui.cau. in poss. ea. l,
ij. Licet ergo ordinarium iudicium sine patris consensu non vale
ret:valebit tamen extraordinarium, s. missio, arg. C. qui ad bon.
n pos.admit.l.j.[n] Nam & video quòd fit missio & contra pupillum,
& cõtra minorem.ff.ex qui. cau.in pos.ea.l.hoc autem.& l.pupil-
lus.§.adeo.ff.de bon.auth.iud.pos.si minor. Cautela tamen est, ꝙ
& pater citetur.& facit Instit.de acquisi. per arro. §. fi. Licet autẽ
filiusfa.non possit suo nomine agere:tamen bene potest esse pro
curator alterius.extra.de procur.non iniustè. ff.eod.l.filiusfa.§.ip
se quoque.ff. de mino.cum mandato.& procuratorem facere in
præmissis casibus,in quibus ipse potest agere : vt in eadem l. & j.
34 de procur.§.j.versi.item quòd constituens.† ¶Sed an egeat pa-
tris consensu,cùm procuratorio nomine pro alio agit? Accur.di-
o cit [o] quòd sic,arg.in præ.l.cum non solum.resp.j.in fin.& de anna
li exce.l.j.in fi.C.manda.l.iij.C.ad Mace.l.fin.Idem dicit G.Na.&se
cundum hoc non intelligitur decr.non iniustè.Nam non admit-
titur quis pro alio,quin & pro seipso admittatur:licet quãdoque
quis admittatur pro se,& non pro alio.ff.de post.l.j.§.ii.Cùm eñi
oporteat eum satisdare de iudicato soluendo,vt j.de satisda.§.ex-
pedito.in prin.non posset hoc facere, cùm nil reputetur habere.
p Tu dic contrà [p], argu.ff.de in ius voc.quæsitum.& l. sed si hac le-
ge.§.fi.& ar.extr.qui mat.accu.pos.cũ in tua.& de testi.licet. Gerit
enim personam eius,pro quo agit.ff.de procu.l.j.in prin.& in fin.
xciij.distinct.c.fin.xciiij.distinct.c.j. Et ad hoc facit ff. eod. filiusfa-
mil.§.ipse quoque.extra eodem. non iniustè. Quod autem per se
non potest agere,illud inductum est in eius fauorem, ne lædatur
in re

ADDITIONES.

a Filiusfa.¶Sed primi dicunt leges illas correctas per l.cum non so
lum.an aliquid patri deperire possit, vide s.ea.col. plus dicit Gui.
de Suzar. quòd etiam in priuatis delictis non requiritur patris cõ
sensus.ff. de noxa.quot.de cond.fur.l.iiij.de iniur.l.sed si vnus.§.fi
lio.& §.si filius. Adde, quod Bart.dicit in d.l.inrer liberos.§.filii.ff.
de adulte.quòd illæ leges non sunt correctæ.Et vide Bal.in l.si fi.
lium.ff.de his qui sunt sui, vel alieni iuris. Ang.in d.§.filius.Pet. de
Anch.consilio lxxij.
b Conuenitur.¶Et an tunc satisdet de rato, vel de iudicato soluen
do, vide j.de syndico, versi.sed quæritur.
c Lanfr.¶& Alber.Papien.qui dicit sic seruari:dicebat,quòd etiam
ꝑpter necessitatem casus, vel crimen puniretur:si erat crimina
liter accusatus:filius poterat dari curator personę:sicut aliàs fit in
l.fi. C.de sen.pa.secundum illa parum facit:quia pater deportatus
non habebat filium in potestate.
d Fortè.¶Sic dixit Vber.de Bona.
e Consentiat.¶Ita ibi Accur.in mag. gl. vel secundum Gui. de Su-
zar.interloquatur iudex, procedi posse cum filio sine patris con-
sensu,& propter iudicis auctoritatem valebit iudicium. ff. de mi-
nor.l.ait prætor.§.quid tamen. Alia iura ad idem ibi vide in gl.hic
no.pro dicto prox.§.interpellari sufficit.Facit l.si lõgius.ff.de iud.
ꝯiuncta.cum l.non tantum.ff.de fideicom.lib.§.siue iusta.& l.ne-
que infantes.§.j.per quas probatur,quandoque præsentem ꝯsen
tire nolẽtem haberi pro absente,& tempore absentiæ audiretur:
ergo & tunc. Adde, vt per Bar.in d.l.non solùm.
f Compulsus. ¶Ad istas leges & ad l.ij.ff.de iudi.circa prin. respon
detur,quòd aliud est auctorizare vel agere,aliud consentire, De
hoc loquimur secundum Accu.Sed Guid.de Suza dicebat cõtra-
ria loqui,cùm quis cogitur ad id, ad quod non tenetur:hic ad id,
quod tenetur,& iuris executio non est iniuria.ff.de iniuriis.l.iniu
riarum.§.j.
g Vbert.de Bobio.¶Quod vide j.de iura.cal.§.vlt. post prin. & vi-
de simile de teste.§.pen.versi.quid si quis.& de deci.§.j.in fi. Facit
etiam quæstio dñicalis,xxxiij.de quo scripsi de off.or. quia pleri-
que.in gloss.pen.lib.vj.
h Respon.¶Secundum Iac.Bal.
i Absens est.¶Intellige,id est,non præsens iudicio.& sic etiam in-
tellexit gl.in l. cum non solum hoc dixi.& si pater longè abesset,
non est necessarius nuncius,vel epistola,per l.si longius.ff.de iud.
k Vbert.de Bob.¶Et de Bona.& licet hoc teneat, respondet tamẽ
ad leges allegatas infrà,vt statim dicam.
l Iaco.Bu.¶In meis scriptis.Iac.Bu.tenet primam per §.iussum.Ad
de,quòd eadem tenet Bar.in d,l.cum nõ solùm.quia aliud est cõ
sensus,aliud auctoritas.
m l.j. ¶Mutuauit auctor verba Vbert. qui dicebat leges illas loquĩ
in actoritate præstanda pupillo, sed pater habens administratio-
nem in bonis filii, gerit vt pater, non vt tutor alle. eandẽ legem,
& facit quod dixi in versi.sed pone quòd lis,in fi.
n l.j.¶Facit quod scripsi post Inn.de ap.ex ratione.super fi.j.gl.ver.
quod enim dicitur.& de concessio.præbẽ. post electionem. ad fi.
in gl.sententiam istam.
o Dicit.¶Vbi s.post prin.magnæ gl.
p Tu dic contrà.¶Et sic est hodie approbatum de procu.qui gene
raliter.§.j.lib.vj.

de custo.re.de militibus.ff.de re milit.l.ij. vij. q. j. nullus omnino.
Quod verum est in milite militante:aliàs esset contra.ff.de accus.
l.fin.in fi.& dicam ĩ. tit.prox.ver.item excipitur,quòd est miles.ĩ.
versi.item consul.& nisi in quibusdam casibus, vt in prædictis le-
2 gibus.†¶Item nobilis priuilegiatus est,vt defendatur,&ne de fa
cili conueniatur,arg.xvj.q.j.frater.vj.q.j.c.sunt plurimi. §. verum.
3 xxxij.q.v.præceptum.extr.de pur.ca.c.j.ff.de in ius voc.l.ij.†¶Itē
clericus non potest trahi coram iudice seculari in causa ciuili,vel
criminali: nec potest huic iuri renunciare.extr.de fo.compe.si di-
ligenti.xj.q.j.inolita. & c.placuit. & c. continua. C. de epis. & cle.
cum clericis.& Auth.statuimus.&Auth.sed hodie.& in Auth.de
sanctiss.episc.§.si qui autem contra. & in Auth. vt cler. apud pro-
a pri.epis.per totum.Nisi ratione feudi,vel reconuentionis[a]: & in
aliis casibus,qui no.xi.q.j.in summa.& c.clericum. quod dic, vt ĩ.
de conclu.& renun.ver.cui autem.& seq.& melius.ĩ.de compe.
iudicis adi.§.j.ver.in clericis autem. & seq. Olim etiam habebant
exceptionem ne conuenirentur,nisi solum sub præside.in Auth.
4 de san.episc.§.si verò.& in præ.l.cùm clericis.†¶Sed quid si pen-
dente lite coram ciuili iudice reus fiat clericus? Resp. dicunt om-
b nes[b],quòd coram eodem iudice finiet. C. ad l. Cor.de fal. si quis
decurio.prope finem.ff.de re iudic.si quis postea.extra.de fo.cō-
pe.proposuisti.ff.de iu.om.iud.cùm quædam.ff.de bonis dam.l.fi.
§.ex bonis. Licet quidam in hoc contradixerint. arg. ff. de arbitr.
non distinguemus.§.sacerdotio.& hoc verum est, si causa sit ciui
lis.Sed quid si est criminalis?Dic,quòd coram ecclesiastico finie-
tur:quia secularis non posset eum punire,arg.xj.quæst.j. de perso
na.extra.de iud.at si clerici.& in præ.concor.arg.tamen ꝯ.ij. q. iij.
Euphemium. C. vbi de cri. agi opor. Auth. quia in prouincia. in
princ.ij.q.j.si peccauerit.in fi. & iij. q. vj. c. j. Vnde si vis vt cessent
cōtraria, dic quòd etiam causa criminalis finietur coram illo: sed
mandabitur executioni,per ecclesiasticum,arg.etr.de foro com-
5 peten.postulasti.de rap.c.j.†¶Item scholaris laicus respondebit
vel sub magistro,siue laico,siue clerico,vel sub iustitiario, seu Po
c testate loci,vel sub episcopo, sub quo maluerit[c]: vt in Procemio
Digestorum.§.& hæc omnia.& seq.C.ne fil.pro pa.in l. Feder.ha
bita.licet scholares Bon.quo ad criminales quæstiones huic pri-
d uilegio renunciauerint[d]: super quibus coram iudicibus Potesta-
tis respondent: eligendo tamen vnum , videtur aliis renunciare.
arg.iij.q.iij.c.induciæ.§.offeratur.expressè.extr.de iudi.c.j.vbi plu
res habebat iudices.Quoduultdeus.An aūt tunc,& ad quem po-
terit appellari,vide ĩ.in tit.de exe.sent.§.ij. ver. quid de sententia.
& seq. Sed nunquid poterit scholaris tali priuilegio renunciare?
Non videtur cùm sit eis specialiter à prædictis legibus cōcessum.
Sed dic,quòd potest,arg.C.de episc.&cle.si quis in conscribendo
& C.de pact.si quis in conscribendo.ff.si quis in ius voc. non ie. l.
6 j.& sic de facto seruatur.†¶Item nunquid scholaris conuentus
sub aliquo istorum trium , eum poterit recusare ? Videtur quòd
non.arg.C.de iu.om.iu.l.fi.Sed dic cōtrà:vt in prædi.l.aliàs.Auth.
habita.Siue ergo scholaris receperit,siue porrexerit libellum co-
ram altero istorum trium,siue etiam protestatus fuerit, quòd sal
uum sit ei priuilegium,siue non,sibi præiudicat:nisi vlterius pro-
cesserit.arg.ff.de iud.non videtur.ff. de in ius voc.libertus aduer-
sus.Scholaris tamen vocatus tenetur coram iudice loci compare
re,vt vel etiam coram eo respondeat,vel suum priuilegium alle-
e get.arg.in prę.constit.habita[e].†¶Quid ergo si scholaris vocatus
7 coram altero istorum iudicum contumax est , propter quod iu-
dex decernit actorem esse mittendum in possessionem bonorū
illius: demùm ille comparens præstita cautione iudicio sisti,recu
perat possessionem nunquid adhuc poterit iudicem declinare,&
alium eligere?Respondeo sic, cùm nondum sit lis contestata.ar.
C.de prob.exceptionem.C.de procu.ita demum. C. de plus peti.
f l.j.arg.contrà.C.vbi in rem accus.l.pe.circa fi.[f]†¶Sed pone quòd
8 scholaris conuentus comparet coram altero istorū,dicens se vel
le coram eo litigare:nunquid postea illum poterit declinare?Dic
g quòd non[g].arg.ff.de eo.quod certo lo.l.iij.§.j.ff.de leg.j.l.v. & l.si
pluribus.in fi.extr.de iud.c.j.xxij.q.iiij. horrendus.viij.q.ij.dilectis-
simi.ĩ.de compe.iud.adi.ver.sed nunquid potest.Nec obstat ff.de
iudiciis,si conuenerit,quæ loquitur in eo,qui consensit in iudicē
9 non suum prorsus extraneum.iij.quæstio. vj. peregrina. †¶Sed
quid si scholaris est clericus?Dicunt Goff.& do.meus,cessare pri-
uilegium,quia clericus nec volens,nec inuitus trahitur ad iudici
um seculare:nec potest in alium,etiam ecclesiasticū,sine sui epis-
copi consensu consentire:vt in concor.quæ sunt s̃. ver. proxi. &
extra.de foro compe.significasti.& c.Romana. in prin. Sed dictū
h eorum pōt intelligi in scholaribus diœcesanis , & ciuitatensib.[h]
Si verò sint extranei vel alienigenæ,&magister esset clericus:pos
i set fortè[i] dici, quòd coram eo poterit agere, & conueniri, si vo-
luerit,aliàs nullum esset priuilegium quod esse non debet:extra.
de verb.sig.abbate sanè.& de priui.in his.& c.porrò.extra.de fide
k instru.inter dilectos.versus fin.& in hoc concordat Io.de Deo[k],
& Vber.de Bobio.Dominus tamen meus in hoc expressè cōtra-
l dicit[l].Coram Potestate autem non potest clericus,etiam volens,
conueniri:vt in prædi.concor.Porrò scholaris Bon. residens per
m xxx.annos,sortitur ciuium priuilegium.C.lib.x.de incol.l.ij.[m] sed
n & studentes in iure vsque ad xxv annum[n] non conueniuntur:vt
C.lib.x.qui æta.vel profess.l.j.Quod verum est,si bene proficiant
aliàs autem non.arg.xij.q.ij.gloria.in fin.& lxj.dist.miramur. in fi.
o & c.nullus.& c.statuimus[o]. †¶Item medicus, grammaticus, &
10 professores liberalium artium,& doctores legum,& oratores,&
philosophi in se, & vxoribus, & rebus, & liberis, omni gaudeant
immunitate, vt nec in iudicium deducantur, vel exhibeantur: vt
C.li.x.de profess.& med.l.medicos.& l.fi.& l.j.secus tamen in poe
p tis & geometris.C.eo.tit.poetę.& l.seq.[p]†¶Item consul,& præ-
11 tor,& præfectus, & maiores magistratus, qui merum imperium
habent,& qui cum eis sunt,causas non prosequantur,sed conue-
niantur.ff.de iudici.pars literarum. ff. de iniur. nec magistratibus.
ij.q.j.prohibentur.saluis quibusdam casibus in Auth.collat. iii. vt
iud.sine quoquo suf.§.si quis autem.& in Auth. collat. ix. vt diff.
iud.§.si tamen.Arg.tamen contrà,j.q.j.iubemus.so.ibi saluo,quia
debent cauere,si de adulterio accusentur,secundum formam le-
gis,quæ est ff. de adul.l. si adulterium.in fi. Dic super hoc vt s̃. de
actore.ver.item illustris. An autem possint accusari,dicam ĩ. titu.
12 prox.ver.item quod est magistratus.†¶Item episcopus,dum sa
cra facit,& monachi,& eremitæ,& is, qui cum equo in causa pu-
blica transuehitur:& is,vel ea,qui vel q̄ nubit:& iudex dū de cau
sa cognoscit:&is,cuiꝰ causa apud maius tribunal agit:& is,q̄ ducit
funꝰ familiare,seu iusta mortuo faciēs obseq̄a, vel q̄ cadauer p̄ se
proseq

ADDITIONES.

a Reconuentionis. ¶Vide quod scripsi de iudic.at si clerici. super gloss.ij.

b Omnes.¶Supple ferè,vel quasi,propter id quod sequitur.Hanc autem quæstionem plenè tractataui de oblig.ad ratio. c. vno. super gl.ratiociniis.Adde,quod plenè tractat:quia furtum facit Oldra.vt ibi ponam

c Maluerit.¶Si coram omnibus hic citetur, vide ĩ. de citatio. in fi.

d Renunciauerint. ¶Secundum Accur.in præ. §. & hæc omnia. & apertius in l.alias.Auth.habita.super ver.litem.quod ibi non placet.Cy.not.cum nō renunciauerit,vt corpus, vel collegium: per non vsum autem perdi non potuit,secundum eum, qui remittit ad l.j.& ij.C.de seruitut.

e Habita.¶An satisdare teneatur,& coram quo,vide infrà,de satisda.§.ij.ver. quid ergo.

f Circa fi.¶Ista lex penultima est & secunda, & eius verba habent extr.vt lite non contest.quoniam §.pe.& ponit casum specialem quo lis habetur pro contesta. ad vnum finem tantùm, scilicet interrumpendæ prescriptionis:videat tamen scholaris ille,quomodo caueat : quia si simpliciter cauet stare iuri, procedat quod est est dictum.Secus si caueret stare iuri corā illo, per id quod statim sequitur.

g Quòd non.¶Licet gl.teneat contrarium in Auth.habita.tamen vt ibi etiam tenet Cy.in iij.quæstione, communiter moderni tenēt hoc dictum.Pro quo facit:quia aliàs esset tardius finis litis. Alle.etiam l.ij.§.pe.ff.de iudic.Dicunt enim,quòd rei fugiunt contestationem litis, ad quam actores properant: de quibus loquitur lex,si conuenerit. Ad l.si cum dotem.ff.soluto matrimo.§. eo autem tempore.quam etiam allegat Accur.respondetur vt ibi not. in j.gl.quòd ibi voluntatis mutatio nulli erat damnosa:hîc secus, vt prædixi.

h Ciuitatensibus.¶In quibus locum non habet constitutio,habita quæ expressè loquitur de peregrinantibus ad studium.

i Fortè. ¶Vbert. quem statim allegat, dixit non puto reprehensibile.

k De Deo.¶Cauil.lib.iii.sub rubri.de priuilegio scholastico.Vber. autem hoc dixit ante finem ver.quem allegauit s̃.ti.prox.in prin. Ineptè tamen auctor præponit Vber.Io.quo ad scripta,etiam lib. Cauil.rationem dixi super Proœmio huius libri,vbi de eis tracto.

l Contradicit.¶Vide quod scripsi de fo. compe. si diligenti. super glo. hic ergo. Adde vltra ea, quæ dicūtur in c.postulasti. quòd clericus non possit se voluntariè subiicere laico.Bald.consil.cclvi.li. iij.& clxxvj.lib.ii.An autem clerici coniugati,vt sunt Græci, gaudeant beneficio aliorum clericorum. Bald. consuluit quòd non, eius consi.cccxx.lib.i.

m l.ij.¶Dic,vt ibi no.in gl.ij.

n Annum.¶Aetatis suæ.

o Statuimus.¶Facit quod no.in salutatione Sexti,super verbo,cōmorantibus.& quod ibi dixi.

p l.seq.¶Quæ lex geometras vocat calculatores,& quare geometræ dicantur,ibi no.

prosequitur:& qui certo loco causæ adesse habet,& infans,& furiosus non conueniuntur.ff.de in ius voc.l.ii.iii.& iiij.in prin.& ĵ.
13 ver.item hæres.xcvi.di.Constantinus.†¶Item legati & cæterorum negotiorum executores coram aliquo,siue Romæ,siue alibi non conueniuntur:imò priuilegium reuocādi domum habēt. ff.de iud.l.ij.& l.non aliàs.& l.seq.extra. de foro compe. c. fi. & ĵ. tit.de accusato.§. item nec legatus. Sed nec is, qui venit Romam ad concil.v.q.ij.vocatio. ext.de dila.c.fi.vel pro aliqua alia iusta &
a necessaria causa & probabili:vt extra.de foro compe.c. fin. [a]Sub quo comprehenduntur ferè omnes,qui continentur ff. & C. ex qui.cau.ma.puta causa appellationis exercēdæ, vel testimonii ferēdi,vel promouēdi electionem, vel postulationem factā,nisi ibi perfectis negotiis moram trahant vel ꝓhant, vel alia negotia aggrediantur:vt in præ.l.ff.de iud.l.ij.§.legatis. & §. omnes.& l.quid enim.& in Auth.col.ix.de sanct.episc.§. reuerendissimi verò. Secus autem,si veniant pro impetrandis priuilegiis,vel immunitatibus,vel aliis suis vel ecclesiæ suę negotiis procurandis:& sic curia seruat,in præ.concor. Quid si is, cui competebat ius reuocādi domum coram aliquo iudice citatus obtinuit in aliqua interlocutoria coram eo,vel etiam succubuit,sed non appellauit: demùm ante litis contestationem petit sibi concedi ius reuocandi domum, nunquid habebit?Resp.non:& sic fuit pronunciatum.argu.in his quæ not.ext.de re iud.inter monasterium.Cętera de hac materia prosequere secundum dominum meum in Summa de excep. §. fin.item effectus.& seq. & plenius secundum Papam ext.de foro
b compe. c. fi. [b]†¶Item si quis ob aliquam causam de ciuitate vel
14 diœcesi ad curiam ordinariam vocatus est,& alius eum ibi inueniens velit conuenire,potest excipere, quòd nō venit ad hoc: &
c ideo habet ius reuocandi domum,secundū Io.de Deo [c],& Vber. de Bo.arg.ff.de iud.l.ij.extra.de dila.c.fin. Alii cōtrà:nisi pro publica & commmuni causa vocatus fuerit:vt extra.de dilat.exposuit. quia vbi te inuenero,ibi te iudicabo.arg.ij.q.i.si peccauerit.in fin. & q.vij.c.j.C.vbi de cri.agi opor. Auth.qua in prouincia.&arg.ex
15 tra.de ele.bonæ memoriæ.j.ver.porro. †¶Vbi præsumitur quis citatus,ex quo in iudicio inuenitur, maximè vbi nō subest causa,
d quare hoc priuilegium debeat habere:quia tunc haberet [d]. ff. de minori,quòd si minor.§.j.& ff.ad Trebel.si legat° in prin.extra.de verb.sig.abbate. de do.cum dilecti. Non tamen negant, quin debeat inducias deliberatorias,& alias à iure concessas obtinere. ar. iij.quæst.iij.ca.induciæ. §.offeratur.& l. ei autem. Item hæres defuncti,aut parens,aut liberi,aut coniunx,aut cognatus,aut agnatus,aut affinis,vel fideiussor, vel alius nomine defuncti, non conueniitur intra nouem dies ab obitu numerando. C.de sepul.viol. l.final.& Authent.ibi posita.in Authenti. vt cùm de app.cogno. §.pe.Item pater vel patronus venia non petita.ĵ.de dolo & contu.§.restat.ver.sed & vocans.Item suus hæres non conuenitur ante confectionem inuentarii. C.de iure deli.l.fi.extr. de testa. Raynaldus.in fi.arg.xij.q.ij.hæc huius placiti.& c. charitatem. Item is, cui conceditur ne intra certum tempus conueniatur, non respōdebit intra illud.C.de præci.Impe.off. quoties. Item si fiscus concurrat cum aliis vendicātibus hæreditatem alicuius,ius fisci prius exeutietur:&aliorū vendicantiū,& aliorū creditorū actiones differentur:vt ff.de iu.fisci. apud Iul.& facit ff. si cui plus quàm per l.
e Fal.si hæres [e].& hæc exceptio,quæ dilatoria est fauore fisci,videtur quasi ex iure communi competere:vt ff.de interrogato. ac. l. iiii.in fi.Caue tamen aduocate rei,ne actio sit sublata:per id quod habes C.de peti.hære.l.fi.Item reus excipiet contra citationē: qđ
16 dic.vt ĵ.de citatione.†¶Item quòd conuentus est pupillus, vel vidua,vel orphan°,vel debilis,vel morbo diutino fatigatus,& huiusmodi personæ miserabiles: quæ si principem proclamant, vel etiam ecclesiam,quandoquę possunt etiam ordinaria iudicia declinare.C.quando Imper.inter pup.& vi.l.vna.lxxxvii.di.ca.i.& ii. & per totum.ext.de fo.compe.c.ex tenore.de off.dele. significantibus.C.de episc.&cle.orphanotrophos.Ita tū si sit grauis infirmitas.extr.de procur.c.ii.v.q.iii.si ægrotans.ff.si quis cau.l.ii.§.si quis in iudicio.Vel est expoliatus.iii.q.ii.si episcop°.extr.de restit. spo. frequens.C.de don.inter vi.& vxo. si maritus. Vel dicit se paratū soluere,& litem vitare.ff.de procur.si reus.ff.si cer.pe.l.fi. Vel quæstionem sibi motam nō præiudicare alii prius à se motæ.ff.de pe. hær.si quis libertatem.C.de ord.iud.iii.q.xi.&ext.de ord. cog.per totum. Vel se rem petitā non possidere. ff.de rei ven.l.fi. Vel dilationem sibi concessam pendere:vt iii.q.iii.ca.induciæ.§.offeratur. extra.de app.significante. Vel litem sibi motam,à iure esse prohibitam.xi.q.i.sacerdotibus.C.de obsequiis liberto.l.i.ff.de iudic.lis C.vt nemo priua.per totum, vel libellum ineptè esse formatum. C.de formu.l.ii.& ii.q.viii.c.perscripta.§. libellorum. & in præ. c. sacerdotibus.Vel si fideiussor obiiciat reum principalem , vel bonorum possessorem , prius fore conueniendos. C. de fideiussor. Auth.præsente.ĵ.de renunc.& conclu. & C. de act. & obl. Auth. sed hodie.Item excipit de tempore feriato.C.de fer.omnes. ff. e. l.i.extr.eo.c.fi.& de iud.c.fi.ff.de in ius voc.l.il.in fin.xv.q.iiii. pla-
17 cita. † ¶Item non potest agi contra infantes , vel minores xxv. an.vel fuiosos, vel mente captos,& similes personas,sine tutoris
f vel curatoris autoritate [f].ff.de admi.tu.l.i.&ii.C.si aduer.rem iudi. l.fi.C.qui legi.personam ha.l.i.& ii.& ff.de re iud.acta.& l. contra pupillum.C.de epi.& cler. orphanotrophos. Nec etiam hi agere possunt:vt s.in tit.de actione in diuersis locis.Item nec filiusfa.vt ibi dixi in ver.sed & filiusfa.& seq.Item Respublica acephala conueniri non potest,sicut nec minor.C.lib.xi.de cur.Reipub.l.i. C. qui.cau.ma.in inte.re.Respub.& sicut nec ecclesia:vt extra.ne se.
18 vac.c.fin.†¶Item tutor, vel curator,vel alius administrator,maximè necessarius , finito officio non conuenitur de contractibus bona fide cum eo initis nomine eorum , quorum negotia gesserunt.ff.quando ex fac.tu.vel cu.l.post mortem.ff.de re iudic.l.iiii. C.de admi.tu.cùm quidā.ff.de instito.l.fi.de procu.Plautius.Nec etiam agunt,vt dixi s.in ti.de act.ver.item tutor.Durante verò officio respondere tenentur,alioquin ab administratione remoue-
g buntur [g]:vt C.de procu.l.iii.& ĵ.de accu.versi.item nec maior. Et nunquid erit in prælato idem,vt ex hac causa possit remoueri?rū non. Prędicta enim lex loquitur tantum de his,qui habent onus, non emolumētum. Quid si tutor ideo non vult defendere, quia scit pupillum malam causam fouere:& vult potius,quòd aduersarius mittatur in possessionem,nunquid debet aduersarius audiri?Respon.si pupillo expedit magis,quàm aliud, quòd fiat missio non audietur aduersarius.Nam tutor defendere videbitur hoc ca
h su [h] ad instar procu.ff.de procu.sed & hæc.§.fi.& seq.secūdū Alb.
19 Pap.†¶Itē seruus,monachus,conuersus,professus,&hmōi.non ꝯueniuntur.C.de iu.seruus.& l.seq.C.de rei ven.non solùm.ff.de reg.iur.cum seruis.extra.de syndico.c.vno.ff.de iudic.lis nulla. & s.versi.item episcopus. De hoc tamen, & qualiter formabitur li-
i bellus contra eum,no.ĵ.de stat.mo. [i] Nec etiam hi agere possunt, vt dixi s.de actore.ver.item quòd est seruus.&ver.item excipitur contra act.Sed an monachus potest accusari? Videtur quòd sic:extra.de simo.dilectus filius A,non tamen quo ad pœnam pecuniariam:quia proprio caret.xii.quæ.i.nolo.extrà.de sta. mo. cùm ad monasteriū.sicut dicā in seruo.ĵ.ti.de ac.in prin.Et hęc vera sunt,
k nisi abbas velit eū defendere.ff.de re iu.l.si seruū.Rof.verò not [k]. quòd

ADDITIONES.

a c.fi.¶Et ibi super verbo,Necessaria.scripsi quid de illo, qui venit pro restitutione in integrum impetranda.
b c.fi.¶Et ibi plenè scripsi super vlt.gl.
c Io.de Deo.¶Cauil.lib.iii.Rub.de excep.quę datur legat.Vber.autem hoc dicit post dictum supra illius ver.sed quid si scholaris.
d Haberet. ¶Reuertitur ad primum dictum, & clarius ponit dictū Vber.quàm posuit ipse Vber.vel Io. allegat tū Vber.easdē leges.
e Si hæres. ¶Istæ duæ leges videntur contrariæ. Prima dicit idem quod s.ista dicit, quòd fideicommissum soluendum cū cautione de restituendo. Sed vtrobique dicunt gl.in prima lis iam erat mota per fiscum,in secunda non:vnde ver. iste ponit fiscum concurrere cum aliis vendicantibus.
f Auctoritate.¶Quærit Rof.tit.vii. ante medium : quid facere debeat, volens conuenire pupillum vel minorem ? Respondet , ꝙ conueniam pupillum maiorem septennio,& minorem adultum si pupillus est minor septennio,conueniam tutorem solum,si illum habet:aliàs petam illum sibi dari:in adulto,si curatorē habet, & si minor est præsens,ipsum conueniam,& in sui personam formabo libellum: cui respondebit cum auctoritate curatoris: si est absens minor,concipiam libellum in personam curatoris. si non habet,petam sibi dari:& dabitur sibi inuito ad litem. Alleg. C. de iure delib.l.potuit.et l.si infanti.C.qui pe.tut.l. i. ff. de tuto. l. qui habet.§.idem Cassius.& ad Treb.l.restituta.§.i.& alleg.infrà.
g Remouebuntur.¶Si iudici videbitur.De hoc s.ti.proxi.§.i. ad fi. versi.Sed quæritur vtrum pater.
h Casu.¶Quando sic expedit pupillo,&sic esset dominus prudens facturus: aliàs autem cum missio in possessionem fiat propter rei defensam,constat quòd defendere nō videtur.Et super hoc vide quod no.in §.fi.statim alle.in gl.regulam ponit.
i De statu mona.¶in prin.
k Verò not.¶Suo tit.viii.versi.penult.&versi.sequen.est vltimus. Adde Bal.in l.si seruus ignorante. C.de noxa. vbi quòd seruus & monachus in iudicio criminali habēt legitimā personam in se defendendo.& idem dicit in filiofamiliàs,qui habet legitimam personam in criminali in defendendo seipsum sine patris auctoritate.Et adde Lu.Ro.consi.ccclxxv.inci.in proposita quęstione:vbi an abbas habeat iurisdictionem in monachos, etiam in criminalibus,vbicunque deliquerint. & ibi an monachus punitus de delicto per abbatem possit per episcopum vlterius puniri. & vide latè G. Papæ in quæstionibus suis q. dliiij. inci. ad quem pertineat correctio.Henr.Fer.

quòd monachus, & similes, si delinquant, accusantur: licet aliàs
non agant, nec conueniantur: vt in pre. ver. item excipitur contra
actorem, sicut & deportatus. ff. de pœ. aut damnum. §. inter eos.
& l. in seruorum. §. quod enim. & l. capitalium. §. in exulibus. ff. de
acc. l. si cui. §. fi. in auth. de sanc. epi. §. si monachus. de nup. §. secun
dum occasionem. col. iiij. extra. de priui. c. volentes. lib. vj. C. vbi
de cri. agi opor. auth. qua in prouincia. in prin. Mar. de Fa. dixit, quod
si monachus accusetur de crimine: ipse se defendet, & nō Abbas:
potest tamen abbas ei assistere. C. de accu. l. j. & ij. & ad l. Iul. de vi
pub. seruos. C. de nox. si seruus. in fi. C. de epis. & cl. auth. causa. De
a hoc ĩ. de sta. mo.[a] & ibi not. qualiter tunc agitur, & qualiter con-
20 cipiatur libellus. † ¶ Sed nunquid pro commissis ante ingressum
conuenietur monasterium? Videtur quod sic: & si nolit defendere, &
agetur ciuiliter: & de bonis eius, quæ monasterio obuenerunt, sa
b tisfiet agentibus. arg. Instit. de acqui. per arro. §. fin.[b] Si autem cri-
minaliter ageretur, contrà credo: cùm omnia crimina in ipso in-
c gressu sint extincta. in auth. de monachis. in princi. colla. j.[c] & de
pœ. distin. j. c. quis aliquando. §. his auctoritatibus asseritur. prope
principium, extrà, de filiis presbyte. c. j. licet dici possit extincta es-
d se, quo ad Deum.[d] † ¶ Itē is, qui negat se seruū habere, vel in po-
21 testate sua esse, non conuenitur rei vendi. vel noxali actione. ff.
de rei vend. l. penultima. §. finali. ff. si ex noxali causa aga. l. secun-
22 da. extrà, de iudi. c. examinata. † ¶ Item is, qui nulla tenetur actio
ne. ff. de eden. quædam. ff. ad exhiben. thesaurus. Item potest exci-
pi per illos casus, in quibus fallit illa regula: actor debet forum
rei sequi: quod dic vt ĩ. de compe. iudi. adi. ¶ Item conueniri non
23 potest is, qui in infirmitate detentus, vel † ad maius tribunal vo-
catus est. ff. de iudi. si prætor. ff. de re iu. quæsitum. §. j. extra. de pro-
24 cur. c. ij. v. q. iij. si ægrotans. xviij. distin. si episcopus. † ¶ Item reus,
qui debitum confitetur, & paratus est soluere, non cogitur iudici
um suscipere. ff. de iudic. si debitori. quòd si partem confiteatur,
per illam etiam non cogetur. vt ff. si cert. pe. quidam existimaue-
runt.

ADDITIONES.

a De statu mona. ¶ In prin.
b §. fin. ¶ Hugolinus allegat ad idem ff. de capi. dimi. l. tutelas. §. fi.
c Collatio. j. ¶ Hucusque Rofr. & est finis tituli.
d Deū. ¶ Et quo ad ecclesiam facit, quod no. in præ. §. his auctorita tibus. in gl. ar. quod & de voto scripturæ.
☞ Quid si pendente appellatione reus accusatus est effectus clericus. Ioan. And. in c. j. de oblig. ad ratioci. Bar. in l. j. ff. de pœn.

¶ Bald. De Reo.

QVI promittit aliquē repræsentare sub pœna, nec adiicit tempus, nec dixit ad mandatum iudicis, vel partis requisitionē, habet semestere tempus ad euitandam pœnam: vt C. de fideiuss. l. sancimus. G. Item sufficit repræsentare vsque ad sententiam, quia talis fideiussor post sententiam non tenetur, nec sistere, nec soluere: quia clausula, De iudicio sisti, non continet clausulam iudica. solui. ff. de fideiuss. l. Græce. §. post litem. vbi de hoc. Sed econtrà clausula, iudicatum solui, vel soluere iudicatum. non enim sunt verba ista formalia. ff. de præstit. l. ij. continet tres clausulas: quia finis continet principium & medium, & ipsum de necessitate præsupponit: sed non contrà. vnde sententia includit processum: sed processus non includit sententiam. Sic & satisdatio, quæ concernit sententiam, totum processum spectat. Sed satisdatio, quæ concernit processum, nō continet iudicati executiōe. Sic ff. de pac. l. sed si tm. & de solu. l. hoc iure. Est & alia ratio: quia iudicium non porrigitur post sententiam: quia finitur per sententiam: ergo & promissio de iudicio sisti finitur. ¶ Sed quid si quis generalius promisit, scilicet sistere & parere mandatis curiæ, vtrum teneatur lata sententia? Dic, quòd non: quia istud de parendo mandatis, venit accessoriæ ad promissionē, vnde non semper per ipsam satisdationem de iudicio sisti, debet parere mandatis secundum naturam satisdationis. ff. de in ius voc. l. eum. Pro quo facit, quòd no. Dy. ff. de verb. oblig. l. continuus. §. cùm quis. Bal. Vide ĩ. de acc. §. verò qualiter. & ĩ. prox. ¶ Sed an reus qui promisit de iudicio sisti, & parere curiæ, potest opponere exceptionem iudicis incōpetentis? Et videtur, quòd non: quia in eum consensit, cùm eius mandatis se submisit. ff. de iurisdi. om. iudi. l. est receptum. In contrarium facit, quia ista verba sunt intelligenda secundum ius commune: vt no. in d. §. cùm quis. & no. ff. de reg. iur. l. nō videtur. §. qui iussu. & de ope. lib. l. si libertas. Item persona non sui iudicis, nō fundatur per satisdationem: vt C. de lit. conte. auth. offeratur. Facit quod no. Cy. C. de spon. l. fi. Sol. per simplicē de iudicio sisti promissionem non excluditur obiectus contra iurisdictionem: sed cùm qs promisit mandatis eius, p hoc prorogatur iurisdictio. arg. no. in l. pe. ff. de arbi. per Accur. & Gul. Et ideo subdistingue: aut ista promissio fit iudici, qui ex priuilegio poterat recusari: & tunc perditur priuilegium. C. de pec. l. pen. Aut iudici extraneo: & tunc etiam videtur, quod possit pœnitere: vt l. si conuenerit. ff. de iuris. om. iudi. Hoc non credo: & ideo dic, quod si promisit per errorem, non valet. secus si ex certa scientia, non per metum. ff. de iudi. l. ij. ff. si qs cau. l. sed & si quis. §. fi. Nam per contrarium contractum factus est subditus illius iudicis, & fori, quo ad illam causam. & vide qđ no. ĩ. ver. quid si scholaris per G. ¶ Si lite pendente quis sit effect9 clericus, non impeditur per hoc cognitio: sed executio iudicis secularis. versi. quid si est. G. Certè si clericus est litigiosus, vt ita dixerim, & ideo nil sibi opitulat̃, facit. ff. de iur. om. iud. l. pe. Bal. Vide Io. An. de obli. ad ratioci. c. j. Bald. ¶ Scholaris clericus non potest conueniri sub rectore laico, sed sub clerico, si quis scholaris est aduena, sic. Sed si studet in ppria diœcesi, non potest cōueniri, nisi coram diœcesano. ver. quid si scholaris. G. Si tamen clericus est pelliparius, potest conueniri sub camerlingo occasione artis. C. de iuris. omnium iudicum, l. fi. quia clerici negociatores, quantum pertinet ad eam negociationem, iure laicorum communi vti debent. C. de episc. & cleric. l. ij. Isti enim, vt sic dixerim, nō sunt puri clerici. arg. C. de sacros. ecc. l. cui sub ptextu. & de vita & hon. cler. c. fi. Bal. Qui habeant ius reuocandi domum. ver. item legati. & ver. seq. cū sunt in curia Romana. G. ¶ Præsumitur quis citat9, ex quo in iudicio comparuit, & ideo si offertur ei libellus, non potest dicere, Cita me, & ego veniam: sed bene potest petere terminum ad deliberandum. versicu. si quis ob aliquam. G. ¶ Certè si iudex eum non monet, potest illicentiatus recedere, & tota die hoc fit. Si enim præsumitur citatus, & illicētiatus recederet, esset verus contumax: vnde non præsumitur citatus. ff. de in ius vo. l. j. Tamen præsentia idem quod citatio operatur: quia non refert qualiter quis sit in iudicio, per citationem, vel sine. ff. de re iudi. l. de vnoquoque. & nota. in c. vlt. de elect. li. vj. in Nouella. Nam citatio non fit ad deliberandum, sed comparendum. Parū ergo de modo curamus, si finē habeamus: & ista est cōis opi. & vera. ergo per talē libellū reo præsenti oblatū interrumpitur præscriptio: sicut per efficacem citationem tam in ciuili, quàm in criminali. ff. de adult. l. miles. §. sexaginta. quod tene mēti. Nam & quædam fiunt sine citatione. ff. ad Trebellia. l. recusare. & l. ille à quo. Bal. & vide ĩ. de lib. cōcep. §. reo non citato. & quòd de teste præsente citato, vide ĩ. de teste. §. valet dictum. Et etiam suus hæres habet dilationem trium mensium propter inuētarium. ver. item suus. G. incipit quod à die immissionis, quā creditor probare debet, si negetur. ff. de condi. furti. l. ij. ff. de inter. act. l. ij. & iij. ff. sol. ma. l. si cū dotem. §. transgrediamur. in gl. Bal ¶ An monachus possit conueniri. Ciuiliter non, criminaliter sic, ad pœnam in corpus luendam in defectum pecuniæ. Item ad pœnam corporalem. ff. de acc. l. hos accusare. §. omnibus. quia natura cōis est. Ciuiliter autem conuenitur monasterium, si monachus obtulit vniuersitatem bonorū: secus si rem singularē, vel nullam: vt no. per gl. & Dy. in l. si peculium. §. j. ff. de pecu. leg. Nam monasterium habetur loco hæredis ratione rerum, non ratione personæ: imò est successor anomalus sicut pater, qui occupat iure peculii, & fiscus iure caduci. ff. de noua. l. nouatio. ff. solut. mat. l. si constante. §. fi. Insti. de eo, cui li. cau. §. fin. Bal. Et si monachus diuisit matrimonium per quotas, monasterium non tenetur nisi pro rata. ff. de religi. l. si pro rata. licet tamen monasterium possidendo vnam rem singularem, non conuenitur tanquam obligatū tamen non defendit monachum, patitur in illam rem missionem. Insti. de acqui. per arro. in fi. de hoc in versi. item seruus. cum seq. per Gul. & Iac. & Cy. in auth. causa quæ fit cum monacho. C. de epis. & cle. vide ĩ. de statu mo. §. iuramentum. & ĩ. de acc. §. potest clericus. Bal. ¶ Ille, qui non vult recipere libellum, sed soluere, non dicitur litem contestari, sed declinatoriam opponere, secundum Gul. ff. de procu. l. si reus, Item si non vult recipere libellum, nec soluere, sed confiteri debitum, non videtur litem contestari: sed fit præceptum in eum officio iudicis: vt l. si debitor. ff. de iudi. & nota. ff. de inter. act. l. vbicunque. Si verò reus libellum iam susceperit, offerendo debitum, non videtur litem contestari, sed perimere contestationem litis & sententiam. Si verò non offert debitum, sed confiteatur libello suscepto, & in figura iudicii: tunc fit litis contestatio de plano, in qua non requiritur iuramentum calumniæ, vt no. ff. de nego. gest. l. at qui natura. §. cum me absente. Si verò contradictionem opponit fit litis cōtestatio, & exigitur calumniæ iuramentum. C. de iud. l. rem non nouam. C. de iur. cal. l. ij. in prin. C. de excep. l. si quidem. Bal. ¶ Si pater satisdat pro filio de iudicio sisti, an videatur persona filii legitimari, sine aliquo consensu? Videtur quòd sic. ff. qui satisdat. cogan. l. fili9. sed ibi pater erat in iudicio nomine filii, nō filius. Ad idem: qa qui fideiubet, ɔsentire vr̃. ff. ad Mace. l. sed si pr̃. §. non solùm. Tñ si ista satisdatio præstatur ante litem contestatam non videtur sufficere: qa oportet qđ pater cōsentiat alio tēpore, scilicet tēpore litis cōtesta. ff. solu. ma. l. si cū dotem. §. eo aũt tēpore. & istud est tutius. Tamen ēt credo primum verū: quia consensus perseuerat, donec reuocetur: & quotidie ɔsentire vr̃. arg. ff.

de vſufru.acere.l.j.in fin.Bal.vide j.ti.proxi. §.conuenitur.& ſeq. & §.an ſufficiat.& j.prox.¶Sed quid ſi ſtatutum dicat, quòd filius non poſſit ſe obligare ſine expreſſa licentia patris: & in eodem inſtrumento filius & pater principaliter ſe obligant: vel vnus pro altero fideiubet, nec dicitur, quòd pater dederit licentiam filio, an ſufficiat? Quidam dicunt, ꝙ non: quia eſt tacita licentia, nõ expreſſa. Videtur enim fideiubere, non conſentire.ff.qui.mo.pig.taci.cõ.hi.l.ſi gratuitam.§.j.ff.qui.mo.pig.vel hyp.ſol.l.Titius Sempronius.in prin.Nam & duo rei videtur inuicem fideiubere.l.vir vxori.§.fi.ff.ad Vell.Sed arg.quòd ſufficiat.ff.de proc.l.filius.§,ſed & filia. Et ſi dicatur quòd non eſt expreſſa licentia, dico ꝙ ſatis eſt expreſſa rebus ipſis & factis.ar.ff.de leg.l.de quibus.& neceſſariò ſequitur ex verbis, quod ex tenore verborũ apertè colligitur.ar.ff.de lib.& poſth.l.Gallus.§.fi. Nam & ratione ſtatuti ſatisfactum videtur: ergo & ipſi ſtatuto,ff.de ritu nup.l.libertus.§.ſenatus. C.de iudi.in l.fin.de condi.& demõ.l.cum tale.§.pe.in gl.Sed quidã pronunciabit contrarium, inhærẽs verbo, expreſſa.ar. ff. de auto.tuto in fin.cum glo.& l.etiam.& quod no.ff. de re. iur.l. vbi non voce.ff.de adoptio. l.ſi pater naturalis.per Gul. Nam nec tutor ſi ſe obligat vnà cum pupillo, dicitur ipſe ſufficienter autorizare: quia requiritur verborum expreſſio, quod eſt tutius. Bald.vide j.de procur.§,ſufficit generalis.

a ¶ De Accuſatore.[a] Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Conceſſum eſſe intelligitur, quod non eſt à iure prohibitum.*
2 *Accuſare an poſſit quis vniuerſitatem de crimine contra ſe commiſſo.*
3 *Accuſari an poſſit quis bis ſuper eodem actu.*
4 *Accuſatus à conſanguineo interfecti, an iterum poſſit à fratre eiuſdem interfecti accuſari.*
5 *Pax facta de vulnere, intelligitur facta de omni eo quod ex eo naſci poteſt.*
6 *Vulnerans aliquem, ſi actione pendente de vulnere condemnetur, vel obſoluatur, poſtea autem vulneratus decedit, an poſſit iterum accuſari.*
7 *Accuſans de vulnere, & petens punitionem, dicitur criminaliter agere.*
8 *Iudex an condemnare poſſit vulnerantem pecuniariter, qui ſimpliciter petitus eſt puniri.*
Vulneratus pecunia recepta remittens iniuriam, an poſſit poſtea agere de expenſis in vulnere factis.
9 *Opponi poteſt contra accuſatorem, quòd inuitus fecit.*
10 *Accuſans ſocius criminis & particeps repellitur.*
11 *Iniuriantes ſe mutuò, an poſſint ſe mutuo accuſare.*
12 *Accuſator repellitur, vbi iam tranſegit, vel pactus eſt de crimine.*
13 *Clericus an poſſit paciſci, ne prælatum ſuum de crimine commiſſo accuſet.*
14 *Frater non poteſt fratrem criminaliter accuſare.*
Affinis poteſt affinem accuſare.
15 *Accuſans non debet ex odio procedere.*
16 *Mulier quibus caſibus accuſare poſſit.*
17 *Excipi poteſt contra accuſatorem, quòd eſt pupillus vel impubes.*
18 *Pubes accuſare poteſt cum tutoris auctoritate.*
19 *Pupillus, vel minor xxv.annis, non poſſunt de crimine publico accuſare, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequantur.*
20 *Agnitionem meri vel miſti imperij habentes, non poſſunt ante depoſitum officium accuſari.*
Defenſores ſeu minores Poteſtates ciuitatum poſſunt accuſare & accuſari, agere & conueniri.
21 *Opponi poteſt de accuſatore, quòd eſt infamis, niſi in quinque caſibus.*
22 *Excipitur cõtra accuſatorẽ ꝙ eſt hæreticus, vel Iudæus, vel ſchiſmaticus, &c.*
23 *Contra agentem de adulterio excipi poteſt de lenocinio.*
24 *Excipi poteſt contra accuſatorem, quòd eſt pauper, & in prætio deceptus eſt.*
25 *Excipitur contra accuſantem quòd eſt libertus, beneficiatus, filius, vaſallus, &c. qui non poſſunt eos accuſare, in quorum domibus nutriti ſunt.*
26 *Accuſatus nõ poteſt pendente accuſatione ſuũ accuſatorem, vel aliũ accuſare.*
27 *Calumniantes ad vindictam poſcit ſimilitudo ſupplicij.*
28 *Inimicus repellitur ab accuſando & ab excipiendo.*
29 *Inimicitiæ quæ repellant ab accuſando.*
30 *Alienigena, homicida, maleficus, fur, ſacrilegus, &c. repellũtur ab accuſando.*
31 *Opponitur accuſatori, ꝙ nõ eſt bonæ æſtimationis, vel fidei, & ꝙ temerè accuſat.*
32 *Accuſans alienor nomine non admittitur in iudicio.*
Crimina ſpacio viginti annorum extingui.
33 *Reo moriente crimen extinguitur.*
34 *Opponitur accuſatori, quòd libellum non rectè concepit.*
35 *Frater non poteſt accuſare eum, quem prius frater ſuus accuſauit.*
Obijciens turpem exceptionem, an poſſit iniuriarum conueniri.
36 *Fideiuſſori recuſato competit iniuriarum actio cõtra recuſantem, quia recuſatio eſt quaſi exceptio.*
37 *Perſonæ quæ in certis caſibus repelluntur, ſi ſuam ſuorúmque iniuriam proſequantur, admittuntur, præterquam in octo criminibus hic enumeratis.*



VISO de Actore, videndum eſt de Accuſatore. Vnde videamus qui non poſſunt accuſare: quo intellecto, ſciemus, qui poſſint.ff.de accuſ. qui accuſare. Inſti. de ob. quæ ex quaſi deli. naſcuntur *. lxxxviij.diſtin.eiiciens. Hoc

ADDITIONES.

a Hic aduertendum, quòd in hoc volumine habemus quatuor rubricas, quæ cum allegantur, integrè ſunt ſcribendæ, de Accuſatore hîc, de Accuſato, quæ ſequitur: de Accuſatione in parte tertia, & in quarta de Accuſationibus. Item eſt ſciendum, quòd Legiſtæ habent in C.ſpecialem rubricam, qui accuſare non poſſunt: quæ congruit huic nigro, quia ſpecialiter ad hoc tendit. & Azo ibi in Summa innuit actorem, & noſtri Summiſtæ ſuper rubrica de accuſa. Goff. vſque ad ver. accuſari. Hoſt. in ij.§. Baga. in prin. vſque ad verſ.nũc de ciuilibus oſtendit accuſatorem repelli ratione ſui, ratione accuſati, ratione miſta vtriuſque, ratione iudicis, item ratione ipſius iudicis & cauſæ, & ratione temporis. Tanc.in ſecunda parte rubricę de criminibus, & ſeq. quaſi nil ad propoſitũ. Roſ. in libellis iur.canonici.in princ.ij.partis, poſuit xij.rubri. de ſingulis perſonis, quæ accuſare nõ poſſunt, quod multum iuuit auctorem. Vber.de Bo.de hoc in pe.col.§.quem allegaui ſuper rubrica de actore. Vber.de Bo.fecit ſpecialem rubricam de his, qui in criminalibus actionib.repellũtur, quę eſt tertia rubrica. aliàs eſt pars ſecundæ, ex qua ſatis adiutus eſt auctor: de reliquis dicetur in tit. de accuſatione, & de accuſationibus. Et circa rubricam congruè quæritur, ſi per ſtatutum non poteſt quis accuſare de crimine publico ſine conſenſu offenſi: & A. accuſat B. de crimine publico, dicens, Ego A. de voluntate talis accuſo B. quis dicatur hic accuſator? videtur, quòd conſentiẽs, quaſi ille videatur mandatarius, & per eum mandans accuſet. Veniat regula, qui per alium. cum ſuis exemplis.de re.iu.lib.vj. Item quia potentior eſt in accuſando, & eius plus intereſt: ita quòd præuentus extraneum excluderet. Et ſufficiat j.j.col.ver.ponè quidam.cum ver.ſeq. Tu dic cõtrà: quia per id vitiarentur iura volentia in criminalibus cauſis non interuenire procuratorem.extr.eo.tit.veniens.& c.ſeq.in fi.ff.de pub. iudi.l.pe.§.j. Item aliud eſt agere, aliud agenti conſentire. ff. de re. iur. Alius curioſus in hoc proſequendo videat quæſtionem domini Ia.But.patris, qui hoc miſtis duobus articulis plenè diſputauit in quæſtione, quæ inci.certum eſt. Propter quod eſt ſciendũ, quod idem olim tenuit Lãber.de Rampo.in quæſtione, quæ incipit, duo ſunt capitula, ponens vnum ſtatutum eſſe, de quo s. aliud quòd querelæ bannitorum non audiuntur: nec damna eis illata emẽdantur. ponebat Titium vulneratum à Seio: & quia crimẽ erat publicum, ego poteram vulnerãtem accuſare: ſed quia ex vi ſtatuti neceſſe ſic erat, habui conſenſum Titii offenſi: & accuſaui ante litis cont. vel priuſquam nomen Seii reciperetur inter reorum nomina, Titius bannitus fuit pro homicidio iuſto, vt procedatur in accuſatione. Seius contrà ex vi ſecundi ſtatuti, quærebat quid iuris: & tenuit idem, ſcilicet, ꝙ procedatur in accuſatione, nõ obſtante reſiſtentia accuſati. hoc maximè per l.ff.de publi. iudi. l. is qui reus.in fin. vbi dicitur, quòd damnatus implere poteſt accuſationes, quas ante damnationem inchoauerat, etiam ſi poſt damnatione adimatur ei ciuitas, vel libertas. Intelligit autem inchoatam accuſationem ante damnationẽ, etiam ſi ſuper accuſatione lis cont.non erat. C.qui acc.non poſ.l.neganda.in fi. quę habetur iij.quæ.xj.neganda. Inducit etiam l.quæcunque.ff.de act.& ob. & ff.de ſeruo.cor.l.doli.§.fin.in quibus actiones, quæ ex ſeruo inceperunt cõpetere: ſiue ex l.xij.tab.vel ex l.Aquil.iniuria, furto vel corruptione mihi competunt, quicquid de ſeruo eueniat, manumiſſione, alienatione, vel alio modo. Ponderat principaliter, ſi ego, quia ſtatutum non impediuiſſet, liberè poteram accuſare: cũ crimen ſit publicum, ſtringere gladium, & ferire: & l.Corne.de ſica.punitur.ff.ad l.Corn.de ſica.l.j. Conſenſus ergo offenſi non facit me mandatarium vel procuratorem: ſed ſolũ remouet obſtaculum obſtantiæ: & ſic remanſit in iure communi, per quod verificatur ſolutio. Ad quam additur regula, in ambiguis. §.j. ff. de re. iur.& regula, factũ legitimè.e.ti.li. vj. Sed qd ſi ipſe Titi⁹ accuſaſſet, & poſtea bãnitus fuiſſet, vt s.Dy.in l.antep.ff. de fideiuſ. dicit aduocatos tenere, ꝙ bannit⁹ accuſationẽ inchoatã pſeq nõ poterit, p iſtam l.§.ſed cũ duo quẽadmodũ inchoare nõ poſſet, ſic nec inchoatã pſeq: cũ res ad caſum, à quo nõ poterat inchoari: & qa qđ ĩpedit faciẽdũ, ĩpedit factũ: vt ibi, & ff.đ ſuſp.tu.l.poſtfinitã.aiũt, ꝙ ſi ſtatũ phibeat bãnitũ admitti ad accuſandũ, ipſe bãnit⁹ accuſationẽ inchoatam proſequi poterit, per prę l.qui reus.& hoc ibi placet Dy.& dicit præſtari debere ſecuritatẽ bannito per cõe, quod non offendatur, donec inchoata accuſatio ſit finita. Adde Bart.in d.l.is, qui reus.quo ad ſecundam q.& quo ad q.de accuſatore poſtea ex bannito, vide Petr.de Anch.conſi.308.incip.plura. & quantum ad vltima verba, quòd iudex debeat præſtare ſecuritatem bannito: adde, quòd idem vult Barto.in d.l.is, cui reus. Item ſcias quòd in mandato quod datur ad accuſandum, requiruntur ea, quæ in ipſo accuſato: aliàs mandatum non valet, & tenet Rom.conſil.60.

* Naſcuntur.¶§.j.in fi.ſcito quòd eſt furtum manifeſtum, ſcimus quòd non eſt manifeſtum. Ioan. And.

Hoc enim edictũ prohibitorium est, vt quilibet admittatur, qui
non prohibetur: sicut edictum de postulando: & de matrimonio
contrahendo. & de testi. & de procu. ff. de postu. l. j. extr. de spon.
a cum apud. ff. de testi. l. j. ff. de procu. mutus [a]. Et est ratio: quia † q̃d
1 non est à iure prohibitum, intelligitur esse concessum. extra. de
b transla. episc. inter corporalia. [b] post medium. ff. de proba. l. ab ea
parte. Et quidem multæ exceptiones contra actorem competen
tes, de quibus s. diximus, competunt etiam contra accusatorem:
sicut sciet sedulus lector adaptare. Excipitur ergo primò contra
accusatorem, quòd non est legitimus accusator. extra. de accu. c.
c j. Item [c], quòd non potest quis eodem tempore & eodem libello
duos accusare: vt ff. de accu. hos accusa. §. j. q̃d sic intellige, si plu
res accusationes criminales vellet quis contra duos ex diuersis
factis vno eodemque tempore & in eodem libello proponere,
non potest: nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur. Sed in di
uersis libellis bene potest duos accusare, sed non tres: nisi suam
vel suorum iniuriam ꝓsequatur. C. qui ac. non pos. curationibus.
d & ij. q. j. prohibentur [d]. Vel dic ꝙ nec etiã duos, nisi suã vel suorũ
iniuriam prosequatur, vt ibidem: quia vna accusatio per alteram
ĩpedit: vt ĩ ꝑal. l. & ff. ad adul. iter. §. fi. Nec ob. ꝑ. l. cũ ſoib. q̃a licet ne
get de tribus, non tamen concedit de duob. Fallit aũt hoc ĩ mari
to de adulterio vxoris querente: qui potest in vno libello plures
accusare: vt in præce. l. inter. in fin. Verùm occasione vnius facti
seu criminis potest vnus mille accusare. C. si re⁹ vel accusa. mor.
fu. l. j. ff. de adulteriis. l. vim passam. §. incesti. Nisi in crimine adulte
e rii: de quo non potest ex eadem causa plures accusare [e]. C. eo. re.
os. ff. eo. si maritus. §. fi. & in præd. l. vim passam. §. duos. Sed in in
cestu potest etiam adulterum, & eum, qui domũ præbuit, simul
f accusare: vt in eo. tit. l. nihil. §. fi. [f] † ¶ Sed nunquid põt accusare v-
2 niuersitatem de maleficio cõtra te commisso? R̃n. sic. ff. quod me.
causa. metum. etiam criminaliter, & omnes punientur: vt C. li. xij.
g de re milit. l. tam collatores. De hoc j. ti. proxi. in fi. [g] Sed an in eo
dem libello potest quis de pluribus criminibus accusari: vt j. in ti.
de incidentibus quæstionibus. versic. porrò si diuersæ. Vtrum de
eodem crimine possit agi criminaliter & ciuiliter in eodem libel
lo? Dic vt j. in tit. de fur. in prin. & de incidentibus quæstionibus.
ver. quòd si plures. Item excipitur contra plures vnum accusan-
tes: quia magis idoneus est eligẽdus: vt ff. de accusa. si plures. arg.
contrà, extra. de purg. ca. c. quoties. ij. q. j. in primis. versic. quia agi
h tur [h]. † ¶ Pone, quidam [i] fecit insultum contra quendam militẽ,
3 & eius scutiferum interfecit: miles de insultu in eum facto, &
i de morte scutiferi accusauit quendam: accusatus hoc negauit: lite
pendente, filius scutiferi accusauit eundem: quæritur an possit? Et
k videtur, quòd non. C. eo. l. qui de crimine. arg. contrà. ff. de adul. [k]
l l. iij. §. fi. [l] † ¶ Quid si quis accusatur de homicidio à consanguineo
4 interfecti, & eius nomen inter reos est receptum [m]: demùm fra-
m ter defuncti vult accusare eundem, nũquid potest? Io. dicit quòd
non, nisi tria probet, scilicet præuaricationem prioris, & se igno-
rasse accusationem, & proprium dolorem prosequatur: vt no. in
præ. l. qui de crimine. Alii contrà: vt ff. de adul. l. ij. §. fi. & l. seque. &
no. in ꝑ. l. si cui. §. j. & ff. de ꝑuari. l. p̃euaricationi. Sed hoc locũ ha-
bet, cũ sentẽtia lata est: vt no. j. de aboli. & purga. §. j. ver. porrò. Si
aũt pendẽte accusatiõe veniat fili⁹ dico ꝙ audietur. ff. de adult. l. ij.
§. fi.

ADDITIONES.

a Mutus. ¶ Addit Rof. scito, qui sunt sub potestate, scitur qui sunt sui iuris. ff. de his, qui sui iur. sunt. l. prima. & si iudicatur rem meam esse, &c. ff. de excep. rei iudi. l. si inter me & te.

b Inter corporalia. ¶ Rof. qui ad hæc allegat contraria, soluit vt ibi no. in gl. ar. quod non. in fine.

c Item. ¶ Hoc tractauit Rof. sub vj. rubri. scilicet quòd repelluntur propter quæstum, vel qui duos, &c.

d Prohibentur. ¶ Vbi de hoc, & C. eodem tit. qui de crimine. & vide de purgatio. vul. c. ij. in prin. vbi idem scripsi post Hostien. Adde omnino videndum Pau. de Ca. in l. edita. C. de edendo. & ibi Alexand. qui videtur tenere post Paul. quòd eodem libello possint cumulari plures actiones ex diuersis causis ad diuersa, etiam si non sint vniformes, & eiusdem generis, etiam accusando. & idem tenet Roman. licet præfati de eo mentionem non faciant, eius consi. cclx. sequẽs Pet. & Cy. vt ipse refert in l. eo quod à multis. C. si cer. pe. Pau. de Ca. motus est per c. quærelam. extra. de ele. & per l. si idem cũ eodem. de iur. om. iudi. quia prædicta lex non haberet dubiũ, si intelligeretur in diuersis libellis.

e Accusare. ¶ Scilicet adulterum & adulteram: aliàs contradiceret ei, quod prædixerat. Vt tu purus Canonista intelligas, scire debes, quòd lex non permittit per maritum, vel patrem, vel alium, qui possit adulterum & adulteram eodem tempore accusare vno libello, vel pluribus: sed habet eligere quem prius accusare velit. Hoc verum, nisi quæ dicitur adultera, alteri nupserit, prius ei denũciatione non facta. Et ante omnia de hoc non mireris; quia leges veteres permittebant repudium, & repudiata nubebat. Poterant etiam coniuges secundum illas mutuo consensu diuertere. C. de repud. si constante. quod hodie etiam mutuo cõsensu non licet: vt ibi in auth. quod hodie. sũpta de corpore, vt liceat matri & auiæ. §. quia verò. j. & ij. mulier autem accusata, & conuicta de adulterio puniebatur morte. C. de adulte. castitati. hodie detruditur in monasteriũ: vt ibi, in auth. sed hodie. sumpta de corpore, vt nulli iud. §. adulteram. & de hoc xxxij. qu. j. publico. & de procu. tuæ. Redeo ad propositum: licet adulter & adultera ab eodem simul accusari non possent: vt ff. de adulte. l. si maritus. §. fin. C. e. tit. l. reos. à diuersis poterant. ff. de adulte. denunciasse. §. vltimo. Poterat autem maritus accusationem incipere à quo eorum volebat: nisi, vt dixi, mulier denunciatione sibi nõ facta alteri nupsisset: & tunc incipiet ab adultero: qui si absoluatur, proderit mulieri: vt in præ. §. vlt. l. denunciasse. nisi appareret per collusionem adulterũ absolutum, quo casu licet secundo matrimonio durante mulier accusari non possit, poterit tamen, cùm desierit esse nupta. ff. e. ti. l. adulter. §. fi. Adultero autem damnato, hoc mulieri non nocet, quæ reportare poterit victricem sententiam: vt in præd. l. denunciasse. in fin. Ex hoc vltimo colligas rationem, quare lex noluit simul adulterum & adulterã accusari: quia vnius absolutio alterũ iuuare posset, vt prædixi: & vide j. eod. versi. item excipitur ꝯ agẽtem. Adde, de hac addi. Bald. consi. ccxxxj. incipiente, factum tale est. lib. iiij. vbi consuluit in terminis. & ibi etiam habetur, an statutum loquens de adultero torquẽdo, habeat locum in adultera.

31 Item, quòd est sacrilegus, ea. q. c. pe. †¶ Item, quòd nõ est bonæ æstimationis, vel opinionis, vel quòd mala fide vel intẽtione, vel temere accusat: vel quòd est malæ vitæ, vel conscientiæ, vel mali meriti, vel non pro Deo, sed pro vana gloria, vel odio, vel cupiditate accusat, ii. q. vii. si qui sunt. & ca. seq. & c. clericos. Item, quòd est publicè concubinarius. extr. de ac. c. cum dilectus. Item, quòd odit quemcunq;. iii. quæs. v. omnes. in fin. Item, quòd est histrio, iiii. quæst. i. c. i. Item quòd est absens, qui non potest accusare præsentem, vel econtrà, C. de acc. & inscrip. absente, ii. q. vltim. c. i. & c. per scripturã. & q. i. in primis. ver. quia igit. iii. q. ix. absens. & ca. se. extr. qui ma. ac. poss. à nobis. Item, ꝙ nõ potest vnum pro vno delicto pluribus legibus accusare. ff. de acc. l. senatus. vbi de hoc. de quo dic in ciuilibus. vt s. in titul. de actore. Item, ꝙ non dat libellum accusationis. ii. q. vlt. c. i. & d. c. per scripta. §. libellorũ. Itẽ, quòd est de illis personis. quæ prohibentur à publica accusatiõe & populari actione: vt ff. de popul. actio. populares. & l. mulieri. ff. de acc. & l. iiii. §. in quæstionibus. & C. qui accu. non pos. l. i. & l. de crimine. & l. sena. & l. pe. & fin. xv. q. iii. nemini. quæ tñ exceptio locum nõ habet in crimine excepto. C. ad l. Iul. maiest. nullus. extr. de sim. licet Hely. Item excipitur contra accusatorem, nesciuisse prohibitum id, de quo me accusat. vnde non teneor respõ-
32 dere. ext. de const. cognoscentes. & c. ex parte. & c. fi. †¶ Item ꝙ
i est[i] tutor, vel curator, vel ꝓcurator: & generaliter contra quẽlibet alieno nomine accusare volentẽ. ff. de pub. in l. pe. §. at crimẽ. C. qui ac. non pos. l. ii. extr. de accu. c. super his. in fi. & de ꝓcu. tuæ. Contra tamẽ fallit in illustribus personis, quòd cõstituunt proc. in act. iniuriarum. C. de proc. l. pe. & in Authen. quod ius. ¶ Item, quòd lapsi sunt xx. ann. à die commissi criminis. C. de fal. quærelam. in fin. extra de excep. cum venerabili. prope fin. nisi in crimine suppositi partus, cui nullo tempore præscribitur. ff. ad l. Corn. de fal. l. qui falsam. ext. de pœn. & re. officii. multò fortius secun-
k dum quosdam[k] in ea, quæ partum abegit, ne mariti inimico partum procreet. ff. de poe. Cicero. & arg. ii. q. v. cõsuluisti. xxxii. q. ii.
33 solet. & tribus c. sequentibus. & ext. de homi. si aliquis. †¶ Item ꝙ reus mortuus est, vnde crimen extinctũ est. C. si reus vel acc. mor. fue. per totum. xxiii. dist. quorundam. extr. qui fi. sint le. peruenit. & capit. causam. ii. Sed hoc fallit in crimine hæreseos. C. de
l hæret. l. iiii. & xxiiii. q. ii. sanè profertur. & c. i. §. fi.[l] & apostasiæ. C.
m de aposta. apostatarũ. & læsæ maiestatis. & repetundarum[m], & cũ quis diuidit ciuitatem in duo. ff. de ac. l. ex iudiciorum. vi. q. i. sunt plures. §. verum. C. ad l. Iu. ma. quisquis. & l. meminisse. & pecula-
n tus[n]: vt ff. ad l. Iul. pe. l. fin. & vbi quis in crimine notorio decessit. lxxxviii. dist. neq; xxii. q. v. placuit. Vel si hæreticos hæredes instituit. extr. de hæreticis, si quis episcopus. vel si sibi mortem cõsciuit quod intellige prout habetur ff. de bo. eorum, qui mort. sibi consc. l. iii. C. si reus vel ac. mor. fu. defunctis. in casu. C. libr. xii. de
34 primipilo. l. i. †¶ Item, quòd non rectè libellum concepit, vel ꝙ non inscripsit. ii. qu. vlti. §. perscripto. §. libellorum. C. qui ac. non pos. qui crimẽ. extr. de ac. c. super his. ff. de priua. delic. l. fi. Hoc tamen fallit, si accusator sit priuilegiatus, vt fœmina in quibusdam & maritus, pater, & patronus, quos non est verisimile calumniari: vnde nõ inscribet. C. qui acc. non pos. de crimine & de adult. l. quamuis. ff. de iniu. l. iusiurandum. §. hoc iusiurandum. ff. qui satisd. cog. de die. §. iubentur. Fallit etiam, cum vir accusat vxorem iure ma

ADDITIONES.

☞ accusationẽ inchoatã prosequi possit ꝯ accusatorem. & sic intelligit l. his qui. Refert tñ aliquos tenere, ꝙ contra accusatorẽ nouas inchoare possit. quod sibi non placet. Adde, plenè vt per Bar. in l. is qui reus. de pu. iu. sed consi. xciii. vbi ponit de clerico, qui accusauit laicum, aut laicus lite contestata accusauit clericum coram episcopo, quod ipsum calumniosè accusauerit, an valida fuerit accusatio.

b Delic. ¶ xi. rub. Ros. cum ver. seq.

b Clericus. ¶ Vt ibi not. illud capitu. non tenet: vel loquitur de irregulari.

c Iuxta. ¶ Per quod c. patet, quòd priuatur etiam spe illius ordinis, quem non habet.

d Standum est. ¶ Dicit Ros. quòd aliàs pauci essent accusatores, quia coruus coruo non extrahit oculum.

e Item, quòd. ¶ xii. rub. Ros. repelluntur inimici, &c. & durat vsque ad ver. item quod est histrio.

f Respondeo. ¶ secundum Ross. vbi s.

g Alienigena. ¶ Sup. & ignotus, vt no. in c. canonica. vbi vide.

h Gratiosus. ¶ Dicit Ross. multum.

i Quod est. ¶ Ver. cum tribus sequentibus fuit Vber. de Bon. tit. iii. circa medium.

k Quosdã. ¶ Vber. de Bon. & lex alle. ponit duos casus, quãdo mulier prægnãs corrupta à substituto, abiecit partũ malis medicamẽtis, vel quando id abiecit vi propter odium mariti à quo prægnãs diuerterat.

l c. fin. ¶ Et ibi de hoc in summa.

m Repentundarum. ¶ Quod est, cũ constitutus in publico officio pecunia data, vel promissa facit quod facere nõ debet, vel omittit quod debet facere.

n Peculatus. ¶ Quod est furtum in pecunia publica fisci, vel ciuitatis Rom. intercepta, vel machinata in pecunia aliarum ciuitatum no. ff. de fur. l. ob pecuniam.

iure mariti de adulterio, secundum quosdam. C. de adul. iure ma
a riti. Sed hoc non placet, per Decr. de proc. tuæ. [a] Fallit etiam in a-
b liis casibus, qui no. in præ. c. super his. [b] & 4. c. nullus. §. aliquando.
ĵ. de libel. conce. §. nunc dicendum. ver. xij. & xxix. vsque ad vers.
xxxv. Hodie tamen de consuetudine multarum regionum, non
fiunt inscriptiones, quæ tollerantur per l. ff. de pub. iu. ordo. & ff.
c de pœnis. hodie [c]. Item, si fuit testis in alia causa contra ipsum ac
35 cusatum, extr. de ac. c. cum P. & c. meminimus. † ¶ Item, φ frater
d eius accusatum prius accusauerat. ext. de accu. cùm P. Sed pone [d],
quòd obiiciens infamiam, vel turpem exceptionem, eam non ꝓ
bat: nunquid potest iniuriarũ conueniri? Videtur quòd non: quia
iuris executio non habet iniuriam. ff. de iniu. iniuriarum. §. i. ff. de
reg. iur. l. factum. §. non videtur. ext. de elect. cum ecclesia Vulte-
rana. Nam & patroni filius à liberto delatus non punitur: nec cō
tra tabulas repellitur, si retorserit crimina in libertum, dum volu
it se vlcisci. ff. de bo. lib. qui cùm maior. §. si libertis. & §. idem pu-
to. Præterea cùm aduersus parentes & patronos propter reuerē
tiam eorum doli, vel alia turpis exceptio à filio, vel liberto non
proponatur: ergo contra alios impunè proponi potest, alioquin
non esset in eis speciale. ff. de doli excepti. apud Celsum. §. aduer-
sus. C. de thesauris. l. vnica. libr. x. Contrà, quia fideiussori recusa-
to competit iniuriarum actio contra recusantem. ff. qui sa. cog. si
36 verò pro. † ¶ Et recusatio quasi exceptio est. Præterea, si tenet
iniuriarum is, qui alium dicit delatorem vel seruum: vt C. de iniu.
l. 3. & l. si quidem. multò fortius, qui coram iudice excipiendo di
cit. Puto tamen, quòd pater vel patronus habet actionem iniuri-
arum: si contra eos filius vel libertus obiiciant exceptionem. ar.
e ff. de aqua quo. & æsti. l. j. & pe. in fi. [e] Insti. de iniu. §. pe. in fi. Quæ
autem opponi possunt contra accusatorem matrimonii, vide ĵ.
f qui ma. acc. pos. Diximus [f] s̄ de his qui accu. non pos. criminali-
g ter. Sunt etiam quidam, qui nō possunt deferre [g], scilicet mulier,
clarissimus vir, damnatus de hæresi, fustibus cæsus, damnatus in
metallum, veteranus miles, seruus. & quidam alii, qui numerãtur
ff. de iu. fisci. l. deferre. C. de his qui se deferũt. l. vnic. lib. x. de dela-
h to. [h] per totum. † ¶ In summa [i] nota, quòd præmissæ personæ
37 quæ in certis casibus repelluntur, admittuntur, si suam vel suo-
i rum iniuriam prosequantur. ff. de ac. l. hi tamen omnes. 4. quæ. 3.
k omnibus. ij. q. j. prohibentur. extr. de testi. de cætero [k]. quod quã
do fiat, dicam ĵ. de accus. §. iij & in criminibus exceptis, quæ sunt
hæc, scilicet crimē læsæ maiestatis. vj. q. j. si quis cum militibus. ex
tra. de hæreti. vergentes. extr. de simo. licet Hely. ver. aliis. Institu.
de pub. iu. §. ij. & s̄. versi. item, quòd est mulier. vbi de hoc. ¶ Secũ
dò, crimen perduellionis: quod est sub crimine læsæ maiestatis,
vel fortè idem. ff. ad l. Iul. ma. l. fin. & illud committitur in princi-
pem, vel in aliquem de eius latere: vt in præd. l. quisquis. Vel dic
l vt not. Insti. de hære. quæ ab intest. defer. §. interdum [l]. ¶ Tertiò,
crimen hæreseos: vt in præ. cap. vergentis. & C. eod. Manichæos.
¶ Quartò, simoniæ quod est maius. i. q. vlt. patet. & in pre. c. licet.
& eod. tit. tanta. xv. q. iii. sanè. C. de epis. & cleri. si quanquam. ver.
cùm sanè. ¶ Quintò, sacrilegii. C. eo. si quis in hoc. xvii. quæstio.
iiii. c. si quis suadente. §. qui autem. ii. q. i. in primis. versi. de perso-
na Ianuarii, &c. ¶ Sextò, secundum quosdam fraudati cẽsus, qđ
committit, qui furatur pecuniam sibi commendatã. ¶ Septimò,
fraudatæ annonæ, secũdum, quòd committitur, cùm portitores
furantur victualia ad exercitum à Republica missa, ar. ii. q. i. prohi
bentur. ver. mulierem. vt ibi not. & s̄. versi. item, quòd est mulier.
¶ Octauò, dilapidationis: vt in ꝑdicto c. licet. ver. aliis. 3. q. 2. qa ea.
& 12. q. 2. non liceat. ext. de rebus ec. non al. si quis presbyterorũ.
C. vbi de cri. agi opor. l. 2. & 2. q. 7. qua propter. sed nec in præmis-
sis casibus capitales inimici admittuntur: vt ext. de simo. per tuas.
& c. licet. & 3. q. 5. c. i. Quæ autem hîc desunt. vide ĵ. de accu. §. iii.

ADDITIONES.

a Tuæ. ¶ De hoc ĵ. de adul. post princ.
b His. ¶ In gl. ii. & vide quod super ea dixi.
c Hodie. ¶ Dicebat Vber. prædictus, quòd in Lombardia non fit
inscriptio, nec libelli accusatorii porrigũtur: sed scribitur ꝑ tabel-
lionē dictũ vulnerantis & vulnerati coram iudice: & scriptura ha
bet vim libelli, & cogitur accusatus se defendere. Quã ꝯsuetudi-
nem dicebat nimiũ dãnosam aduocatis. hodie euanuit illa ꝯsue-
tudo: propter qđ auctor illa verba nō posuit. hæc tñ mō consu-
etudo durat in Italia, φ licet inter laicos dētur libelli accusatorii:
non tñ fit inscriptio vel obligatio ad pœnã talionis. De hoc etiã
ĵ. de lib. ꝯcep. §. fin. in princ. Hanc autem consuetudinem impro-
bat Aegi. dicens, φ per illam inuitantur homines ad calumniã-
dũ, & ad grauãdos reos: maximè in illis locis quib. de certis graui
bus criminibus accusati per mensem carcerati tenentur. Gui. de
Suz. in l. q crimen. qui ac. non pos. commendat illam: quia timo-
re talionis remanebant crimina impunita: quia in vera accusatio
ne posset agens facilè in probatione deficere: vt quia non plenè
probat, vel propter repulsam testium, vel propter imperitiam ad
uocati, per quam nolunt se homines submittere periculo talio-
nis: expensarum autem & carceris & custodum poterit fieri re-
fusio.
d Pone. ¶ Iste versi. totus ad literam fuit Vber. de Bon. titu. 3. post
princ.
e In fi. ¶ Credebam φ hic esset aliquis defectus: reuoluto tamē V-
ber. prædicto, quem habeo duplicatum, inueni sic esse: sed multũ
fuit subtilis & congrua ista solutio. Dic mihi, quid reportas ex il-
la, fortificatur pars prima? quia cùm iiuria iudicetur ex animo, ex
cipiens qui intendit agentem repellere, solum habet animum
ad se defendendum: & vt condemnationē euadat, non vt punia
tur agens: quia virtus exceptionis id non habet. ext. de or. cog. c.
2. ff. de infa. l. Lucius. & sic defendit eum causa dicendi: licet non
probet. bene facit ff. de iniur. item apud. §. si quis astrologus. vbi
ponderatur causa dicendi ab exclusione iniuriæ, & excusationis.
qa non nocendi, sed sibi proficiendi animo fecit, quod nocuit. ff.
de aqua plu. ar. l. i. §. denique. & si etiam dubium esset de animo, ꝓ
sumendum esset pro ipso, sicut de illo, qui amouit rem commu-
nem. dicit l. merito. ff. pro socio. & per l. item apud. §. si commu-
nem. Ad hanc partē, bene facit ff. de iure fis. l. ii. i prin. & l. fiscus. &
l. deferre. §. sed communem. & l. delator. & C. de delato. l. nulla. &
quod ibi no. lib. x. vtile tamē est consilium, φ protestetur, se id n̄
facere animo iniuriandi. Ad secundã partem faciunt leges hîc al
legatæ. C. de iniur. si non es. & l. i. si quidem, C. de li. causa. si tibi.
2. & iura puniunt etiam excipientē, non probantem. de accu. su-
per his. de ele. vt circa. lib. vi. Et crimina licet quãdoq; non infa-
ment de iure, infamant de facto. ext. de test. testimoniũ. C. de po-
stu. quisquis. & in præ. §. aduersus. Ad contraria respondetur illa
procedere, si ꝓbassem: sed ex defectu probationis insurgit præ-
sumptio calumniæ, q̄ præsumptio cũ qualitate verborũ ꝯtume
liosa fuerit, vincit præsumptionē, q̄ faciebat pro excipiēte: qđ di-
ctum fuit speciale in parente & patrono, sic speciale in vero con
uitio, in falso verò vel calumnioso nil speciale: & licet canō dicat
ii. q. 3. si quis iratus. quòd obiectus conuitii, non habetur pro ac-
cusatione, tamen habetur pro iniuria, vt ibi not. Ad l. deferre. su-
perius allegatam, difficilis est responsio, cum apertè loquatur in
non probante. per quod forsan congruè distingueretur is, qui n̄
fuit pertinax in probando. vel quem apparet deceptum promis-
sione testium. 2. q. 3. paulum. vel impedita fuit probatio per acto
rem. extra de testi. constitutis. i. de testib. cog. peruenit. i. Si verò
fuit pertinax, & quia falsum erat, non potuit probare, conueniri
posset. facit quod scripsi de fo. compe. si diligenti. super glo. nun
quid. Adde plenius de hac addit. per Ol. consi. 53. inci. consueuit
dubitari. & Pet. de An. consil. 326. incip. super primo. & Roma.
consilio xcvi.
f Diximus. ¶ Verba Vberti vbi s̄.
g Deferre alios. ¶ Nam seipsos possunt: vt in rub. hîc allegata se-
cundò. Sunt autem delatores, qui deferunt bona spectantia ad fi
scum, qui præmiantur à fisco.
h Delatore. ¶ Vbi de hoc super rub.
i In Summa. ¶ 13. Roff. quibus casibus prædicti accusare possunt.
l Cætero. ¶ Et ibi dixi de hoc.
k Interdum. ¶ Aliàs incipit, per contrarium. & ibi not. quare dici-
tur perduellio.

ADDITIONES NOVAE.

☞ Quid si aliquis me accusauit quòd eum percussi super facie, &
probauit quòd percussi super brachio. an condemnabor? Guil. in
l. i. §. item exigit. ff. de dolo.
☞ Nota, quòd hodie l. qui cum telo. non habet locũ in pœnis sta
tutorum, quia statuta disponunt de actu secundum effectum, nō
secundum affectum. Adde quod nota. in l. fi. de iussorem. de fide-
iussor. per Bar. & dom. Bal. in l. si quis non dicam. C. de episco. &
cle. & in l. si fugitiui. C. de seruis fugiti.
☞ An mandans & faciens possint eodem libello accusari? Bar. in
l. si talis seruus. in fi. de falsa.
☞ An producens falsos testes & ipsi testes possint eodem libello
accusari? no. in l. si plures serui. de iniuriis. per Nicola. de Neapol.
☞ Statuto cauetur quòd querelæ & accusationes bannitorum
non debeant audiri pendente acusatione: accusator fuit bannit',
an poterit super accusatione iam incepta procedere? Bar. in l. Vra
nius. de fideiussor.
☞ Statuto cauetur quòd nullus possit accusare de alterius iniuria
nisi consentiente eo cui facta est: contingit quòd quidam adul-
tus fuit vulneratus, aliquis accusauit vulnerantem ꝯsentiente eo
adulto opponitur ei quòd hoc facere non possit, quia ipse adul-
tus absque auctoritate curatoris accusare non posset an audiri
debeat talis accusans? iudicatũ fuit Boñ. φ audiatur, arg. l. si pater.
§. fin. de

§.fin.de manumiss.vindi.& C.de pactis.final. ibi, nisi ipse de cuius hæredi.&c.fa.ad hoc l.si pater.cum gloss. de his qui à non domi. manumiss.

An si persona prohibita accusare accusauit, talis accusatio sit ipso iure nulla? & si non excipiatur, vel sit opus exceptionem pro ponere. Bar.in l.j.§.accusationem.ad Turpill.

In l.2.ff. de aleatorib.in gloss.ibi, secundum eas causas, &c.glo. tenet expresse quòd licet ex forma statuti bannitus non debeat audiri, tamen si ante bannum accusauit potest prosequi & finire accusationem. pro hoc est tex in l.de fundis.allegatus ī gl.& Bar. in l.si qui reus.de publi.iudi.& l.Vranius.§.si vero.de fideiussori. Angel.de perusio.

Nunquid si sunt plures testes falsi in eadem causa possunt eodem libello accusari? not.in l.sed si plures serui de iniuriis.per Nicolaum de Neapoli.

¶Bald. De Accusatore.

OMNIS accusator præsumitur legitimus, nisi ꝯriũ probetur, ī prin.ti.G. ¶Potest qs accusare plures.& simul, & e.libel.& de eo dē vel cōmuni delicto, nō de diuersis: qa requiruntur plures cāæ de factis nō ꝯtiguis. Potest tamen, si eodē tempore plura delicta sunt ꝯmissa, fieri accumulatio.ff.de iniu.prætor.§.si mihi.C.de accu.l.si qs homicidij.& hoc quia propter identitatem temporis vnus impetus fuisse videtur.ff.ad l.Aqui.l.illud.in fin. Sed an ille, q̄ accusatur de mandato, videať accusare & de eodem facto? Dic ꝙ sicut not.C.si reus vel accusator.l.j. Item si accusať.de ꝯsi.vel fauore: quia factum principale initium obligationis præbet: secus si cōsilium est per se obligatorium.nec desiderat aliud factũ post se: quia tunc per se decernitur, & interpretatur vt l.j.§.persuadere.de seruo cor. Nec distingendum est, an ꝯsultus erat aliàs facturus: quia ipsum consilium per seipsum tunc incidit in speciem criminis: vt ibi not.Bal. Sed quid si offensus accusat principalem coram potestate, & auxiliatorē coram alio, an potest auxiliator petere se remitti ad eundem iudicem? Dicunt quidã, quod sic.ff.de quibus re.ad eundem iud.ea.l.j.facit quod not. Inno.ext. de ꝯstitu.in ca.cũ M.ego nescio legem, ꝙ in criminali fiat ista remissio. Bald.vide infrà, de libel.concep.§. actor. ¶ Filius interfecti præfertur cuilibet accusanti: sed non frater, sicut præuentus. vers.qđ si quis.G. Si mora potest imputari fratri, non præfertur iusto accusatori præuenienti fratrem: aliàs præfertur, nisi sit vtilis persona: quia iustiorem dolorē prosequtur.ff.de adul.l.2.in fi. Confessionem aũt nemo aufert, secundum G. ¶Pax facta de vulnere, qđ tūc mortiferũ videbať extēditurad mortē: qa securis ponitur ad radicem facti, & sic potest fieri pax de morte ante mortē.l.diuus, ff.ad Syl.qđ est not.dignũ.& facit ff.de confes.l.si is qui Stichum. Si aũt vulnus non erat mortale, presumitur infirmus ex negligētia mortuus.ff.ad l.Aquil.l.q occidit.versic.sed pone, A.G. ¶Absolutus de vulnere non potest iterũ accusari de homicidio ratione eiusdē vulneris: quia vnicum factum est, ver. qđ si vulnerasti. per G.& quia mors retrotrahitur.l.huic scripturæ.§.j.ff.ad l.Aql. ergo obstat exceptio rei iudicatæ.ff.de excep.rei iudic.l.si mater. §.eod.Bald. ¶ Condemnatus de vulnere non potest iterum condemnari de morte ex eodem vulnere.ibidem G. Hoc non videtur verum: quia primò non erat bene actum, quod ex post facto apparuit, & ideo prima sentētia debet rescindi, vel in secunda cōdemnatione computari, si hoc fieri potest ex genere pœnæ.ff.ad l.Aquiliam sed si priore. Sed si occasione vulneris esset facta executio, talis executio reuocari non potest: vt puta, āputata est manus, non potest de nouo puniri: ne absurdum sequatur & inhumanum. Et mitius est toleranda pœnæ minoritas, quã asperitas. & not. quòd in ista quæstione mutatur titulus criminis, scilicet vulneris, in titulũ homicidij. Sed si non mutatur titulus criminis, sed additur qualitas: an primo absolutus rōe additæ qualitatis potest iteratò accusari? Dic quòd non.ff.de noxa.l.in delictis.§. si de tracta. Sed quid si primò fuit condemnatus? Et videtur idē: quia ñ potest quis accusari semel, nisi sit in prima conclusum.ff.de accu. l.senatus.& de fur.l.inficiatus.§.infans. Item ratione absolutionis non à crimine, sed ab omni eius pœna, quę in solutiōe ꝯsistit. Nã si à crimine: ergo non repetetur vt indebitum, quod est ridiculũ: & potest iudex eum declarare absolutum per solutionē. ff.de excep.rei iud.l.si quis cum totum.§.planè.ff.si seru.ven.l.harum. Item in actionib.ad vindictam, vna tollit aliam: sed in qua plus est ff.de iniu.l.prætor edixit.§.si dicatur.& ita consuluit Iaco.But. Aliàs facile erit fingere qualitatem, & iteratò rerum inuoluere in alio iudicio nouo, quod satis inconueniens videtur, nisi probaretur collusio.ff.de priua.l.3. In contrarium facit: quia non est actum integraliter à principio: ergo potest suppleri, quòd deest: vt not.ff.nau.cau.sta.l.3.ver.nouissimè.& Inst.si qua.pau.fe.dica.ad fi.arg.ad hoc C.de spor.l.2. quod not. Ber.extr.de iudic.c. at si clerici. Hoc tenet Bart.in l.senatus.& ita consuluit collegium Perusinum Assisij: licet multi essent in contraria opinione: quia §.si de tracta.permittit addi nouam qualitatem pendēte iudicio, non eo finito: vnde videtur ibi casus secundum Iac.cùm idem factũ substãtialiter & essentialiter repetatur, in quo iã collusum est, secus si nouus accusator suũ dolorē ꝓsequatur. Bal. ¶ Vbi opponitur verbum accuso, & petitur ꝙ pœnaliter procedatur, videtur criminaliter, non ciuiliter actum. vers.qđ si primo. G Rigor legis Cornelię de sic.nō ꝯsiderat exitum percussiōis, sed percutiētē de pũcta gladij, qui quantum in se, homicida est, & punitur, ac si verè occidisset: licet vere ñ sit homicida, vnde mors de iure cōi nō inducit speciē accusandi, sed modũ. Sed statuta terrarũ, q̄ pōderant factũ à modo, non puniunt vt homicidam: quia non est, nec habet locum fictio in statutis nec in consuetudinibus terrarum. Sic & quo ad irregularitatem, qui considerat actum completum, nō est irregularis: quinimò etiam de iure communi æquitas iudicãtis mitius punit eũ, qui minus lædit.ff.de pœ.l.aut facta.§.pe.ver. quod si primo.G.& idem nota.Cy.C.de sic.l.is qui cum telo. vbi vide. Theologi verò actum intraneum conspiciunt, & leges etiã animos disponere volunt propositis præmiis atque pœnis.ff.de iust.& iur.l.j.§.j. Et not.quòd vbicunque ponitur hoc verbum in processu, & per eum non stetit: nihil operatur, quantum ad pœnam statuti, quod requirit veros terminos facti, & toties statutũ habet locũ, quoties est vera propositio de vera existentia terminorũ statuti, secundum Oldr.Bal.videtur ĩ.de procur.§.criminalibus. ¶Quid si iudex, qui debet ꝯdemnare in persona, cōdēnat in pecunia? Respondeo, sufficit: nec potest iterũ accusari, & ꝓsumitur ꝓ iudice & iudicio, quod fecerit ex causa.vers.qđ si ipsum.G. & hoc verum in sententia, quæ expectat hominis declaratiōnē. Secus in eo, quod venit in ipso iure: vt infamia.l.qđ ergo.§.pœna grauior.cum si.& si iudex errauit, nō datur fisco auxilium restitutionis in publicis pœnis.ff.de mino.l.auxiliũ.qđ est notabile.Bal. ¶ An de iure cōmuni valeat pax de vulneribus? Dico ꝙ ñ: sed de violētia sic.l.2.ad Syl.vide s.§.pax facta.& ĩ.prox. ¶Si per formã statuti potest fieri pax de homicidio intra octo dies & filius occisi, ad quem pertinet, facit pacē cũ Titio nomine occisoris: an occisor, qui erat fortè in partib.remotis, possit ratificare post terminum? dicit Dyn.ꝙ non, in l.bonorũ ff.rē ra.ha.facit l.j.ī prin.ff.de app.reci.dubiũ est: quia statutum nititur respicere facientē, & ei imponere terminũ, scilicet factioni, nō acceptationi. Nã ista sunt diuersa.de elect.c. quia propter. Item videtur respicere veritatē: at quod fit ꝓcuratori, videtur fictitiè domino fieri, nō verè.ff.de reli.l.ossa.§.fi. Sed certè pax est in his, quæ inhærent ossibus: & iō ratificans verè est in pace, nō fictè.ff.de manu.vind.l. pater. & qa pax est act⁹ reciprocus, eodē termino limitatur hincinde. ar.ff.de vulg.& pup.substitutione. l.nã hoc iure.§.sed si alter. Nō obstat quod absenti q̄ritur liberatio & obliuio ꝯtumeliarũ, & gratia. ff. de li.leg.l.nō solũ.§.si liberationis. Institut.de iureran. in fin.ff.de iureiuran.l.Labeo.& si nulla videtur necessaria ratihabitio: quia aliud in pace ex natura pacis, quæ est actus correlatiu⁹, sicut amor: vt ĩ.de treu.& pa.§.j.vbi videtur requiri speciale mandatum in pace fienda: & si sit cōiuncta persona. Sed dic ꝙ hic actus sapit defensionem, non actionem: ergo potest per quemlibet explicari, arg. l.non tantùm.ff.de appel.& de procu.l.seruum quem. §. pubicè. ¶ An cogatur quis accusare de homicidio, versi.quid si vulnus. C.de leg.si quis homicidij. G. ¶ Qui excipiendo aliquid præsupponit, non fatetur: quia semper videtur ꝯtradicere. ver. item repellitur. G.qui etiam agit, non intelligitur, id quod dixi narratiuè non per modum causæ vel fundamenti, confiteri de iure aduersarij: sed potius errare.ff.fa.erc.l.familiæ, quæ lex est not. Vide qđ dixi.ff.de iud.l.si quis intentione ambigua.& ĩ.de libel.concep.§. depositi.& §.pone ꝙ mutuaui. ¶Prouocatus ad irã, si dixit verba iniuriosa, non tenetur de verbis iniuriosis: quia magis impellitur, quàm impellat. ver.quod si te.G. ¶ Exceptio renũciationis litis ī criminalibus non potest opponi lite ꝯtestata, nisi sit primò protestata: nec exceptio transactionis in criminali: quanquam secus sit in ciuili, secundum Vber.ver.item accusator.nisi postea super uenerit. C.de ꝓfor.eius.li.l.2. Sed quod dico, quòd aut repellit crimen, & pœnam, aut personam, primo casu potest opponi. Secundo casu non.ff.de adul.l.ij.§.q.h.d.Bal. ¶ Infamis infamia facti nō excluditur à testimonio per infamiam, nisi ex aduerso sint testes honesti.versi.sed quid de his. G. ¶ Laicus non accusat clericum de publica iniuria, qui non est accusatus in speciali: & clericus, qui sic excipit, non obiicit foro, sed actori. vnde nō incidit in pœnam declinantium. versiculo, item quod est laicus.& ita vidi fieri per dominum And. vide Bald.super Inno. de senten. excom.c. contingit. ¶ Potest clericus verberari in pœnæ supplementum.versi.item quòd est laicus. G. quod ergo defecit in vna pœna suppleť in alia. C.vt intra cer. tem.l.ij. Sed an ista pœna surrogata dicatur pœna maleficii? Et videtur quòd non.ff.de in lit. iur. l. j. sed quòd officio iudicis mercenario veniet. Ad idem ff. de pen. hære.l.

hære.l.etiam.§.pen.In contrarium,quia surrogatur loco ordinariæ pœnæ:unde sapit eãdem naturam.arg.ff.de do. inter virum & vxor.l.si donationes.§.si sponsus.& dicit tex. quod verberibus de iniuriis satisfit.ff.de iniur.l.sed & si vnius.§.si ante. Ergo ista solutio purgat delictum,sicut pœna originalis.vide s.de reo.§.an monachus.Bal.¶Pro homicidio statutum imponit pœnam centum lib.& si quis bannitur ex contumacia,bannitur in quarto pluri:alio statuto cauetur,quòd non soluens pœnam homicidij intra decem dies decapitetur.Quidam bannitus ex homicidio soluit centum,sed nõ soluit quartum plus:an decapitabitur?quæstio est,an pœna ratione contumaciæ sapiat naturam pœnæ principalis? Et dic quòd non:quia non est natura primordialis & essentialis, sed accidentalis.ff.de pe.hær.item veniunt.§.cum Pedius.& not. in l. certi condictio.ff.si cer.pet.Item non est pœna homicidij,sed cõtemptus:quia non venit ex vna & eadem causa immediatè cum principali.ff.de arbit.l.si quis rem.Bal.arg.ɔ.ff.de pac.do.l.inter.§.cũ inter.ver.nec sperabitur?De cõsuetudine in quibusdã locis nõ fiunt inscriptiones ad pœnã taliõis.ver.item quòd nõ rectè libellum & tamen valet processus.ar.ff.de pub.iudi.l.ordo.vide j. proxim. Bald. Sed quid si statutum dat hanc formam, quòd ille, qui accusat, debeat promittere prosequi & probare, & in casu quo succumbat debeat promittere xxv.au.si sic non promisit,erit processus nullus. Et videtur quòd sic: quia est omissa debita forma: & omissio modi & formæ, nedum in actu odioso, sed etiam in actu fauorabili,impedit dispositionem legalem.ff.de verb.oblig.l. qui Romæ.§.Flauius.¶Item non tenet processus inordinat⁹,ext. de iud.c.exhibita.& de rest.spol.c.Pisanis.de rescri.cum dilecti.In contrarium videtur, quòd valet processus. Nam ista promissio pœnæ xx. succedit loco inscriptionis. Sed si omittitur inscriptio, valet nihilominus processus,& punitur actor,ac si se inscripsisset expresse:vt no.C.qui ac.nõ pos.l.qui crimẽ.facit ad hoc C.de pc. imp.off.l.vniuersa.ff.de proc.l.Pompo.§.rati.Aliud in exceptiõe ĩeptitudinis,quia reddit ĩpossibilẽ pronũciationẽ.ar.ff.de interro. ac.l.si fil.el ij.¶Et nota,ꝙ accusatio dicit̃ inepta plurib.modis.Primò mõ,qñ cã non infert cõclusionem, nec de iure,nec de facto: vt quia accuso te,quia minxisti ad parietẽ:vt no.l.j.ff.de edẽ.& de doli excep.l.ij.§.circa. Secundo, qñ continet apertã rei defensionẽ:vt accuso te,quia occidisti bannitum:vt no.C.de ac.l.reos.& ꝓbat C.de his,qui ad ec.con.l.si seruus.& ar.de C.de li.causa.cũ præcum.Tertio,qñ apertam accusatoris continet calumniã.ff.de bo.li.l.qui cũ maior.§.si præsens.ext.de off.vi.c.j.per Inn.Quarto,qñ apertam lapsus temporis cõtinet præscriptionẽ.ff.de adul.l. accusat⁹. & facit ad prædicta.C.ne quis vela regia.l.ij.in fi.&ibi de hoc. Et no.ꝙ ibi libellus est ineptus secũdo modo,siue propter omis. modi,siue formæ substantialis:vt l.libellorũ.vel propter alias ineptitudines prædictas, bannũ latum tanquã in contumacẽ,nõ valet,nec videtur cõtumax cõfessus esse maleficiũ:vt d.l.si fil.& no. C.de iur.cal.l.fi.§.sin autem reus.Et si non valet bannum, non valet subsequens sententia,quæ fundatur in banno.ff.de re iu.l.si cũ nulla.Nec meretur exeq sentẽtia quę est ipso iure nulla.ff.de fer. l.si feriatis. ff.de iud.l.si prætor.de re iu. l.iiij.§.cõdẽnatũ.cũ si. Sed exigitur,ne fideiussor in d.cautione, si statutũ non facit mẽtionẽ de dando fideius.videtur ꝙ non,C.de ver.si.l.sancimus.dic cõtrà quia redacta est ad instar prętoriæ,& ad vigorem,&executionem iudiciorũ interponitur.Tamen de coniunctis personis omnis fideius.est idoneus,ẽt non possidẽs immobilia.ff.de in ius voc.l. ij. sed in aliis amicis non,nisi possideant immobilia,vt not.in Auth. de exhi.reis.§.sancimus.tene menti.Bal.& vide j.de libel.cõcep.§. exceptio ineptitudinis.& j.de sen.§.quod si libellus.Sed contra p̃dicta valet,ꝙ confessio facta super inepto libello, non valeat, videtur s.de off.iud.§.si iudex.sed ibi in vera cõfessione: hic in præsumpta,quod no.¶Sed quid si statutũ dicit,quòd potestas teneatur de delicto suæ familiæ,& soluere omnem eius condemnationem,& repræsentare tempore syndicatus:modò dicunt testes. ꝙ viderunt quendã familiarem potestatis percutere Titium,tamen nesciunt nomen,an sufficit?& videtur ꝙ sic: nam cùm sit vniformis cõditio conclusorũ sub genere,debet valere probatio generalis.ar.ff.de acqui.hære.l.quod si dubitetur.& ff.de lib.& posth.l. Gallus.§.Seius.Cõtrarium est verũ.nam & in libello & probationibus requiritur specificatio certi hominis.ff.nau.cau.sta.l.licet.§. fi.Et ideo si testes nõ cognoscunt nomẽ personæ, debent testib. corpora exhiberi.ff.de publica.l.si cum exhibuisset.& no. extr. de testi.c.cum causam.per Bar.hoc tamẽ fallit in actione, quod me. causa,vbi non oportet certi hominis factũ argui.ff.quod me.cau. l.si cum exceptione.§.in hac.Si autem potestas non vult suam familiam exhibere testibus,videtur subtrahere probationes,& fingitur contra eum,ar.C.de postu.l.prouidendum. in fi. Sed illa nõ loquitur in sufficienti probatione,tamen melius facit C. de asses. l.nullus.& l.consiliarios.quæ optimè facit.& ar.xxij.q.v.c.cũ homo.¶Sed nunquid potestas tenetur pro familiari,qui debet condemnari ex cõtumacia?dic ꝙ sic:quia tenet̃ de iudicio sisti, & iudicato soluendo.& cùm teneatur ex facto alieno,non dicitur potestas teneri ex maleficio,sed ex quasi maleficio:quia vsus est opera malorũ hominũ:vt ff.de fur.l.aduersus.& nau.cau.sta.l.j.in fi.& facit gl.ff.de off. ꝓconsul.l.obseruare.§.j.Bald.vide j.proxi.§. ¶Sed nũquid potestas teneatur pro familia,quã non elegit, sed cõmune dat sibi?Dic ꝙ non : quia nõ eligit ipse,sed cõmune dat sibi,ff. loca.l.cùm in plures.§.seruũ meum. secundo responso. qui §. est ar.bonum.in ratione sui.Bal.vide j.proxi.¶Sed quid si familiaris decessit?Dic ꝙ potestas non tenetur.ff.qui satis.cog.l.si decesserit Idẽ si est bannitus ex alia causa,ita,ꝙde iure sisti non potest propter bannũ,ff.si quis cau.l.sed & si quis.Et ideo cùm familia delinquit,& potestas nõ vult teneri,nec ipse potest cognoscere, facit antequã tempus sit syndicatus poni delinquentẽ in banno,per aliquẽ officialẽ ciuitatis,ꝑ dictas leg.Bal.¶Sed nũqd ꝓcedit accusatio ɔ syndicũ,q accusat,ꝙ ñ denũciauit quoddã homicidiũ commissum tali tempore in tali loco:nec dicitur à quo,nec in quẽ?Et vr̃ ꝙ sic:quia sufficit ꝙ cõstet scelus interẽpti,licet nomina facientis & patientis non apponantur.ff.ad Syl.l.j.§. illud.& ibi la. Nam syndicus ad curã & solicitudinẽ suam dẽt hoc reuocare, & aliũ instruere,& alia nomina edere:nõ aũt petere ꝙ sibi edant̃.ff.de edẽ. l.si quis ex argen.§.fi.ar.cõtrà.in l.licet.§.fi.nau.cau.sta.Pro prima parte facit,ꝙnõ sit necesse nomen offensi apponi.si tamen de corpore constet,facit quod no.iij.q.viij.c.perscripta.§.libellorũ.non est aũt necesse,quo ad libelli aptitudinẽ,sed quo ad effectus probationis,debet constare de corpore.A prin.enim nil liquere põt, quia probationes non fiunt à principio,sed in medio causæ.extr. vt lite non contest.c.quoniam frequenter.¶Sed nunquid excusant tenebræ noctis?Est ar.ꝙ sic,in gl.l.si cũ exce.§.in hac.qđ met⁹ causa.ff.Sed nũquid eũ excuset, quòd propter tumultũ sciri non potest quis fecerit?Videtur ꝙsic,per dictã gl.ar.contrà,ꝙ tũc omnes,qui interfuerunt,denunciandi sunt.ff.ad l.Aqui.l.item Mela. §. si plures.Facit ff.de sic.l.si in rixa.& iunge §.prox.§.& generaliter no.quòd de absconso maleficio non tenetur quidem,de aperto tenetur.ff.ad Syl.l.j.§.occisorum,& ibi per Iac.Bal. Sed nũquid excusat syndicum domestica ĩquisitio:quia interrogauit omnes & non potuit inuenire?& videtur ꝙ sic,vt C.de his qui.vt indig.l. si ea.in gl.parua,super verbo,habetur.Contrarium videtur: quia hoc non est suum officiũ,s.examinare testes, sed ad iudicem pertinet.Facit quod no.C.de testa.l.hac consultissima.§.pen.Sol.si fecit quicquid potuit pro inuestigando,nõ tenetur.ff.loc.si merces in fin.Nam ignorantia publica excusat eum:imò etiam sua ꝓpria & singularis,si sit iusta:puta,quia fuit absens.arg.l.fin.ff.de decr.ab ordin.faciẽ.& de pig.act.l.tutor.§.j.de interrog.ac.l.de ætate.§.ex causa.vide j.proxi.Bal.¶Sed quid si sunt duo syndici vnius castri, & vnus denunciauit:nunquid prodest alteri,qui non denũciauit? Dic ꝙ sic:quia sunt collegæ,&factum ab vno videtur factũ à quo libet,& nõ debet amplius alius se intromittere.ar.l.j.ff.de offi.cõsu.Ex quo enim vnus nomina condit,alter se nõ potest intromittere.Item quia denũciatio est indiuisibilis:ergo omnibus prodest ff.quemadmo.ser.amit.l.si communionẽ.Item delatus ab vno ñ debet ab alio deferri.Item,quia non interest reipublicæ.¶Sed an fama publica excusat syndicũ, qui denunciauit falsum maleficiũ? Dic ꝙ sic.qa sicut fama sufficit iudici ad inquirẽdũ,ita ad denũciãdum.Item fama excusat.ff.de adul.l.miles.§.mulier.Item, syndic⁹ nõ videtur teneri,nisi de dolo,propter necessitatẽ officij.ff.de cu. reorũ.l.diuus.ar.no.in l.athletas.§.calũniator.ff.de infam.&l.fi.ff. si mens.fal.mo.dixe.& ff.ad Turpil.l.j.§.calũniator.ĩ ver.pepercit. Sed an syndic⁹ debet apponere testes?Dic ꝙ sic: qa debet probationes adducere.ff.ad Tur.l.ab accusat.§.nunciatores.¶Sed quid si villa careat syndico,an poterunt cogi homines ad faciendũ syndicũ,qui denunciet?Dic quòd sic:ar.ff.de fideicom.li.l.ergo.§.creditoribus.&quod no.per Iaco.¶Sed nunquid potest iudex cogere ad denunciandum illum,qui scit,licet non habeat officium?Super hoc dic vt no.ff.de cond.ob tur.cau.l.idem est. §.si tibi interdictum.¶Sed an teneatur syndicus denunciare maleficiũ non punibile?Videtur quòd non.nam non est maleficium,si non est punibile.ar.no.quod metus causa.l. accusationis. In contrarium facit quia ad sydicũ non pertinet hæc cognitio,sed ad iudicem.facit ff. ad Syl.l.si quis in graui.§.j.Sol.maleficium potest esse etiam quod non punitur:quia quandoq; est maleficiũ sine pœna,vt periuriũ. C.de re.cre.l.j.§.quod autẽ.ff.de leg.l.quid ergo.§.his.¶Item, ex post facto remanet maleficium impunitum propter temporis p̃scriptionẽ.ff.de adul.l.mariti.§.pe.vr̃ pp principis indulgẽtiã.ff.de ꝗsti.pri.l.j.Nemo tñ negat maleficiũ eẽ,qđ est à iure naturali ꝓhibitũ,vt l.vt vi.ff.de iusti.&iure.tñ qcqd sit ꝑ hoc verbũ maleficiũ ĩ isto statuto intelligo,id est,factũ,cui ĩponit̃ ꝑ legẽ nomẽ maleficij:vt furtũ,ꝑcussionẽ,damnũ datũ,& similia,q̃ cadũt ĩ notitiã sensati,seu sensus.Nã syndic⁹ quasi testis est.ar.extr.de testi.c. ꝓterea. Respõ.igit̃ ad quæstionẽ:aut erat tale factum,de quo nõ poterat

initiari processus: & tunc syndicus non tenetur denunciare. arg. ff. iudicat. sol. l. vir bonus. Aut poterat procedi: licet reus postea possit vitare condemnationem: & tunc non tenetur syndicus denunciare, vnde videtur factum. ¶ Sed an syndicus teneatur denũciare factum cum qualitatibus? Dic quòd non, nisi statutum eum arctet ad omnia denuncianda. nam qualitates non sunt crimen, sed circa crimen: & ideo si statutum facit mentionem de facto & crimine, non includit: necesse qualitates. Potest ergo si vult, tamẽ non cogitur à statuto. sed quod omittitur à statuto, non debet omitti à religione iudicantis, argum. ff. de testi. l. scio. Vnde ex officio debet compellere syndicum, & ab eo plenum officium desiderare: vt l. idem est §. si tibi. ff. de cond. ob tur. cau. & ar. ff. ad Turp. l. ij. §. antep.

a ¶ Accusato[a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Accusari potest quilibet non prohibitus.*
Filiusfa. monachus, aut seruus, an possint accusari.
2 *Praeses vel legatus prouinciæ aut magistratus populi Romani accusari non possunt.*
3 *Imperator accusari potest coram papa de quolibet graui crimine, & ab eo iudicari.*
4 *Magistratus maior, in quibus, & quando possit accusari.*
5 *Accusari non potest quis de crimine apud pedaneum iudicem.*
6 *Legatus Imperatoris nec accusari, nec accusare potest.*
Accusari non potest, qui in ius vocari non potest.
7 *Vniuersitas delinquens an possit accusari, vel syndicum constituere.*

I. §. Viso de exceptionibus, quæ accusatorem ex persona eius repellunt, sequitur videre de his, quæ ratio-
1 ne personæ, accusati competunt. † Et scias, quòd quilibet accusari potest, qui non inuenitur prohibitus: vt s. tit. de accusatore. in prin. diximus. Sunt autem quidam prohibiti accusari: & primò seruus non accusatur de crimine, pro quo pecuniaria pœna imponi
b tur, puta l. Iul. de vi priuata[b]: quia proprium non habet. Insti. de pub. iud. §. item l. Iul. de vi priuata. vel pro quo imponitur pœna amittendæ ciuitatis: quia non est ciuis. Instit. de liberti. vel pœna capitis: quia caput non habet, cùm non habeat patrem: imo spurius intelligitur: vt C. de suis & le. hære. ex libera. & sic nec lege
c Pompeia de parricidiis: nec fortè[c] l. Cor. de iniu. hæc probantur. C. ad l. Iu. de pu. seruos, qui. in fine. ff. de ac. hos. §. omnibus. quia non potest perdere quod non habet: arg. i. q. vij. Daibertum. extr. de deci. dudum. & ff. de fur. itaque fullo. & extr. de rest. spol. olim. Dominus tamen potest eum defendere. ff. eo. si seruum. & ff. de publi. iud. sciendum. Secundum canones tamen potest accusari secundum dominum meum, arg. ij. q. vij. quæritur. quia & mittitur ad sedem Apostolicam absoluendus. extr. de sen. excom. relatum. Filiusfa. autem potest accusari secundum Acc. Sed an monachus potest accusari, dixi s. de reo. versi. item seruus. & seq. s. de actore.
d in diuersis vers.[d] † ¶ Item non potest accusari præses prouinciæ,
2 nec legatus prouinciæ, nec magistratus populi Romani. ff. de accu. hos accusare. & s. tit. proxi. ver. item quod est magistratus. Itẽ papa & Imperator, qui soluti sunt legibus, accusari non possunt. extra. de conces. præben. proposuit. C. de legi. digna. xxj. dist. nunc autem. & ix. q. iij. nemo. & cap. facta. & c. seq. Hæc enim sunt duo magna luminaria ad mundi firmamentum, & regimẽ posita: vt extra. de maio. & obed. solitę. §. præterea. xcvj. dist. duo. & sunt etiam duo dona ad hoc à superna collata clemẽtia. in Authen. quomo
3 do opor. epi. & cæte. cle. ad or. per. in prin. colla. j. † ¶ Sed dic[e], ꝙ
e Imperator accusatur coram papa de heresi, sacrilegio, & periurio, & quolibet graui crimine: & ab eo iudicatur. extr. de re iu. ad apostolicæ. & de homicidio, pro humani. lib. vj. vt ibi dixi: & pro voto facto extr. de voto. licet. & pro similibus. xv. q. iij. alius. Item. & arg. C. de sum. tri. l. j. & l. fi. extr. de iud. nouit. & in præ. c. solitæ. Papa etiam tantùm de hæresi accusatur. xl. dist. si papa. & tunc vel à synodo, vel à principe: vt xxiij. q. v. principes. & xcvj. dist. sicut quãuis. & c. nos. ad fidem, vel à corpore fidelium. ea. dist. vbi. nam vel si submittat se alicuius iudicio. ij. q. vij. nos si. ff. de iur. om. iud. est receptum, aliàs nunquam accusatur: vt in præd. c. nunc autem.
4 † ¶ Item nec maior magistrat[us]: sicut nec accusare. ff. de accu. hos. quod dic vt in prę. versi. Item, quòd est magistratus. Sed licet non possit accusari tempore sui honoris, tamen bene interficitur: vt
f in eo. ver.[f] eius etiam accusatio differtur: vt præstita cautione ab eo reus præstolatur, prout traditur, ff. de adul. si adulterium. §. fin. miles tamen durantib. stipẽdiis bene differtur. ff. de re mi. milites. ꝓhibentur. in fi. & tutor durante officio. C. de suspe. tu. eum. & s. de reo. ver. item tutor. & iunge hîc quod est j. ver. item nec lega-
g tus. Item, ꝙ accusatus fuit aliàs absolutus[g] super eo crimine. quod
h dic vt s. tit. proxi. versic. item quòd accusatus[h]. Item repellitur accusans clericum coram iudice seculari de crimine canonico, seu ecclesiastico. in Authen. de man. prin. §. si verò cano. col. iij. & vt clerici apud propri. epi. com. per totum. & s. de reo. ver. item clericus. quod dic vt xj. q. j. in summa. Item causa criminalis episcopi & presbyteri & diaconi plures iudices requirit: vt j. de ac. §. iiij.
5 ver. j. ¶ Item apud pedaneum iudicem non potest quis de crimine accusari. de peda. iud. per totum. ff. de off. eius. cui man. est iur. l. j. Item, nemo sine accusatore damnatur: vt extra. vt ec. bene. c. vnico. ff. de mu. & hono. rescripto. nisi in casibus, qui not. in præd. Decre. & ij. q. j. c. de manifesta. Item, minor de lapsu carnis non accusatur, sed de aliis sic, ff. de adul. si minor. extra. de deli. pue. c. j. &
i ij.[i] † ¶ Item nec legatus Imperatoris vel præsidis prouinciæ ac-
6 cusare vel accusari possunt: nec legatus prouincialis, vel ciuitatis nisi duntaxat de crimine in legatione commisso: nec magistratus populi Romani: nec is, qui Reipublicæ causa absuit: dummodo in fraudem legis absens non fuerit: vt ff. de acc. l. hos accusare. ff. de iud. l. ij. in Authen. de san. epi. §. reuerẽdissimi. & arg. ff. ex qui. cau. ma. in inte. rest. hi qui. & l. qui data. & vide s. de reo. ver. item legati. Quid ergo de comitibus & aliis ordinariis nostri temporis, & delegatis papæ, vel Imperatoris: nunquid possunt accusari? Dic vt in Summa domini mei, in tit. de accu. §. quis accusari. Item omnis, qui in ius vocari non potest, nec accusari poterit: qui sint illi, vide ff. de in ius vo. l. j. ij. iij. iiij. & v. & l. adoptiuum. dixi s. in titu. de reo. & ideo nec monachus: vt eo. tit. ver. sed an monachus. & seq. Item, non possunt accusari omnes illi, qui numerantur. ff. de iud. l. ij. Item ab vno accusatus, non potest ab alio accusari. ff. de ac. l. hi tamen omnes. §. si. & l. hos. §. hoc beneficio. ij. q. j. prohibentur. ver. ab alio. Item mortuus accusari non potest: vt s. in tit. j. de accusatore. vers. Item quod reus. Item, nec infans, vel furiosus. ff. de rei ven. quod infans. ff. ad l. Cor. de sic. infans. C. de pœnis. impunitas. iij. q. ix. iudicas. ff. de off. præsi. congruit. & l. seq. argu. contrà,
k de delic. pue. c. j. & ij.[k] Item non potest absens accusari: sed contra
l eum proceditur: vt j. in tit. de acc. §. vi. & quæ hîc desunt, vide ibi[l].
7 † ¶ Quid si vniuersitas deliquit, nunquid potest accusari, vel syn-
m dicum constituere? Dicunt quidã[m], ꝙ si pulsata campana & ꝯsilio cõgregato deliquit, accusari p̃t. ff. q̃d me. cau. metũ. §. animaduertendum. & §. quod ait prætor. de hoc ex. de simo. c. dilectus. ij. & xij. q. ii. episcopus qui. & s. tit. prox. versi. sed nunquid. potest etiã facere syndicum: vt not. C. lib. xij. de re mil. l. tam collatores. §. at vniuersitas. ff. quod cuiusque vniuer. not. sicut. §. si quid papa. no. in præ. c. dilectus. quòd vniuersitas non potest accusari vel puniri: sed delinquentes tantùm, ciuiliter autem conueniri & puniri potest ex delicto rectorum. arg. extra. de simo. c. veniens. xii. q. ij. qui manumittitur. ff. quod me. causa metum. §. ij. xxiiij. q. iij. si habes. vij. q. j. sicut. ff. de acqui. pos. l. j. §. fin. Potest etiam inquiri super statu vniuersitatis: non tamen tunc puniuntur, nisi ipsi delinquentes. extra. de accu. c. pen. extr. de simo. licet Hely. de sen. excom. c. grauem. vbi etiam de hoc secundum ipsum. & vide j. de proc. §. j.
n versi. sed procedens[n].

ADDITIONES.

a Hæc fuit xiij. rub. Roffr. secundæ partis libel. iur. canonici, qui possint accusari, & qui non: & ab Azo. in Summa, de accu. & ab eo. & Hostien. loco alleg. j. versi. quòd ergo. habetur totum, quod hîc scribitur.
b Vi priuata. ¶ Vide quod dixi suprà, de actore. super versicu. item seruus.
c Fortè. ¶ Hoc dixit Azo vbi suprà, & Host. & rationem reddunt: quia solet plerunque arbitrio iudicis imponi pœna perditionis ciuitatis, quæ non cadit in eum: vt s.
d Diuersis ver. ¶ Et maximè versi. sed quid si dubitatur. G. & vide quod ibi dixi. Adde quando papa possit accusari & denudari papatu, plenè per Rof. consi. pen.
e Sed dic. ¶ Secundum Host. vbi s. quod præcedit posuit Roff.
f Eo. ver. ¶ Per illum hîc intelliges.
g Absolutus. ¶ Quid si trãsegit? Adde quid si absolutus: quia crimẽ non est probatum, Roffr. consi. ccxxiij.
h Accusatus. ¶ Addit Host. quid si cum eo fuerit dispensatum, & remittit ad Summam de accus. ver. quis sit effectus. & ver. sed nunquid. & de hoc de schis. c. ii. & j. de abol. ver. porrò. & ver. sed cũ s.
i Et ij. ¶ Vide quod scripsi de sen. excom. c. Romana. §. vlt. lib. vj. super ver. innoxios.
k Et ij. ¶ Vtrobique soluitur. iiij. q. iij. c. j.
l Vide ibi. ¶ Hoc dixi, quia Roff. hîc tractauerat.
m Quidam. ¶ Alber. Gal. sub rub. de syndico. ver. sed pone.
n Procedens. ¶ Vide quod plenius scripsi in præ. Decre. dilectus. super glo. sic s. vbi etiam plenè tractaui, an vniuersitas possit de publico crimine accusari: an autẽ punita vniuersitate possint singulares omnes puniri: dixi de pœnis. c. vlt. lib. vj. super glo. pe. Adde vt per Ang. consi. clxvj.

DE ACCVSATO.

Statuto cauetur quòd quilibet intelligatur habere legitimam personam standi in iudicio, ex quo habet xviij. ann. in omnibus autem aliis casibus ex quo habuerit xx. modò cõtingit quòd quidam maior xviij. & minor xx. fuit coram iudice vocatus, qui vocatus fuit confessus Titio præsenti & ad eius instantiam, dare debere ipsi Titio mille ante aliquam oblationem libelli. postquam confessionem in ipsum tanquam in confessum fecit præceptum de soluendo secũdum formam l. si debitori. de iudiciis. Quæritur an iste minor xx. annis, & maior xviij. intelligatur habere legitimam ætatem iuxta formam dicti statuti. Dom. Segnorolus iudicauit quòd non in secunda parte suorum consiliorum. in fine, in consilio quod incipit statuto ciuitatis m. & quòd non teneat confessio fa. l. cũ non solum. §. necessitate in glossa magna, ibi item quod in præcepto, & c. de bonis quæ liberis.

Quid si conueniantur duo quorum vnus est laicus & alius est clericus. Bart. in l. iurisperitos. §. cum oriũdus. de excusa. tuto. fac. quod per ipsum notatur in l. solent. de alimẽ. & cibar. leg. in vj. q.

Quid si pendente accusatione reus accusatus est effectus clericus Ioan. And. in c. j. de oblig. ad ratiocin. Bar. in l. j. ff. de pœnis.

¶ Bal. de Accusato.

An Imperator possit accusari coram papa. versi. item quia papa. G. ¶ An vniuersitas possit accusari, & qualiter etiam singulares veniant puniendi: versi. si. G.

Incipit Partic. III.

¶ De his, qui alieno nomine in Iudicio inter-
a ueniunt[a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Procurator ille dicitur, qui aliena negocia domini mandato administrat.*
2 *Exorcista dicitur secundum canones defensor, cuius officium est obsessa corpora à dæmonibus defendere.*
Excusator quis dicatur.
3 *Syndicus dicitur quasi singulorum de collegio, vel vniuersitate causam dicens: & tantum constituitur ad iudicia.*
4 *Actor & procurator quid differant.*
5 *Oeconomus est, cui ecclesia gubernanda mandatur.*
Præpositus & œconomus idem sonant.
6 *Castaldus est, qui curã rerum exteriorũ habet qui aliàs dicitur maior dominus.*
Tutor datur pupillo, curator autem adulto, furioso, & similibus.
7 *Administrator quilibet secundum can. vocatur procurator.*
Vis in nominibus non est, secundum canones.

b SAtis vtiliter[b] de exceptio. quę suo nomine agentes vel accusantes repellunt, ostendimus: nunc ergo de eis: quæ alieno nomine agentes, vel defendentes impediunt, videamus. Et quidem nomine alieno interueniunt in iudicio. Procurator Actor, Coniuncta persona, Defensor, Excusator Syndicus, Oeconomus, Orphanotrophus. Vicedomin⁹, Viceco-
1 mes, Castaldus, Curator, Tutor. De quib⁹ singulis videamus. Procurator est, qui aliena negocia mãdato domini administrat. ff. de procu. l. j. v. q. iij. quia episcopus. Quis autem sit nuncius, dicam j. tit. prox. §. vt autem. ver. & nota quòd largè. Negociorum autem gestor est qui sine mandato gerit. Insti. de obli. quæ ex quasi contractu. §. j. Quæ autem sint coniunctæ personæ, dicam j. tit. ij. Defensor autem est, qui absq; mandato se alicuius defensioni offert. ff.
2 de procur. minor xxv. an. Inst. de satida. §. ab eis. † ¶ Secundum canones etiam exorcista dicitur defensor: vt lxxvij. di. in singulis, & c. monachus. Cuius officium est, obsessa corpora à dęmonibus defendere: vt xxiij. dist. exorcista. de consec. dist. v. omni die. Dicitur etiam defensor rerum ecclesiasticarum procurator & defensor. extra. de re. ec. non. alie. si quis presbyterorum. & ex hoc officio quandoque vocatur castaldus, scilicet, in rebus ecclesiæ: quando que aduocatus, s. in rebus episcopalib. Quandoque iudex: vt in ec
h terit? Dic, quòd sic: vt patet in pluribus. tutorib. ff. de admi. tu. decre. §. j. De hoc not. C. si vnus ex plurib. tu. l. j. Quid si dictum fuit, q non esset melior conditio occupantis, & quòd vnus incœperit, alter exequatur? Videtur quod licet vnus prius occupauerit, alter adhuc nihilominus admittetur agens. Nam voluntas constituentis debet obseruari: vt C. e. si procur. & ff. man. diligenter. extr. de rescr. cùm dilecta. Item in casibus potest dominus in se li

18 tem transferre post litem contest. ff. e. post litem. †Et quod fieri potest per legem, potest fieri per pactum. ff. de pac. nam impossi-

i bile. Econtrà videtur[i], ne in plures distinguatur aduersarios, qui cum vno fuit litem contestatus: arg. ff. iu. so. iam tamen. §. pe. & ff. de exer. l. j. in fi. & l. seq. ff. de transac. cùm hi. §. in causam. Nam & dominus non potest, nisi iusta de causa post litem contest. procuratorem mutare illo inuito: vt ff. de proc. quæ omnia. ĩ iudicio enim quasi contrahitur: nec prædicta adiectio aliquid operatur: vt ff. de pecu. licet. §. idem scribit. ff. pro socio. sed si adiicitur. & de au. & ar. leg. pediculis. §. Labeo. Quia expressè dr in præ. l. plurib. quòd melior, &c. & ad idem in præ. Decr. non iniustè. Dicũt quidam, quòd si velit cœptum iudicium perficere, audietur: vt ff. de off. consul. l. j. aliàs si velit incipere à capite, non audietur, & vide suprà. §. i. ver. item quòd reuocatus. Alij dicunt tale procuratorium cum hac clausula non valere, per iura in contrarium inducta. Tertij dicunt valere: sed idoneior est eligendus, si omnes concurrant ad litem contestandam. ff. de admi. tu. decreto. in fin. ff. de accus. si plures. ff. de lib. ho. exhi. l. iij. §. si tamen plures. ff. de sepul. vio. prætor. §. i. si autem lis sit contestata cum omnibus: & tunc non eliget: quia omnes facti sunt domini litis: & sic dixit domin⁹ Cle. Papa I I I. Quis autem eliget, videlicet pars, an iudex, an cõstituens? & alia de hac materia no. secundum Papam, extr. de ꝓc.

k in nostra. & secundum Ber. e. ti. non iniustè. dic vt ibi[k]. †¶Quid

19 si constituens plures procuratores dixit, quòd vnus nil possit si-

l ne altero facere? Dic sic[l] obseruari debere: vt no. ff. de admi. tu. Titium & Mænium. & ff. de exer. l. j. §. si plures. Nã intelliguntur solum constituti ad ea, quæ in procuratorio continentur: vt extrà. de off. del. cùm olim. j. Vel dic, quòd vnus altero præsente vel cõsentiente agere possit. ff. de procu. Paulus. & ff. de admi. tu. quidã. §. j. Patet ergo ex præmissis, plures procuratores simul dari posse: quod verum est ex parte actoris. ex parte verò rei vel aliorũ, qui loco vnius habentur, non: nisi vnius, vt in prædi. l. iam tamen. §. pen. De hoc no. ff. de proc. si quis alleg. in l. vel duo. §. pe. & fin. l. pluribus. & l. licet. in fine. & l. omnium. ff. de accusa. ne in plures. Sed cùm dato secundo, primus procurator intelligatur reuocatus: vt s.

ADDITIONES.

☞ procurari non posse. C. de temp. app. l. ii. in prin. cũ litiũ & dilationum materia sit amputanda, vt ibi: & lites sint odiosæ, quæ et ĩ criminibus causam dare solent. C. de iud. properãdũ. in prin. ideo restringendæ. ff. de li. & posth. cùm quidã. in fi. & satis est cõstituenti, quòd sibi in paucis amici laboribus consulitur. C. de neg. gest. tutori. & iura prius inducta de materia fauorabili, loquũtur sicut in datione tutorum, & similium: vt sic fauor & odiũ soluant contraria. subdit etiam, quod dictum de procuratoribus procedat in commissionib. iudicum.

a Sic obtinuit. ¶Et l. iij. ff. e. ti. apertè dicit, quòd dari potest in diem & vsque ad diem.

b Properandum. ¶Facit s. e. ti. audiris.

☞ Quid si in mandato sub proprio sigillo. ¶Dicit Bal. in const. 3. C. §. quibus sic, aut substantia actus potest infringi ex tempore, & tunc debet continere tempus, vt in mandato procuratoris, qa si non apparet de tempore, tunc iudicium tanquam sine mandato factum posset infringi. Aut substantia vel fundamentum actus non infringitur ex tempore, & tunc non est necesse quòd apponatur tempus. non obst. aut. qui. mo. nat. effi. leg. §. quæ sitũ. qa ibi non loquitur in scriptura priuata, sed in scriptura sacerdotis quæ in matrimonio & in dote subscripta tribus testibus, reputat pro scriptura tabellionis. Bal. Et an in literis debeat inspici tẽpus datæ, & idem in rescriptis ante tempus receptionis, no. in ca. dilectus. el ij. de præbendis, & c. fina. de rescriptis, & c. constitutus. & c. super literis. & c. capitulum sanctę crucis. de rescrip. & c. gratum. de offic. de leg. Bart. in illa constitu. ad reprimendam. in fine operis.

c Continetur data. ¶De testib⁹ dicam ibi super iij. & iiij. forma. Ad de vers. præcedenti, quòd si substitutus moritur, mandatum non reuertitur ad mandati substituentem: sed ad fontem, vt voluit Oldr. consi. cxxx.

d Consul, &c. ¶Nõ dicit de loco: qa vt patet ꝑ inferiora. pl⁹ ĩterest de die, quàm de loco in hoc casu. & licet Host. misceat hæc duo, vbi dicit finis: nil tñ ĩducit pp qđ intersit de loco: sicut nec id. sed Gul. Na. hãc q̃stionẽ formauit: & ẽ vj. sub hoc tit. solũ de loco vr tñ intellexisse, ñ de loco, quo fuit scripta litera: sed de loco, quo ꝓcu. debeat ꝯparere, vł litẽ peragere. Nec placebat ipsius solutio distinguens, an datus fuerit ad totam causam, an ad diem, & secũdo casu subdistinguens.

e Dilectos. ¶Vbi post eum plenius vide in glo. quid si procuratorium per quam intelliges hunc finem.

f De hoc. ¶Quod hîc & in ver. seq. dicitur de datis, simul intellige i. coniunctum in eodẽ instrumento. Si aũt dati essent duo ꝑ duo instrumẽta diuisim, nec appareret qđ ꝑ rius, qa eadẽ die cõfecta fuerũt: videt̃ neuter admittẽd⁹: qa nescit̃ qs ex illis sit reuocatus & imputet sibi sic dubiè & indiscretè ꝯstituẽs. Facit de ele. c. vlt. lib. vj. & vide qđ ibi no. in gl. ꝑ ordinẽ. & ẽ hic similis qõ de duo. testamẽtis. no. de resc. duob. li. vj. in j. gl. cũ his, q̃ sup ea dixi. Si aũt in altero vel vtroq; instrumẽto fieret alteri⁹ reseruatio: tũc cessat dubiũ reuocationis, licet in primo mẽbro appareat, qđ fuit pri⁹, ĩ secũdo nõ, & puto in his casib. vtrunq; datũ in solidũ, & cessaret dubium quod in ver. seq. ponitur: quia verba id sonant, quòd alter agat, licet alterum non reuocet: & tunc etiam esset locus occupationi. Adde, vt per Old. cuius hæc videntur verba eius cõsi. j.

g Curia seruat. ¶In causis spãlibus remittã j. ver. ij. in fin. Adde de hoc, vt plenè ꝑ Old. consi. cxxx. & miror, q Io. An. non referat.

h Quid. ¶Alber. Gal. fuit eo. ti. ver. sed pone.

i Econtrà videtur. ¶Hoc placuit Alb. Gal. per rationes, que sequũtur eo. ti. ver. sed quid si dictum.

k Vt ibi. ¶Hodie dic, vt c. si duo. li. vj. vbi distinguitur inter causas spirituales & alias: & ibi patet, quòd prædicta clausula aliquid operatur. sed non quod verbum sonat.

l Dic sic. ¶Secundum Alb. Gal. cuius fuit tot⁹ iste ver. e. ti. ver. sed nunquid plures.

tus:vt s̃.§.j.versic.item quòd est reuocatus. quid erit, si secundus
nolit recipere procurationem:nũquid prima remanet in suo valore? Et videtur, quòd non:sicut in posteriori testamento rumpitur primum:licet ex secundo aliquis hæres non sit, vel esse nol-
a uerit.Inst.qui.mo.test.infir.§.posteriore.[a]† ¶Item nota, ꝙ in mã
20 dato procuratoris rei debet cõtineri nomen cõstituentis & cõ-
stituti,& cõtra quem,& in qua causa constituitur:& quòd ratum habebit dominus,quod cum eo actũ erit:& corã quo iudice:maximè si sit delegatus.Nam si sit ordinarius, nõ est multũ necesse de eo fieri mentionẽ,& hę literæ debẽt aduersario mitti, vt cert⁹ sit:& per eas releuetur ꝓcurator à satisdando. hæc probãtur ff.d̃
21 proc.l.procurator.& s̃.e.§.ver.ij.† ¶Vltimò nota, quòd excep-
b tio ꝓcuratoria dilatoria est.ff.de exce.l.ij.in fi.& l.iij.[b]Et est ꝓbanda ab eo, qui eam opponit.ff.de exce.in probationib.§.sed & si ꝓcuratori.Itẽ exceptio ꝓcuratoria duob.modis dicitur:vel quia ñ est procurator, vel quia non potest esse.quod dic, vt in præ.§.sed & si.ff.de dam.infect.inter quos.§.alieno.Item nota, quòd fide-
c iussori omittẽti hanc exceptionem[c] non denegatᷣ actio mandati.
22 ff.mand.si fideiussor.§.quædã.† ¶Sed nunquid pars procuratorẽ semel approbans, poterit cum amodò recusare? Videtur quòd non:vt xxxij.q.v.horrẽdus.ff.de ne.ges.Pomponius.C.de nõ nu.pe.generaliter.ff.de bo.li.nã absens.ff.de admi.tu.cùm quæritur.ar.contrà.C.de episc.& cle.Auth. presbyteros & diaconos. & C.li.x.de his, qui spõ.mu.sube.l.ij.& iii.Sol.Si sit constitutus ad totã causam, vel simpliciter, locum habent prima iura, nisi quid nouum emergat:vt extr.de iura.cal.cæterùm:vel nisi de nouo aliqd perueniat ad notitiam partis contra eum. extr.de excep. pastora
23 lis:Si verò cõstitutus sit ad diem obtinent cõtraria. † ¶Sed pone, die ad iurandũ de calumnia assignata, cõparet aliquis procurator, qui ideo admittitᷣ, vt iudiciũ firmetᷣ:postmodũ verò cùm nõ habeat speciale mandatũ ad iurandũ, nõ vult aduersarius eũ admittere. Dic, ꝙ nõ admittetᷣ ad iurandũ, licet admissus fuerit ad iudiciũ firmandũ:talis aũt procurator bene admittetur ad alia, præterquã ad iurandũ. De hoc ĩ.de iura.cal.§.restat.ver.quid ergo si. Item nota, ꝙ falsus procurator dicitur, qui fines mandati excedit vt extr.de off.dele.cùm olim.& qui nunquã fuit, & qui fuit, sed nunc non est, ꝙ & an teneat, quod fit à talibus, dic vt not.extr.de
d rescriptis.ex parte decani[d].† Hoc quoque prætereundum nõ est
24 ꝙ procuratorium originale in iudicio exhibitũ non debet parti producenti reddi, si sit speciale ad causam illam tantùm : secus si sit generale ad hanc, & ad alias causas. Tunc enim restituitur copia retẽta.& vide ĩ.de edi.inst.§.nũc dicamus ver.illud aũt.& seq.

ADDITIONES.

a Posteriore. ¶Idem not.e.ti.si duo.li.vj.in gl.ij.Bene facit ff.de le.j.l.plenè.in prin.& Inst.qui.mo.tol.obl.§.præterea. & ibi vide in gl.sed q̃.nõ ob.ff.qñ lice.ab emp. disce.si id quod primo respons. vbi soluitur in j.gl.Adde ver.seq.ꝙ licet in mandato sit, Constituo Titium, & non dicat procuratorem:ꝙ tamen valeat mandatum, si ille Titius erat procurator, secundum Roma.consil.clxx.
b lxiij. ¶Quòd hic nõ procedat in monacho eo casu, quo dari non potuit procurat.& quare aliud in milite, plenè scripsi extr.e.ĩ nostra.sup gl.quando dicatur:vbi ẽt subdit, quid de clerico seculari.
c Exceptionem. ¶Vltimam, s.tu non potes esse:secus de illa, tu nõ es.quod vide in gl.quando dicatur superius allegata. Adde Fed. de Se.cons.cclxx.& Alex.consi.lxxiij.lib.vj.
d Decani. ¶In v. gl.& vide quod super ea scripsi cũ sua remissiõe.

SVMMARIVM.

1 *Forma mandati ad litem quæ sit.*
2 *Procurator actoris audiendus non est, sine cautione de rato.*
3 *Constituens procuratorem, & volens eum ab onere satisdationis releuare, quibus verbis in instrumento vti debeat.*
4 *Satisdationis coram iudice fiendæ in actis, forma quæ sit.*
5 *Nuncius quilibet largè sumendo dicitur procurator, sed non quilibet procurator nuncius.*
6 *Procurator formans verba in personam suam, tenetur domino mandati, & an tali quæratur actio ex eius contractu.*
7 *Differentia inter nuncium, procuratorem, & actorem.*
8 *Mandatum procurationis quid debeat continere: & qua forma debeat procurator constitui non habita copia tabellionis.*
9 *Sigillũ authenticũ quomodo, & qua forma apponatur in literis procuratoriis.*
10 *Procurator literis sigillatis munitus, an per hoc releuetur à satisdatione.*
11 *Generale mandatum ad causas & negotia sub qua forma concipiatur.*
12 *Ratum habere cogitur dominus, vbi de mandato constat.*
13 *Lex non est imponenda verbis, sed rebus.*
14 *Constitutus ad petendum & exigendum debitum, non eo videtur constitutus ad solutionem recipiendam.*
15 *Procurator liberam & generalem habens administrationem potest exigere, nouare. sacramentum deferre, & aliud pro alio permutare.*
Forma ad prælatum alicuius ecclesiæ procuratorem constituendum.
16 *Monachi vel canonici procuratorem constituentes ad petendum cassari vel confirmari electionem, quibus verbis vtentur.*
17 *Mandatum ad impetrandum & contradicendum in audientia domini Papæ, sub qua forma concipiatur.*
18 *Quis admittatur in audientia ad conueniendum de iudicibus.*
19 *Procurator datus ad impetrandum & contradicendũ, an probabit appellationem, per vnum testem, & per confessionem, quam facit in litera.*
20 *Procurator si occultat mandatum, ne per hoc possit probari appellatio in curia Romana, quid iuris.*
21 *Mandatum ad mutuum suscipiendum quomodo concipiatur.*
22 *Reuocatio mandati procuratoris sub qua forma fiat, & quibus præsentibus.*
23 *Recipere mandatum procuratorium voluntarium est, susceptum autem consummari necessarium.*

¶ De formis Procurationum.

4.§. Vt autem quæ scripta sunt cautius euitentur:formas aliquas exempli gratia supponamus. Sciendum ergo est, quòd procurator quandoq; constituitur ad litem. Quandoque ad negotia. Nonnunquam ad impetrandum & contradi-
1 cendum. Et ad mutuum in curia contrahendum.† ¶Forma mandati ad litem talis est:
a FORMA[a]. Anno, mense & die talibus, &c. in præsentia mei notarij & testium subscriptorum, Titius fecit, constituit, & creauit,
b & ordinauit[b] P. præsentem, & ĩ. scriptam procurationem sponte recipientem. & M. licet absentem, & quemlibet eorum in solidũ ita tamen quòd non sit melior cõditio occupantis: sed vbi vnus dimitter, alter possit assumere suos procuratores, actores, & nuncios speciales in cã tali, quã habet, vel habiturus est cũ H. coram tali iudice ad libellũ offerẽdũ, seu recipiẽdũ, vel ad agẽdũ, & defendẽdũ, excipiendum & replicandum, litẽ contestandum, terminos & dilationes petendũ, & recipiendum iuramentũ de calum
c nia[c]:& cuiuslibet alterius generis[d] præstandum, ponendũ, testes
d etiam & instrumẽta producẽdum, & alterius partis testes & probationes, & iuramenta videndũ:& eos, vel ea reprobandũ: iudices eligendum, & recusandum suspectos, sentẽtiam vel sententias audiendum, appellandum, & appellationem seu appellationes prosequendũ:& generaliter ad omnia & singula faciendum quæ merita causarũ exigunt; & quæ ipsemet vel verus & legiti-
e m⁹ procurator facere posset[e]:promittens se ratum, gratum & firmũ perpetuò habiturum, quicquid per ipsos vel alterum eorum circa prædicta, vel aliquod prædictorum fuerit procuratum. Hęc
2 vltima clausula sumitur ex c.ij.q.v.quæ de causa. ¶Et no. quod †
f procurator[f] actoris audiendus non est sine cautione de rato : vt extr.de proc.c.j.de off.dele. coram. in qua nomine cautionis intelliguntur fideiussores.ff.de proc.seruum.§.ait prætor.& vbi agitur pro ecclesia, vel eius subiectione, non potest hac cautione agi ad interesse:quia illa non recipiunt æstimationem : sed solum ad impensas litis.ff.rem ra.hab.l.si sine.§.cum autem proc.& hoc petebatur in prædicta Decr.coram. Et sic patet, quòd quandoq; melius est habere cautionem de rato, quàm literas:quia per cau
3 tionem semper consequitur expensas.† ¶Si verò reus cõstituẽs procuratorem velit eum releuare ab onere satisdationis, quod fieri potest, vt ff.iud.sol.si ad defendendum. Inst.de satisd.§.si autẽ. & in eodem instrumento subiungat sic:
FORMA. Et quia idem Titius voluit ipsum P. procuratorem suum releuare ab onere satisdationis, promisit sub obligatione bonorum suorum mihi notario ĩ. scripto stipulanti vice & nomine omnium eorum, quorum interesse poterit, de iudicio sisti, & de iudicato soluendo : & quòd tempore sententiæ datæ in iudicio aderit, si opus fuerit, & commodè fieri poterit, & quòd omnia soluet, & dabit aduersariis eius pro omnibus clausulis, quę in condemnatione continebuntur, nisi fuerit prouocatum, sub o-
g bligatione bonorum suorum. Alij verò[g] sic dicunt: Insuper d. P. procurator promisit mihi notario infrà scripto stipulanti vice &
nomine

ADDITIONES.

a FORMA. ¶Rolãdini cum duab. sequentibus, part. vij. in vl. char.
b Ordinauit. ¶Cõtra hãc multiplicationẽ vide ĩ. ver. sed opponitᷣ.
c Calumnia. ¶Rolandinus, cui⁹ fuit hæc forma, nõ posuit hoc qđ de iuramẽto dicitur, credens fortè illud etiã cũ mãdato domini ꝑ procuratorẽ nõ posse pręstari:cuius ꝯrium est hodie declaratũ, de iura.calum.c.vlt. lib.vj.
d Alterius generis. ¶Additur in animam suam præstandum, ac etiam deferendum.
e Facere posset. ¶Additur, etiam si mandatum exigant speciale: p. c. qui ad agendum.e.ti.lib.vj.
f Procurator actoris. ¶Supple de cuius mandato dubitatur, vt satis no. in c. statim allegato.
g Alij verò. ¶Scilicet Aegi. in sua rub. xj.

nomine dicti H. & omnium eorum, quorum itererit, iudicatum soluere pro omnibus clausulis stipulationis: & dict' T. tanquam fideiussor dicti sui procuratoris promisit sub hypotheca rerum suarum mihi notario j. scripto stipulanti nomine dicti H. & omnium, quorum interest, vel intererit, se facturum & curaturum, ꝙ dictus procurator defendet eum in dicta causa: & quòd dolum nõ committet, & iudicatũ soluet, & quòd ipse T. aderit in iudicio tẽpore sententiæ ferendæ: quod si non fecerit, ipse dabit & soluet actori omnia in condemnatione contenta: nisi fuerit appellatũ. Acta fuerunt hæc tali loco, anno, mense, & die prædictis, præsentibus talibus. Et ego talis tali auctoritate notarius prædictis interfui, & scripsi, & in publicam formam, &c. & signum meum apposui. Et vide & quære super hac forma, vt j. de satisdatio. §. expedito, in prin. & ver. sed quæritur. & seq. Si autem hæc satisdatio fiat in actis coram iudice, sic scribetur:

4 †¶FORMA. Et quia voluit dictus procurator expediri ab onere satisdationis iudicatũ solui, promisit mihi notario infrà scripto stipulãti nomine dicti H. & omnium eorum, quorum interesit, quòd defendet dictus T. & ꝙ nihil dolo malo faciet in tota dicta lite: & quòd tempore sententiæ ferendæ erit in iudicio, & iudicatum soluet: nisi ab eo fuerit prouocatum sub hypotheca rerum suarum: & pro his omnibus & singulis obseruandis dictus Titius extitit fideiussor sub obligatione bonorum. Hæc probantur Instit. de satisd. §. si verò aliquis. in prædi. §. expedito in principio, & ibi etiam in ver. satisdatio. habes formam satisdationis prę-

5 standæ, extr. procuratorium. & extr. acta. †¶Et nota, quòd largè quilibet nuncius est procurator. ar. extra de testi. causam quæ. in fi. sed nõ quilibet procurator est nuncius. Nuncius enim est is, q vicem gerit epistolæ: estq; vel vt pica & organũ, & vox domini mittentis ipsum: vt in concor. quæ sunt s. de iud. dele. §. iam nũc, ver. sed nunquid ibi: & si velit, &c. & recitat verba domini: puta, misit me dominus, vt sciret an vendis ei rem pro decem, & si ille respondeat, vendo, tenet contractus: & quæritur domino actio per seipsum, non aliàs quærit ei, quamuis alterius ministerium ĩtercedat. ff. de consti. pe. qui autem. §. fi. & l. licet. ff. de vsur. qui solutioni. §. fi. ff. quod vi aut clàm. l. iij. in prin. non autem debet formare verba in personam suam: alioquin tenetur domino mandati: quæ dic, vt C. si quis alte. vel sibi. multum. Sed per procuratorem dominium & possessio bene domino quæritur: vt j. de emp. & ven. §. i. ver. plerunq;. Tamen ipsi procuratori, qui in persona

6 sua format, vt ff. de consti. pec. eum. §. Iulianus. † quæritur actio ex contractu eius sibi, & non domino, etiam vtilis: nisi ille sit nõ soluendo. ff. de act. emp. Iulianus. §. si procurator. & de instit. l. j. & ij. quia per liberam personam nobis actio non quæritur. vt C. per quas per. no. acq. l. j. ff. de ver. ob. stipulatio ista. §. alteri. Ideoq; oportet, vt procurator domino actionem cedat, & eum procuratorem in rem suam faciat, ad quod tenetur. ff. man. si procurator in fin. ff. de acqui. poss. l. possessio. §. fi. Item oportet, quòd caueat domino de facto suo, prout habetur. ff. man. de tu. & l. seq. secus tamen est in nuncio. Item procurator datur ad causas peragẽdas vel defendendas: nuncius verò nõ. quod dic, vt in præ. l. multum & ff. de procur. l. j. §. j. vbi de hoc. ff. de consti. pe. qui autem. §. con-

7 stituere. & l. seq. †¶Item nuncius dicitur, qui sine mandato & literis mittitur. extr. de off. del. prudentiam. respon. j. & de pig. c. pe. Procurator verò est, qui negotium mãdato domini administrat. ff. de proc. l. j. ext. e. c. auditis. Actor quoque, qui debet procuratorem constituere ad defendendũ, si fortè ipsum contingat reconueniri: vt s. §. j. ver. item excipitur, quòd licet. debet illum releuare à satisdatione, quod fiet hoc modo. nam post verba illa, prædictorum fuerit procuratum, &c. posita. s. in fi. primæ formæ, iungatur sic: quòd si fortè ipsum procuratorem reconueniri contingat, volens idem Titius ipsum releuare ab onere satisdationis ꝓmisit, &c. vt s. ver. si verò. & seq. Non est autem vis, vtrum instrumentum procurationis concipiatur in tertia vel prima persona: vt extr. de conuer. coniu. dudum. vel per verba de præterito, vel de præsenti. extr. de iure pa. quod autem. in fi. Quid autem debet continere mandatum procurationis, dixi s. §. proxi. ver. item no-

a ta, quod. ¶Si autem non potest haberi copia tabellionis[a], potest per literas in hac forma constitui:

8 FORMA. †Vniuersis Christi fidelibus, ad quos præsentes literæ peruenerint, magister B. Aug. minor sacrista sancti Pauli Narbõ. salutem in Domino. Vniuersitati vestræ tenorẽ præsentium innotescat, quòd nos facimus, cõstituimus, &c. sicut in præscripta forma continetur, verbis competenter mutatis, & in fine subiunges, Vt autem hoc præsens scriptum robur obtineat firmitatis, ipsum fecimus sigilli nostri munimine roborari. Sufficit enim

b sigillum[b] ipsius, postquam de ipso constiterit[c]. ff. de procur. l. si ꝓ-

c curator. ff. de pig. l. pe. §. j. s. §. prox. in prin. ver. item quòd nõ sunt. Melius est autẽ, quòd scribatur iudici siue parti: vt s. §. proxi. vers. ij. & ver. item no. vnde dicatur sic:

d FORMA.[d] Talis tali iudici tam vitæ præsentis commoda, quàm futuræ. vobis tenore præsentium intimamus, quòd in causa, quã A. mouet vel moturus est contra me: vel ego contra eum coram vobis B. procuratorem meum constituo, concedens sibi generalem & liberam administrationem: dans etiam eidem potestatem agendi & defendendi, ratum habiturus & gratum quicquid per eum in dicta causa procuratum fuerit siue factum: promittens et sub hypotheca rerum mearum pro ipso procuratore, si necesse

e fuerit[e] iudicatum solui: & hoc vobis significo atq; parti, in cuius

9 rei testimonium præsentem paginam feci sigillari, &c. vt s. †¶Si autem velis sigillum authenticum apponi, quod vtilius est: quia de eo non potest verisimiliter de facili dubitari: puta episcopi: vel officialis, vel alterius ordinariam iurisdictionem habentis: vt extrà. de prob. post cessionem. & xj. q. iij. curæ. & in præ. ver. item ꝙ non sunt. constituatur procurator in illius præsentia: & tunc episcopus vel alius scribat, vt iam dictum est: & vbi dicitur, quòd nos fecimus, dicatur quòd magister B. Aug. &c. fecit, constituit, &c. vt in prædicta forma. in fine autem iungatur sic: in cuius rei testimonium & certitudinem pleniorem, præsens scriptum sigilli no-

f stri appensione fecimus communiri, datum, &c.[f] †¶Sed nunquid

10 talis procurator per hoc releuatur à satisdatione? Et certè quo

g ad cautionem de rato, planum est, quòd sic: ex quo de mandato constat: vt in præ. l. si procur. C. e. l. j. sed quantum ad satisdationẽ iudicatum solui, quam semper præstat procurator rei, & etiam procurator actoris: vt j. de satisd. §. expedito. in prin. non videtur releuari. Primò q̃a hæc promissio fit inter absentes. ff. de ver. ob. l. j. in prin. Secundò, q̃a licet facta sit illi ꝑsonæ publicæ vel authẽticæ, quæ sigillum suum apposuit, non est tamen authentica vel publica, quo ad eum cõtra quem fit ꝓcurator: q̃a nõ est eius iudex vel publicus notarius. Vnde nulla sibi ex hoc quæritur actio ff. de magistra. conueni. l. j. §. exigere. Tertiò, quia hic iam conueniretur fideiussor sine principali debitore: cùm tamen obligatio accessoria sine principali regulariter non subsistat. ff. de fideius. l.

h si fideiussio. Inst. e. §. fideiussores. Sed dic, secundum Aegi.[h] tale ꝓcuratorium sustineri posse: vbi hoc fieri consueuit. Instit. de sa-

i tis. in fi. Vel dic[i], quòd talis procurator comparens in iudicio, aut potest dare pignora, vel fideiussores: & tunc det quod maluerit. ff. de constit. pe. promissor. in fi. ext. de off. dele. coram. & hoc pro æstimatiõe litis. Inst. de satis. §. fi. Aut neutrũ dare pt. & hoc iuret:

k & tũc sufficit iuratoria cautio. ff. q satisd. cog. l. j. Et ꝓ tertiã[k] obiectionem

ADDITIONES.

a Tabellionis. ¶Dicit Aegi. sicut apud multos vltramontanos.

b Sigillum. ¶Sup. sine subscriptiõe testiũ, q regulariter in epistolis non requiruntur, secundum Gui. de Suza. qui hoc no. ff. e. l. j. allegat. ff. depo. Lucius. j. de cõsti. pe. l. quidã. C. de epis. & cle. si qua ꝑ calũniã. §. j. Fallit ĩ codicillis. ff. de leg. ij. l. miles ad sororẽ. vt ibi patet in j. gl. & C. de codicil. l. vlt. §. fi. & in casu. C. de Lat. li. tol. l. vna §. simili quoque. ij. Adde, sm Paul. de Cast. vnum perpetuò notandũ in d. l. si quæ per calumniam. ꝙ si aliquis de lõginquis partibus veniens portet instrm procuratorium, in quo cõtineatur, ꝙ talis ꝯstituit Titium procuratorẽ ad agendũ, & asserat se illũ Titiũ esse de quo in instrumento: aduersarius aũt neget dicendo, proba ꝙ sis ille Titius. potuisti enim subtrahere: ꝙ nõ habet necesse probare, secundum doct. per tex. d. l. si qua per calumniam.

c Constiterit. ¶Sed an constabit per collationẽ similis signi? Dicit Gui. Angl. sub hoc ti. q. xviij. ꝙ nõ: nisi appareat id, per quod fit collatio aliàs fuisse ꝓbatũ: & hoc vel pacta vel ꝑ appensionẽ sigilli principalis iudicis ordinarij vel delegati cũ filo ad illud sigillũ. Alleg. C. de fid. instru. l. comparationes. & in Authent. eod. titul. §. si verò. col. vj.

d FORMA. ¶Quæ fuit Aegid. sub rub. xij. cuius fuit ad literã totũ quod sequitur. vsque ad versic. porrò. & hanc formam præcedit ibi forma, quæ est infrà sub ver. verum.

e Fuerit. ¶Dixit Gul. An. post formam, quã posuit e. ti. in j. char. ꝙ istud si necesse fuerit, ponitur in procuratoriis actorũ, qui si recõueniant, habẽt sic cauere: aliàs nõ. in procuratoriis aũt reorũ nõ ponitur, quia semper in eis est necesse satisdari de iudicato soluendo.

f Datũ, &c. ¶De his, qui mittũt schedulas vacuas suo sigillo sigillatas, vt in eis scribatur procuratorium ad eorum volũtatẽ. quibus mittũtur: plenè scripsi de fide instr. c. ii. in magna gl. ver. sed quid de his procuratoribus. & facit quod scripsi de solu. c. ij. & de hoc etiam plenè scripsit Gui. Ang. sub hoc ti. q. iij.

g Satisdatione. ¶Aegi. fuit iste ver. vt statim dicam.

h Secundum Aegi. ¶Sua rubr. xj. in fi.

i Dic. ¶Secundum eundem.

k Tertiam. ¶Verbum Gui.

ctione facit,extr.de off.del.pastoralis.in fi. & melius in constitu. Greg.X.de elec.vt circa.li.vj.& vide in prædicto §.expedito. ver.
a sed quæritur[a].¶Porrò generale mandatum ad causas & negotia sub hac forma concipietur:
11 †FORMA.[b]Anno,mense,&c.vt s̃.in prima forma,vsq; ad,spõ
b te recipientem,&c.iunge suum procuratorẽ & nuncium specialem in causa tali,quam habet vel habere intendit cum H.& generaliter ad omnes causas quæstiones & lites,quas habet vel habiturus est tam in agendo,quàm in defendendo cum aliquo,vel aliquibus coram quocunque iudice tam ecclesiastico, quàm ciuili auditore vel delegato ordinario,vel subdelegato,& specialiter coram tali super quibuscunque rebus vel negotiis:ad libellos offerendos,& recipiendos,&c.vt s̃.in prima forma vsque, promittens se,&c.post iunge.Item ad petendum,exigendum & recipiẽdum omne id,& quicquid ipsi Titio ex quacunque causa vel cõtractu ab aliquo debetur:& ad faciendum finem, & refutationẽ super receptis eius nomine ad solutiones faciendas&recipiẽdas, necnon ad paciscendum,componendum,transigendum,&in integrum restitutionem petendum,compromittendum, laudũ,& arbitrium audiendum,& prosequendum & homologandum:& ad crimina & defectus proponendum,& sic de aliis casibus, in q̃bus mandatum exigitur speciale,vt s̃.§.j.ver.item opponitur.Itẽ ad contrahendum debita:& ad constituendum sibi alios debitores,& ad venditiones,emptiones & locationes,& cuiuscunque generis contractus faciendos,& ad obligandum se aliis nomine ipsius T.& bona ipsius T.super quocunque contractu & generaliter ad omnia ipsius negotia tractanda & gerenda: & ad omnia & singula facienda,quæ circa prædicta, vel aliquod prædictorũ, vel etiam quæcunque aliàs sibi videbuntur vtilia:& quæ per quẽlibet procuratorem verum & legitimum seu nuncium, possent
c aliquo modo procurari:dans ei plenam & liberam potestatem[c], & mandatum speciale prædicta omnia & singula faciendi: & super præmissis & quolibet eorum,quoties expedierit & voluerit procuratorem vnum,vel plures simul,vel successiuè,vel etiam ĩ
d solidum substituendi,& eum vel eos ex nunc ipse constituit[d]:& eum vel eos,quando & quoties voluerit potestatem reuocãdi: promittens se grata & rata habiturum,& in aliquo non contrauenire,quæcunque dictus procurator vel alij seu alius ab eo substituendi,circa prædicta vel aliquod prædictorum facienda duxerint:seu etiam ordinanda acta,&c. vt s̃.in prima forma. Quòd autem dixi liberam potestatem, multum prodest: quia aliter non habet ita plenam.ff.de procu.procurator cui.& l.seq.& l.mandato.j̃.ver.notabiliter.Posset quoque hæc forma fieri sub sigillo ꝓprio vel authentico:vt prædixi.¶Sed opponitur cõtra præscrip
e tam formam.Primò ex eo quod dicit, fecit,cõstituit,creauit,&c. videtur enim sufficere solum verbum fecit: & sic cætera frustrà membranas occupant.xix.dist.si Romanorum.lxxvi.dist. huiusmodi.& superfluitas reprobatur in actis. C.de prec.Imper.off. l.fi. extr.in procemio.§.sanè.imò punitur.C.de app.ampliorem.§.in refutatoriis.Item in eo,q̃d dicit procuratorem & nuncium videtur contrarietas:nam aliud est procurator, & aliud nuncius:vt s̃. ver.& nota quod.Sed hæc propter consuetudinem tolerantur. Præterea quilibet nuncius est procurator,vt præ.ver.& nota q̃d. Item illud quod sequitur in causa tali, videtur superfluum: quia tantum valet generale in omnibus,quantum speciale in singulis ff.de admi.tu.si duo.in fi.xix.dist.si Romanorum. extr. de priuile. quia circa.ff.si cer.pe.certum.Item,quod dicitur,quas habet, vel habiturus est,videtur inducere dubietatem:tum, quòd disiũctio illa vel,videtur dare optionem constituenti,ad quam causam velit illum esse procuratorem,an ad eam,quam habet:an ad illam, quam habiturus est. ff. de iudic.si quis intentione. Tum, quia ea quam est habiturus,non specificatur. Vnde si quis in hoc dubio cum tali procuratore litem ageret,& obtineret, non fieret executio in bonis domini,nec in eum actio in factum dabitur,nisi ꝓbetur eum de illa causa sensisse:quod est impossibile,imò ad intẽtionem domini & declarationem recurrendum erit. Et ideo dicunt quidam, tale procuratorium tanquam incertum generale & obscurum,non esse admittendum.ff. de iur.fis.ita fidei.extr.de rescr.cùm in multis.lib.vj.Item clausula illa,promittens se gratũ
12 &c.videtur superflua.†Nam ex quo de mandato constat,dominus cogitur ratũ habere: vt no.ff.de procu.si procuratore absente.Item opponitur ex eo,quod ibi dicitur: procuratorem, actorem,& nuncium,&c.Si enim in libello vtatur quis omnibus his vocabulis,dicetur ei, ꝙ eligat quod voluerit. C.de codicil. neq; codicillũ.Nã hæc inter se differunt:vt s̃.ti. proxi.ad fi.& s̃. vers.& nota q̃d.nec possunt simul concurrere,inspecta persona ꝯstituẽ-
13 tis.Sed dic,quòd satis tendunt ad idem,vt iam dixi.†Nec est lex verbis imponenda,sed rebus. C.communia de l.omne verbum[f].
f & vsus iudiciorum hoc admittit, maximè secundum canones,

vt j̃.ti.proxi.in fi. Verum ad euadendas huiusmodi obiectiones, quidam sic concipiunt.
g FORMA.[g]Anno,etc.A.constituit B.præsentẽ,& mandatũ suscipientem,suum procuratorem ad omnes causas præsentes & futuras nomine eiusdem A.agendas & suscipiendas contra quamcunque personam ecclesiasticam & secularem,collegium & vniuersitatem,coram quocunque iudice ordinario & delegato, ecclesiastico & seculari,ad agendum & defendendũ:& ad omnia& singula facienda,quæ causæ merita exigant, & quæ per verum ꝓcuratorem,& legitimè cõstitutum fieri possunt: qui procurator mihi notario stipulanti nomine,& vice omnium quorum interesse possit,promisit se dominum defensurum,cũ opus erit,& iudicatum soluere,eodem domino super præmissis promissionibꝰ fideiussore existente & promittente pro suo procuratore iudicatum solui,quo ad omnes sui clausulas,sub hypotheca rerum sua
14 rum, &c.†¶Notabiliter in præcedenti[h]forma dicitur ad solu-
h tiones recipiendas. Nam licet constitutus sit ad petendum & exigendum debitũ non ideo videtur constitutus ad solutionem recipiẽdã.ar.C.so.ma.quemad.dos pe.l.j.& ij.in fi.ff.e.ti.l.ñ solũ. ff. de sol.hoc iure.ff.de pa.sed si tãtũ. Quidã t̃n dicũt ei posse solui. ar.ff.d̃ le.iij.fideicõ.§.si rẽ.C.d̃ noua.&de le.ñ abstulit.C.de sol.in ductam.

ADDITIONES.

a Quæritur.¶Secundò, & hic prosequitur quod hic continuauit Aegid.& salua pace auctoris ista duo iura, quæ hic alle.non ꝯtĩgũt tertiã obiectionẽ: cùm in neutro illorũ d̃ fideiussoria obligatione tractetur,quæ facit hic dubium tertiæ obiectionis,q̃d pendet ex §.si verò aliquis.Inst.e.ti.vbi dicitur, quòd ꝯstituẽs debet esse procuratoris fideiussor.Item satisdatio ista est ꝓtoria: & prætoriæ requirũt fideiussoris obligationẽ.ff.de præto.sti.l.ꝓtoriæ.satisdationes.& talis forma non potest tolli,nisi à prætore.e.tit.l.j. ĩ fi.& fideiussoria non stat sine principali, vt probatum est s̃.Item ipse constituẽs suiipsius fideiussor eẽ nõ p̃t.ff.de fideiussor.hæres §.q̃d sine.Scire debes,ꝙ Cy.plenè hoc ꝓsequit̃,C.de satisda. l. vna.& vbi dicit.quidã defendũt formã præ.l.si qs reũ. ff.de li.le.in prin.vbi patet esse posse fideiussoriã sine principali: & illa fideiussoria habetur loco principalis.& hoc vr̃ placere Dyn.ff.vt le.no. ca.si quando.§.j.vel secũdũ alios, cũ procuratore in iudicio quasi ꝯhat.ff.de pec.l.licet.§.idẽ scribit.huic futuræ obligatiõi,q per procuratorẽ in iudicio ꝯhetur,accedet præcedẽs promissio dñi: & sic erit,licet ex post facto cui adhæreat.vel vt dixit Dyn.in l.fideiuss.ff.de fideiuss.cauebit ipse ꝓc.saltẽ nudè,& huic cautiõi fiat illa accessio,vt dixi,j̃.de satisd.§.expedito.ver.q̃d si. Dominꝰ Cy. ibi dicit se ꝯsuluisse,releuationẽ nõ fieri,nisi interueniat saltẽ nuda cautio procuratoris,cui obligatio dñi releuãtis accedit,ꝑ prę. §.si verò.per quẽ patet,ꝙ ista est fideiussio.&fideiussor est,qui alienę obligationi accedit.ff.de fideicõ.lib.l.j.& ij.inducit ẽt l.si minor.ff.de ꝓc. Quo ad ꝯria rñdet.ibi vide in vlterioribꝰ.t̃n vr̃ fateri,ꝙ sufficit sequẽs cautio procuratoris:qa fideiussor bñ accedit futurę obligatiõi.ff.de fideiusso.l.si stipulatus sum.§.adhiberi,Datur aũt ꝯsiliũ quod multi seruant,ꝙ dominus releuãs absentem promissione,quam notario facit nomine omniũ, quorũ intererit,adiũgat fideiussorẽ:& tũc promissio dñi & satisdatio sunt pro promissione,quã procurator facere tenebatur: nisi dominus sic fecisset,quo respectu dicitur eius fideiussor.Adde de hoc vt plenè ꝑ Bar.in rubr.ff.iud.sol.Rom.consil.lxij.vbi tenet, ꝙ stãte statuto,ꝙ nullus procurator rei conuenti audiatur, nisi primò satisdederit per idoneos fideiussores,quod sufficit,si dominus in mãdato fideiussit.
b FORMA.¶Rolan.vbi s̃.multum ampliata per auth.
c Potestatem.¶Vide quod hîc sequitur statim.& in versicul.item quod.
d Constituit.¶Vt dixi s̃.§.j.versi.sed quid si procu,Ista adiectio facit dubium:quia verè per verba datur procurator incertus ꝯ l.ij. ff.eo.vnde vt ponit Cy.in l.quod quis.C.e.tit.in fi, primæ q̃õnis, sm̃ Ia.de Are.si dicat dominus:constituo te procuratorem, & alium quem feceris,non valet substitutio,per prę.l.ij.Sufficit ergo dari mandatum procuratori de substituẽdo etiã incertũ, qui substituẽdo dabit certum.e.ti.c.j.ij.respõ.lib.vj.Est & simile de electo,qui debet certus esse.de ele.c.ij.lib.vj. & tamẽ bene datur procurator ad eligendum incertum.e.ti.c.pe.
e Formam.¶Secundum Aegi.sua rubri.xj.
f Verbum.¶Lex secunda est,& idem de electiõe commissa.§.porrò.lib.vj.
g FORMA.¶Aegi.rubrica sua xij.in prin.
h Præcedenti.¶proxima,in qua non est illud verbum.Et aduerte: quia in illa forma dicitur,ad solutiones faciendas,&recipiendas.

a ductam.[a] Item, quòd in precedenti forma [b]dicitur, licet absentes
b non videtur valere: quia procurator debet esse certus: vt ff.e. l. ii.
hic autem incertum est quis istorū futurus sit procurator. de ver.
ob. vbi. §. i. & hoc tenēt quidam. Alii contrà, s. quòd si vnus accep
c tauit, ille erit procurator, arg. ff. de cōsti. pe. illud quod verius est.[c]
15 †Procurator autem liberam & generalem administrationem ha
bens, potest exigere, nouare, sacramentum deferre, & aliud pro
alio permutare. ff. de procu. procurator cui. ff. de iureiur. iusiuran-
dum, quod ex conuen. §. fin. ¶Vbi autem prælatus alicuius eccle
siæ constituit procuratorem, hæc erit forma:

FORMA. Anno, &c. Talis præpositus talis ecclesiæ præsenti
bus tali & tali eiusdem ecclesiæ canonicis fecit, constituit, & ordi
nauit talem suum procuratorem, syndicum, actorem & defenso-
rem, & sufficientem responsalem: & in tali causa, vel causis, quam
vel quas habet, vel habere sperat contra, & quoscunque alios, co
ram tali, &c. vt s̃. in prima forma. Et nota, quòd si sit negotium cō
mune inter prælatum & conuentum simul, debent creare syndi-
cum, vel actorem. Si verò diuisim, omnino canonici cum suo prę
posito, vel decano, possunt facere syndicum vel actorem, & epis-
copus suum faciat. extr. de iudi. causam quæ. & de rescrip. edoceri
Si verò sit negotium monasterii. abbas & monachi debent consti
tuere simul, vt in præ. c. causam. & de rescrip. c. edoceri. & de syn-
di. c. vnico. & xvi. q. i. monachi. Abbate verò negligēte, faciat hoc
episcopus cū consensu sui capituli: & sic intelligitur extra. de iur.
cal. Imperatorum. secundū magistrum Gratianum Aretinum, qđ
dic vt s̃. de actore. versi. item contra prælatum. vsque ad fin. & vi-
16 deas §. ratione quoque. ver. item quod fuit consti. †¶Cæterum
monachi vel canonici constituentes procuratorem ad petendū
cassari, vel confirmari electionem, sic scribent:

FORMA. Sanctissimo vel beatissimo patri domino Clemen-
ti, diuina prouidentia sacrosanctæ ac vniuersalis ecclesiæ summo
pontifici, talis, vel tales eius deuotissimi filii cum omnimoda sub
iectione ac reuerentia, pedū osculo beatorum. Sanctitati vestræ
notum facimus per hoc scriptum, & quòd nos facimus, constitui
mus, & ordinamus talem seu tales procuratores nostrum syndi-
cum, vel actorem ad petendum nomine nostro cassari, seu cassam
nullam, & irritam nunciari electionem, quæ de facto dicitur de
P. in abbatem vel episcopū talis monasterii, vel ecclesiæ celebra-
ta: & ad petendum nomine quo s̃. cōfirmationem electionis à no
bis & nomine nostro de tali celebratæ ibidem: dantes ei nihilo-
minus plenā & liberā ptātē agendi, defendēdi, petendi, rñdendi,
excipiendi, & replicandi, & cuiuslibet generis iuramentum in ani
mas nostras præstandi, sententiam vel sententias, & præcepta au-
diendi, appellandi, appellationem seu appellationes prosequēdi,
necnon obiiciendi, & probandi crimina & defectus contra dictū
s̃. & contra adhærentes eidem. Et si necesse fuerit, beneficium dis
pensationis, vel in integrum restitutionem petendi: alium seu ali
os substituendi, & eosdem reuocandi: insuper damus & concedi-
mus ei plenam & liberam ptātē impetrandi, &c. vt j̃. ver. verum.
Et generalitier omnia alia & singula faciendi, in quib. mandatum
exigitur speciale, ratum perpetuò habituri ac firmum, quicquid
per ipsos, & cum eis simul & in solidum, aut cū substituto, vel sub
stitutis, vel ab eis, vel eorum altero actum vel procuratum fuerit
in præmissis, vel aliquo præmissorum. In cuius testimonium sigil
lo nostro præsentes literas fecimus consignari. Actum in capitu-
lo, &c. extr. de ele. nilhil est. & iunge hic quod no. j̃. de ele. §. supe
rius de via. ver. item nota quod. Qualiter autem procuratoria exē
17 plentur, vel publicentur, dicam j̃. de instr. edi. §. i. ii. & iii. †¶Cæte
rùm in audientia domini papæ ad impetrandum & contradicen-
dum mandatum, potest concipi sub hac forma:

FORMA. Anno, &c. vt s̃. in prima forma vsque, sponte recipi
entem, &c, iunge, ad impetrādum in Romana curia priuilegia, in-
dulgentias, quaslibet literas tam simplices, quàm legendas, gratiā
& iustitiam continentes: nec non & ad contradicendum & con-
ueniendum de iudice, vel iudicibus, & ad iudicem vel iudices eli-
gendos: & ad opponendum, recusandum, & appellandum, appel
lationem prosequendum, & cuiuslibet generis iuramentum præ
standum, & ad alia omnia circa hoc faciendum: quæ idem Titius
in persona propria facere posset, si præsens esset: & super præmis
sis & quolibet prædictorum, quoties expedierit, &c. vt s̃. ver. por
rò. vsque in finem. De hac forma habes extra. de renun. veniens.
18 in fin. †¶Quis autem admittatur in audientia ad conueniēdum
de iudicibus, not. j̃. de resc. presen. §. ratione formę. versi. item qui
no. An autem hoc mandatum sit necessarium, & quis eum proba
bit, vel non, no. ext. de resc. c. nonnulli. in gl. sic ergo. q̃ gl. non ap-
pbo per omnia. & c. ex parte. in gl. & ita patet. & s̃. §. j. ver. nouus.
& postquam talis procurator conuenit de iudicibus, non potest
eos dominus recusare: vt ext. de caus. pos. cùm olim. Nisi sibi cer-
tum iudicem expressisset, & procurator fines mandati egressus,
alium elegerit: quo casu non valet: vt ibi no. Vnde consulo, quod
exprimens faciat de hoc fieri publicum instrumentum: in hac aūt
forma non consulo, quòd detur potestas ad agendum & defen-
dendum: quia quandoque non expedit constituenti talem pro-
curatorem, quòd causa eius in curia tractetur vt extrà, de app. sæ-
pe. in prin. Non consulo etiam, quòd de appellatione, super qua
vult impetrare, fiat mentio in prædicto mandato: ne per hoc pro
betur appellatum esse, & sic per consequens causa in curia tracte
tur, vbi de electione & prouisione ageretur. vt extrà, de ele. statui
mus. lib. vj. Perinde enim esset tunc, ac si dominus propria voce
fuisset cōfessus appellatum fuisse. ff. depo si. Publius. §. Titius. licet
per hoc non probentur tempora illius constitutionis, statuimus.
19 fuisse seruata.[d] †Sed nunquid per vnum testem & per confessio
d nem, quam facit in litera, quam impetrat procurator datus ad im
petrandum & contradicendum, probabitur appellatio? Respon-
deo sic, probato procuratorio, etiam si in eo fiat mentio de appel
latione: & hoc propter vehementem præsumptionem, quam in
ducit ipsa confessio procuratoris. arg. contrà, extra. de suc. ab in-
e test. c. fin. & sic obtinuit[e]. Licet confessio, quam fecit impetrādo,
non extendatur ad causam, quę super appellatione vel beneficio
agitur: sed tantum ad negotium procuratoris. ext. de ap. Nicolao.
& de renun. veniens. Tutius tamen est per iuramentum hoc ex-
pediri ratione præsumptionis. extr. de iureiur. c. fin. Sola autem li
tera, quæ impetratur, non probat appellationem, quia confessio
procuratoris nō nocet domino, nisi in causa vel negotio, ad quā
vel ad quod est constitutus. extra. de off. dele. cum olim. de elect.
20 innotuit. in fin. †¶Quid si procurator occultat mandatum, ne p
hoc possit iuxta præmissa probari apppellatio in curia Romana,
f sicut sæpe fit: vt in præ. c. sæpe. in prin. [f]nunquid debet cogi illud
exhibere? videtur, quòd sic, arg. C. de his qui ad eccle. confu. l. fi. §.
sanè. ver. sicubi. C. de hęre. quoniam. in fi. & xiiij. q. ii. super. Ego tñ
non cogo, nisi quando vult dominum defendere. ext. de prob. c.
j. Sed pone: ecce habens mandatum ad impetrandum & contradi
cendum, impetrat super aliqua appellatione: auditor autem gene
ralis palatii reuocat ad se literam ad instantiā patris: quę dicit, cau-
sam huius appellationis debere in curia agitari, & literam non de
bere transigere: sed idem procurator dicit non debere ibi agitari:
nunquid admittetur ad cognoscendum de hoc ex vi illius manda
ti? Respondeo sic: quia hoc est de negotio impetrationis: sed ad
alia hoc expendito non admittetur: vt extra. de renun. veniens. in
21 fi. sic obtinuit. †¶Mandatum autem mutuum suscipiendū, quia
hoc quotidianum est, sic concipitur:

g FORMA.[g] Vniuersis, &c. talis episcopus salutem in domino.
Vniuersitati vestræ præsentibus innotescat, quòd nos talem faci
mus, constituimus, creamus & ordinamus nostrum procuratorē
generalem & specialem nr̃o nostris & ecclesiæ nostræ negotiis,
apud sedem Apostolicam promouēdis, explicandis, gerendis, &
expediendis, sibi p hanc patentē literā mādantes, & spālem plenā
liberam & absolutam potestatem dantes & concedentes, vsque
ad summā centum marcharū argenti coniunctim vel diuisim, si-
mul seu particulariter: vno de diuersis tēporibus, nostro & eccle-
siæ

ADDITIONES.

a Inductam. ¶Hoc placet Albe. Gal. qui dicit, quòd videtur casus ff. de pig. act. l. solutum. §. solutam. ibi: procuratori eius, vel seruo, &c. Inducit etiam ff. de neg. gest. soluendo. cum sua gl. & ff. de solut. si quis seruo. in prin. hoc no. eo. ti. ante fi. Et hoc mihi placet in pro curatore ad negotia, vel misto ad causas & negotia: de quo loquitur illa forma, vt patet ibi. In procuratore autem lit. tantum procedunt contraria Digestorum inducta. & ad l. ij. C. so. ma. in fi. innuit, quòd exigere & accipere sint diuersa. Hoc fateor, quia stricte exigitur ab inuito, accipitur à volente. de censi. exig. lib. vj. & vt diuersa censentur in procuratore litis tantū. Adde quod idem communiter tenent docto. in l. iij. solu. matri. Bal. in l. falsus. C. de fur. Bar. in l. hoc iure. ff. de sol. Ang. in l. solutum. §. solutam. s̃. alle. Ro. tamen in d. l. iij. sequitur Fede.

b Forma. ¶prima scilicet huius §. in prin.

c Verius est. ¶secundum Alb. Gal. eod. tit. ante fin.

d Seruata. ¶ Consilium de tribus mandatis dandis procuratori in causis appellationis, scripsi de renun. veniens. ad finem.

e Obtinuit. ¶ Puto quòd contrarium inducit propter literam ibi, non tanquam sufficienter probantes: tamen Compo. in decre. statuimus. de elect. in glo. quòd si papa. versi. item quæritur, si sufficit. allegabat illam pro, & dicebat sic obtentum quòd sufficeret: tamen vt dictum est, per id non apparet eo tempore seruata. vide quod not. in Cle. de elect. constitutionem. ad fi. in gl. plena, super versi. fides.

f Prin. ¶Et vide quod ibi scripsi post Hosti. in gl. forsan.

g FORMA. ¶Forma mutui in curia contrahendi.

siæ nostræ nomine, mutuum contrahendi, & mutuò suscipiendi, ac susceptum pro prædictis negotiis expēdendi, à quocunque seu quibuscūq; creditore seu creditoribus, vndecunq; & vbicunq;, & cuiuscūq; cōditionis fuerint: ac etiā nos & successores nostros, ac ipsam ecclesiam nostrā bonaq; omnia & nos, & dictā nostrā ecclesiā quocūq; modo pertinētia p̄sentia & futura, mobilia & immobilia, illi vel illis, à quo vel à qb. præfatā pecuniā recepe rit p̄ solēnē stipulationē, vel alter obligandi pro ea, nosq; eis ipsa in præsentiarū etiā obligamus iurādi etiā in animā nostrā, ꝙ loco, tempore & termino à dicto ꝓcuratore vnà cū creditore seu creditoribus statuendis: præfatum creditū cū omnibus expensis, damnis & interesse, cābio & accessionibus, de plano restituemus ac integraliter psoluemus, & cōtractū ipsum aliàs quomodolibet & in aīam nostrā iureiurando vallandi, insup etiā renūciandi nomine nostro exceptioni non habitæ, seu nō receptæ pecuniæ, vel in vtilitatem ecclesiæ non conuersæ, exceptioni doli, cōdicti oni sine causa, & indebiti, & in factum subsidiariæ, & generaliter omni beneficio & priuilegio fori, restitutionis in integrum, constitutionis de duabus diætis editæ in concilio generali: literarum etiam Apostolicarū & indulgentiarū impetrandarum seu impetratarum, cuiuscunque tenoris seu formæ existāt, constitutionū etiam omnium, & quarūlibet exceptionum de iure sibi competentium, & priuilegio cruce signatis indulto, ac generaliter iuris canonici vel ciuilis dantes eidem nihilominus liberam potestatem recognoscendi in iudicio, vel extr. prædictū debitum: & submittendi nos, si necesse fuerit, iurisdictioni cuiuscunque auditoris, vel iudicis generalis, vel specialis, ordinarij, seu etiam delegati: in quem ex nunc sciēter, tanquam in nostrum iudicem ꝯsentimus, quòd possit, si necesse fuerit, super præfato mutuo nobis p̄cipere, & nos condēnare, mulctare, & excōmunicare: & in nos quamlibet iurisdictionis speciem liberè exercere: faciendi quoq; omnia alia super præmissis, & quolibet præmissorum: quæ nos ipsi, si præsentes essemus, facere possemus: promittentes sub hypotheca rerum nostrarum & ecclesiæ nostræ, nos ratum gratum & firmum perpetuo habituros, quicquid per dictum procuratorem promotum, explicatum, gestum, expeditum, contractū, receptum, expensum, obligatum, iuratum & renunciatum, seu aliàs actum, seu procuratū fuerit, quomodolibet in p̄missis vel aliquo præmissorū, & de iure vel de facto in aliquo nō ꝯtrauenire.
n In cuius testimoniū & memoriā p̄missorū, p̄sentē literā sigilli nostri munimine duxim⁹ roborandā. Datū, &c. Qualiter aūt fiet ubmissio, dicam infrà de conclu. & renun. & ex illis hanc formā
22 poteris impugnare. †Reuocatio autem mādati, quæ fit præsente notario, vel testibus, vel etiam præsente aduersario, vel iudice si adsit: alioquin eis significetur: vt no. s̄. §. j. versi. item quod mandatum fuit. & fiet sic:

FOR. Quoniā cōtrà P. quē in tali causa, quā cōtra talē habeo ꝓcuratorē cōstituerā, suspicionē accepi, ac per hoc de ipsius fide cœperim (nec immeritò) dubitare: idcirco mandatū, qđ ei dederā, ex nunc reuoco, & sibi expresè inhibeo, ne vlterius in prædicto procedat negotio, vel se de ipso aliquatenus intromittat: extra. de proc. ex insinuatione. & c. seq. & c. mandato. ff. eo. ante litē.
23 & l. seq. & l. quæ omnia. †In summa nota, quòd recipere mandatum procuratorium ab initio volūtarium est: susceptum aūt est necesse consummari: vt Insti. mā. §. mādatū. extr. de of. del. c. cùm olim abbas. Intantū, quòd pōt procurator propter contumaciā excōicari: vt ꝓbatur secundū Vin. extr. vt lit. nō cōte. c. j. ad fi. Sed quare excommunicabitur: nunquid sufficit stipulationem committi? Dic, quòd vbi quis constituitur procurator apud acta, & satisdatur pro eo præsente vel sciente, & non contradicente, compellitur procurator præcisè defendere: nec sufficit stipulationē committi. Si aūt ipse procurator cauit per se, vel dn̄s pro eo absente, non cogitur præcisè: sed sufficit committi stipulationem ob rem non defensam. ff. de proc. filius. §. fin. & l. si defunctus. & l. non cogendum. §. ij. & in p̄. decr. constitutus. fuit apud acta: vt patet in integra, secundum Vin. Hoc plenè prosequere prout no. ff.
c dandum.Sed nec hoc sufficeret ad iudicem remouendum[c].not.extra.de testi.dilecto.Sæpe enim vidi ab aliquibus peti ꝯsilium, ñ vt acceptaretur: sed vt illi postea parti alteri ꝯsulere erubescat. Si aũt fui aduocatus in cã nondũ finita, ĩ aliqua pte sui ꝯ te ñ ero: alioquin crimine præuaricationis inuoluar.ff.de his, qui no.infa.athletas.§.præuaricatio.ff.de præuar.l.3.§.quod si aduocato.ij.q.3.Euphemium.§.notandum.C.de aduo.diuer.iud.l.j.nisi in casu, scilicet fauore pupillorum.Nam si aduocatus Titij contra Mæuium, Mæuio mortuo detur tutor filiis eius in eadem causa, poterit pupillus assistere cõtra Titium: vt 3.q.8.c.infames.§.tria.vers.

12 si ꝯtra patrem.ff.de postul.l.fina.† ¶Quid ergo si tibi dedi fidẽ, quòd pro te essem aduocatus in causa aliqua, & fui: lata est sentẽtia, an in causa appellationis ꝯtra te esse potero aduocat⁹? Respõdeo, sic: & hoc sæpe fit ĩ curia.nam sufficit, si cui vel in paucis,&c.

d C.de neg.ge.tutori[d].quia & aduocatus quondam fisci potest esse ꝯtra fiscum in alia causa, in qua non prẽstitit ei patrocinium.C.

13 de ad.fis.l.ij.† Prætereà causa appellationis est alia à principali, quod dic vt ij.q.vj.si quis in quacunque.Honestius tamen est abstinere: tum quia causa appellationis eadem est, secundum quosdam.cum principali: vel saltem est eius sequela: tum quia secreta causæ nouit.vnde in hac instantia multum lædere poterit, quem in priori defendit: tum quia oportebit eum asserere, quod primò negauit, vel eꝯ.quod esse non debet.j.§.proxim.in prin.Præmissa autem sunt in arg.quòd pro eodem salario non tenetur aduocatus defendere in causa app.clientulum: vt infrà, in titu.de sala. ¶Quid si aduocatus suum clientulum decipiat? dic vt j.§.fi.ver.quod si per imprudentiam,& seq.

ADDITIONES.

a Nunquid.¶Melius diceret hic, etiam.& habetur illud Psal. 87.

b Priusquam.¶Suspicor ꝙ dicere debet, postquam. Ad hoc mouent tria.Primò, quia quæstio aliàs non dubia.Secũdò, quia quæ sequuntur, plus ꝯueniunt illi tertiæ.Tertiò, quia glo.Accur.format super l.fi.suprà, de postŭ, hanc questionẽ de illo, qui reuelauit secreta causæ.& habuit ꝯsilium,& dicit sic iudicatum.& in quibusdam scriptis habeo, ꝙ omnes doctores Bonon.ꝯcordarunt, quòd poterat ꝯsultus patrocinari aduersario: tum quia aliàs nullus vellet consulere: tum quia non reperitur prohibitum: & fortè de hoc casu dicit auctor,& sic obtinuit: ego nulla ratione patrocinarer ꝯtra illud, pro quo dedissem ꝯsilium recepto salario,& maximè in scriptis: si verè in eisdem terminis, quos ꝯsului, esset causa, si ei iustè ꝯsului, iustitiam impugnare non debeo: & si errassem, honori meo parcere debeo: & de accusa.qualiter.j.

c Remouendũ.¶Vbert.de Bon.vbi de aduoca.rei.mihi nona char.ver.iure canonico.dicit, quòd si reperiretur delegatum consuluisse,& pro eo pecuniam habuisse, timẽdum est, ne sit memor pecuniæ,& consilij dati.

d Tutori.¶Et sic tenet Accursi.ff.de postul.l.vlt.& idem allegat.

SVMMARIVM.

1 *Laudandum est parcè, vituperandum parcius.*
2 *Rerum veritas latere non potest: & fructus sui quemlibet demonstrant.*
Aduocatus vnius partis quomodo commendari debeat ab aduocato alterius.
3 *Aduocati diuersorum non debent probris, sed legibus certare.*
4 *Aduocatus vnius partis potest aduocato alterius partis contradicere etiam rigorosè cum protestatione, quòd hoc non facit animo iniuriandi, sed ius suũ defendendi, quod multum operatur.*
5 *Honorem non meretur, qui non honorat.*
Ars deluditur arte.
6 *Effuso sermone, in promptum quis incidit periculum.*
7 *Lingua nostra fornax est, & lingua garrula est multum nociua.*
8 *Aduocatus ille dicitur discretus, qui in sui dicti initio suam protestatur intentionem.*
9 *Honorem, quem sibi quis cupit fieri, debet alteri impendere.*
10 *Ira impedit animum, ne possit cernere verum.*
11 *Iuniores debent in iudicio primò loqui, & maiores vltimò, vt eorum dicta speciosa, melius iudex memoriæ commendet.*
Vltimò audita efficacius retinentur.
12 *Gens, aut scientia in se diuisa desolabitur, ideo aduocati non debent adinuicẽ dissentire.*
Qualiter aduocati habere se debent cum aduocatis alterius, vel etiam suæ partis.

4.§.Iam nunc videndum est, qualiter aduocatus se habere debet cum aduocatis alterius, vel etiã suæ partis.Et quidem nihil ꝯtra aduocatum alterius partis proferat, sed eum benignè tractet: nisi alter ad aliqua inhonesta prorũpat: & cum eius dictis respondere debebit, eum commendet superficialiter, & non nimis: iuxta ꝯsilium Senecæ, de formula honestæ vi-

a tæ[a], dicentis:† Lauda parce, vitupera parcius: quia forsan ante li-

1 tis finem ꝯtinget, quòd ipsum reprehẽdere laborabit: & sic esset tanquam sibi ꝯtrarius à iudiciorum limine repellendus: vt ff.quã do app.sit.si procura.§.j.& ext.de app.solicitudinem.in fi.2 3.q.7.quod autem.Quia indignum nimis est, si quod quisque voce ꝓpria dilucidè protestatus est, in eodem casu proprio studeat testimonio infirmare.extr.de prob.per tuas.C.de nõ nu.pe.gñaliter.Cõmendet ergo eum per verba duplicia, quæ se habent ad diuersos intellectus: vt xxxvij.dist.relatum.vers.sunt enim multa,&c.

2 dicens:† Domine, rerum veritas latere non pt.C.si vt se ab hęre re.absti.l.j.vel opus laudat artificem.in auth.de monachis.§.hinc cogendũ.col.j.vel opera vestra, vel fruct⁹ vestri, vos manifestant: vt ext.de sta.mo.quod Dei.respõ.j.& de reg.iur.c.2.vel scientia vestra manifesta est,& ꝯdemnatiõe nõ eget: quia seipsam ostendit.ff.de in integ.rest.l.j.ff.de exercitor.l.j.in prin.& demõstrata ñ sunt amplius demõstrãda.ff.de dote ꝓle.l.i.§.si qs vxor.in fi.& extra.ꝺ post.c.j.& 16.dist.quod diuitis.Loquela etenim vestra vos maniestat.xciij.dist.legitim⁹.respon.j.&xcvii.dist.nobilissim⁹.Huiusmodi enim commendationes & similes duplices sunt.Poterit etiam, si vult, eum reprehendere sub quodam honestatis colore: vt patet j.§.nunc de exordiis.versi.post hoc.Verum si eum vel

ADDITIO.

a Vitæ.¶Mihi intitulatur, de quatuor virtutibus.& est in fi.primę col.aliqui intitulant de copia verborũ.& aliqui negant librũ fuisse Senecæ in Spec.histo.& manipulo florum attribuitur Senecæ & ex quo tantũ titulo instítimus, sequitur ibi quòd reprehẽsibilis est nimia laudatio, sicut immoderata vituperatio: illa quidem adulatione, ista autem malignitate suspecta est.

velit commendare, non commendet eum de aduocatione: sed de doctrina legũ, & experientia rerũ: vt dicam ĩ. §. proxi. in com-
3 mendatione iudicum. †Hoc tamen caueat, vt non probris, sed le gibus certet cum eo: nec ei vel parti contumeliam dicat, siue palàm vocãdo eum Ruffianum vel præuaricatorem, vel etiam sub dolo dicẽdo, ego non sum fur, quasi dicat, tu es talis: vt C. e. quisquis. §. j. & iij. q. vij. ca. infames. §. si quis adeo. alioquin diminutionẽ famæ patietur: & à limine iudiciorum excludetur. vt ibi, & v. quæstio. quarta. in loco. Si verò alter ei falsitatem, vel aliam turpem notam imponit, securè dicat: tu mentiris. Nam crudelis est, qui negligit famam suam. xij. q. j. nolo. quia qui dicit quod vult,
4 &c. vt iam dicam. †¶Præmissa tamen protestatione, quòd hoc non dicit animo iniuriandi, sed causa sui iuris conseruandi, quæ multum operatur. C. de iniu. si non conuitij. trigesimaprima. q. ij. Lotharius. extra. de elect. quia diligentiam. & cap. Cumana. & de censi. cùm olim. nona. quæst. iij. saluo. extr. de appel. si iustus. Sed si turpia non imponit, verbis vtatur temperatis, dicendo ei salua pace, vel reuerentia, vel honestate vestra, vel honore, vel æquipollentia. xxvj. distinctione. deinde. in princip. versicu. sed obiicitur. ff. de edend. argentariis. in fi. ff. de dolo. non debet. Item si alter aduocatus te patienter audiuit: & tu viceuersa eum audias patienter. Si te loquente strepitum fecit, vel susurrauit: & tu contra
5 eum scandalum facias, vel susurres. †Sic enim ars deluditur arte & lex æquior nulla est, quàm necis artifices arte perire sua. non enim meruit honorem, qui non honorauit. iuxta illud, Cur te habeo in principem, cùm me non habes in senatorem: vt xcv. dist. esto. & qui dicit quod vult, audiet quod non vult. xiij. quæstio. j. c. ecclesiam. §. quibus autem. xxxij. q. v. iniquum. Vnde Salomon: Qui aliena temere manifestat vitia, sua intempestiuè audiet crimina. & Martialis: Deridens alios, non inderisus abibit. & Sene-
a ca in epistolis [a]: Ab alio expecta, quòd alij feceris. Scriptum quo-
b que est [b]: patere legem, quam ipse tuleris. Vnde ver. Legem, quã tuleris, de iure tenere teneris. Si bene protuleris, iure peritus eris extr. de consti. cùm omnes. cũ suis concord. & quod quis sibi nõ vult fieri, alij facere non debet: vt in pre. §. quibus. & in procemio Decretorũ. extr. de ma. & obe. dilecti. Cautus tamen existas, vt diligenter quæcunq; alter dixerit, notes. ff. de pactis. veteribus. 24. q. iij. transferunt. xxvi. q. v. nec mirum. in fine. & quæst. Aij. c. j & ij. Nam si plura quis effundat, vix erit quin aliquod reprehensibile
6 proferat. †Ex effuso enim sermone in proptum quis incidit periculum. C. de do. præ. l. fina. in fin. & multiloquio subditus ex eo se inquinat: vt xliij. dist. sit rector. versus fi. & ex verbis inanib. cap
7 tiones insurgunt. C. qui admit. ad bo. pos. l. fi. Vnde Seneca: †Quotidiana fornax lingua nostra est. iuxta illud, Velle loqui multum, sapit omni tempore stultum: Vt scriptura docet, garrula lingua nocet. argum. in præ. c. sit rector. qui enim custodit os suũ, custodit causam suam: & qui inconsideratè loquitur, sentiet mala. v. q.
c v. c. fi. [c] Nam quod ex ore procedit, coinquinat hominem. extra. de renun. nisi cum. §. prægraui. ibi: hoc verbo, &c. & xj. q. iij. inter
d verba. in hoc verbo, &c. [d] meliusq; est tacere, quàm cum pudore loqui. iuxta prouincialium vulgare prouerbium, quo dicitur, *Mais val callar, que fol parlar*. argu. xxxvii. dist. ecclesiastica. palea est. præd. ca. si rector. & extr. de maio. & obed. illud. Et sic ex ore suo eum poteris redarguere: cùm semel emissum volet irreuocabile verbum: vt xliij. dist. c. dispensatio. §. pariter. sicut & Iudæi per su-
e os codices confunduntur: vt xlv. dist. qui syncera. Vnde illud [e], Ex ore tuo te iudico, serue nequam. Ex quo quidem lõge magis erubescet, & dicet: Heu patior telis vulnera facta meis. Habetur enim fides dicto suo contra eum, vt ff. de inter. act. de ætate. C. de li. causa. cum precum. C. de non nu. pe. generaliter. extrà. de proba. per tuas. ff. de dona. quædam. aliàs incipit, donari. §. quidam. ext. vt eccle. bene. vt nostrum. Potest etiam sic dici, frater lex, quam pro te inducis, pro nobis, & contra te est. & dicat qualiter, & in quo. vi-
f deat tamen lex, ne sagitta Ionathæ [f] retrorsum abiens, in casu si-
8 mili repercutiat eundem. †¶Ex præmissis ergo patet, quòd discretè facit aduocatus, qui in sui dicti initio protestatur, quòd in tendit pponere id, quod scit suo clientulo vtile: nec sibi præiudicet, si quid errore, vel incuria contra eum effundet. Sed & principalis persona cautè agit, qui cum instrumẽto publico dicit, quòd quæcunq; sibi vtilia aduocatus eius dixerit, rata habet, & ea vult valere, & videri quasi à se prolata. Inutilia verò respuit, & inhibet ĩ. de lit. cont. §. ij. ver. illud etiam nota, vt aliàs in procuratore dicitur. C. de procura. maritus. Et ad hoc quod de protestatione dicitur, facit ff. quib. mo. pi. vel hyp. so. l. quarta. §. si in venditione. & ff. de pac. l. iuris gentium. §. quod ferè. C. de erro. aduo. l. fin. extra. de arbit. per tuas. & de appel. cùm in causa. & capitul. significantibus. Si enim clientulus potest reuocare confessionem aduocati iam factam, multò fortius & faciendã inhibere ĩ. de confessi. §. postremò. vbi de hoc. argument. contrà: quia si approbat eum in his, quæ pro eo dixit: ergo & in his, quæ contra eum dicet debet approbare. axgum. xix. dist. si Romanorum. & in authent. col. quinta. de his, qui ingre. ad appell. §. illud. versicul. sancimus. tertia. quæstione octaua: cuius in agendo. extra. de censi. capitul. olim. ff. solu. matr. cum mulier. extra. de iureiur. quemadmodum. Sed dic protestationem prodesse: vt extr. de ele. Cumana. & cap. quod diligentia. & s̃. ver. hoc tamen. argument. tamen contrà. e. titu. solicitudinem. ff. de condi. inde. quod quis. Nec verecundetur aduocatus taliter protestari. Nam quandoque bonus dormi
g tat Homerus [g]. Item sub conditione proponat: vt ĩ. §. fin. item sit
9 cautus, ne facilè, &c. †Deferat quoque partis alterius aduocato, inquantum saluo iure suo poterit in sede & salutatione: & honorem, quem sibi cupit fieri, alteri impendat: vt ij. qu. vj. qui se sc. lxxiiij. dis. quorundam. Vulgare nanq; prouincialium refert prouerbium, *Per gent parlar, bocca non ca*. Et sãtis est, audiuisse rusticos sic dicentes. ff. de lega. iij. si chorus. Verùm si aduocatus videatur te in allegationibus superare vel deficit tibi ius, vel ratio, vel exẽpũ, quibus modis potest quis argumentari: vt extrà. de iudiciis. nouit. & de verb. signific. forus. tunc ne videaris responsionis penuria declinare certamen, prudenter eum eludas, te ad aliam materiam transferendo: sicut docet Augustinus: vt xliij. dist. in mandatis. in fine. Potes etiã, si ille sit melancholicus, aliqua indirectè & curialiter dicere, per quæ moueatur ad iram: tunc enim suum
10 nõ poterit bene ordinare sermonẽ. †Nam ira impedit animum ne possit cernere verum: & cõmotionis tempore iustum esse vĩ omne quod dixit. argument. vndecima. quæst. iij. ira enim. & cap. illa. & c. ira sæpe. ij. quæst. iij. si quis iratus. & §. notandum. ibi: & in cõsultus, &c. Porrò suæ partis etiam aduocatis moram gerat: qui plures fuerint, simul cõueniant: & simul deliberent super quolibet dubio, quis eorum, & quę proponet: quia tẽpore indigemus, &c. & quod à pluribus quæritur, &c. vt s̃. §. nunc tractemus. versicul. habito igitur. Ex hoc enim melius veritas inquiritur, & cau
11 sa salubrius dirigitur, & aduersarij terrentur, vt ibi. †¶Iuniores tamen primò proponant, & maiores vltimò, vt eorum speciosas ac efficaces allegationes melius iudex memoriæ cõmendet. Nã qui vltimò audiuntur, melius memoriæ commendãtur. de consecr. dist ij. liquido. & ĩ. de dispu. §. post hæc. in fi. & vt docet Tullius in Rhetorica, validiora argumenta sunt in fine reseruanda. Peritiores enim vltimo surgentes, melius defendent proposita: & plenius respondebunt obiectis. Alij tamẽ dixerunt, quòd vbi plures sunt aduocati vnius partis, vel etiam plures sapientes conueniunt pro aliquo consilio dando, antiquior prius dicet. ff. de iure immu. semper. C. lib. xij. de tyronibus. l. fi. & de primicerio. l. ij. prope fi. & exprefsè in ea. l. de præf. præt. l. ij. & xliiij. distinct. quando presbyteri. palea est. lxj. dist. statuimus. & xvj. dist. §. vtrum. & cap. placuit. palea est. Vnde Ec. cap. xxxij. Loquere maior natu. Decet enim te primum verbum diligenti scientia dicere. & non impedias musicam. Et hoc nisi fortè adeo in euidenti sit maior scientia iunioris, vt nulla possit de hoc hæsitatio suboriri propter prolixiora & longiora stipendia præcedentia: vt C. libr. xii. de proxi. sacr. scri. vnicuique. in princ. & l. nemo. & ff. de fide instru. l. fin. & lxxxiiij. dis. porrò. in fi. lxi. di. miramur. C. de off. magi. of. nemo. in fi. C. de decur. l. fi. in Authentica, de monachis. §. ordinatione verò abbatũ. & in concor. quæ sunt ĩ. de citatione. §. iam de citatione. versi. porrò. vel nisi minor etiam minoris scientiæ ratione dignitatis debeat prædicere. ff. de albo. scri. l. j. & C. libr. xij. vt digni. or. ser. l. j. & ij. in prin. & in concor. quæ sunt in præ. versi. porrò. Sed & si sint eiusdem scientiæ & ætatis, is præfertur, qui plures
h habet filios. ff. de decu. spurij. §. fin [h]. xlvij. dist. §. si necesse. Ego tamen credo, vt prædixi. Nec ob. præd. iura. tunc enim primum. id est, potiorem locum habent antiqui & prudentiores, cum vltimi subsequuntur vt fortiores & discretiores. Sicut etiam patet in castrorum

ADDITIONES.

a In epistolis. ¶Est in prin. Prouerbiorum.
b Quoque est. ¶In Catone post prin.
c c. fi. ¶Et prouerb. xiij. a.
d Et cætera. ¶Vt Mathæi xv.
e Illud. ¶Lucæ xix.
f Ionathæ. ¶ij. Regum j. c. in fine.
g Homerus. ¶Vide qđ scripsi de prec. c. vlt. in princ. Scire debes, ꝙ hunc ver. habuit auctor à Bonagui. tit. qualiter quis reuocet errorem suum, vel aduocati. & ab Aegi. rub. cxxx. qualiter cõfessio reuocetur. Et vterq; ipsorum dicit se non meminisse factam talem cautelam: quia talis protestatio redũdat in verecundiam aduocati. addit Aegid. quia non est aduocatus, sed hircus qui contra se & suam partem allegat.
h §. fi. ¶Secundum Vber. de Bobio.

strorum acie ordinata:vbi maiores & fortiores ad custodiã exercitus subsequuntur, vt etiam patet in ordine ecclesiasticæ profes
12 sionis. †¶Caueãt autem ne adinuicem dissentiant. Nam omnis gens & scientia in se diuisa desolabitur,xxv.qu.ij.si ea.iuxta illud, Effusa est contentio super principes: & errare fecit eos in inuio,
a & non in via.vt Psal.cvj.ᵃSed & si quis imperitus& procax fuerit inter eos,alij dicant clientulo,vt ei silẽtium imponat:quia qđ sapiens agit,fatuus destruit: ideoq; non est arandum in boue & asino.xvi.q.vltima,in noua.extrà. de elect. cùm causam,quæ inter. ¶De ordine autem allegandi,dicam j̃.in tit.de disputa. & allega. aduocatorum.§.nunc breuiter.

ADDITIO.

a Psal,cvj.¶In fi.

SVMMARIVM.

1 *Humanum est illum vereri,cuius iudicio quis nunc erigitur, nunc deprimitur.*
2 *Aduocatus stans cum iudice non sit loquax,nec ei dicatur, Garrula pica tace.*
3 *Verba dicuntur tanto magis authoritatis,quanto rationibus sunt munita.*
4 *Iudicis verba humaniter sunt audienda,& laudibus extollenda.*
5 *Orans seu postulans in iudicio,non debet sedere,sed stare.*
6 *Aduocatus coram iudice debet se,quo ad tria,maturum ostendere.*
7 *Medium in omnibus est seruandum.*
8 *Rectè laudandus est,qui suæ vtilitatis experientiam præstat.*
9 *Sermo dulcis libenter auditur,& multiplicat amicos,inimicosque mitigat.*
10 *Facundia dulcis excitat,& nutrit amorem.*
Furor & indignatio humili non tractantur sermone.
11 *Nihil plus in principe splendet recta fide.*
12 *Nihil est quod lumine clariori præfulgeat,quam humilitas.*
13 *Iusto non aduersatur quicquam malignum.*
Iustus est,qui iustitiam facit.
14 *Nemo communiter presumitur omnes virtutes habere:ideo nemo de omnibus virtutibus est laudandus.*
15 *Periculosum est,sub offenso iudice litigare.*
16 *Is qui placet si ad intercedendum mittitur,facilè ea,pro quibus intercedit. obtinet.*

¶Qualiter aduocatus habere se debet,cùm primò iudicem aggreditur,& qualiter eum commendabit.

a 5.§.Hic dicendum ᵃ est, qualiter aduocatus se debet habere, cùm primò iudicem aggreditur, & qualiter eũ cõmendabit. Et quidem in eius conspectu veniens eum reuerenter salutet.C.de officio diuer.iudic.l.fi.Si iudex est episcopus,vel rex,vel comes,& suprà,deposito bireto seu caputio,vel genibus flexis. vel vultu ad terram demisso. vel cum alio signo humilita-
1 tis:vt lxiij.dist.cùm Adrianus.& l.distinctio.c.in capite. †Humanum enim est illum vereri,cuius voluntate & iudicio quis nunc erigitur,nunc deprimitur:vt xvj. quæst. ij.visis.Si verò est archidiaconus,vel præpositus,vel miles,ei reuerenter inclinet.extra.de his quę fiunt à maio.parte capit.ex ore.Si aũt est simplex cleric⁹, capite paululum inclinato:&,consuetudo regionis in hoc seruetur.ff.de off.procon. obseruare.§.ingressum. Prælati enim magistri ac iudices sæpe salutationes quærunt in foro,ac reuerentiã sibi fieri,& Aue rabbi,sibi dici. Melius est tamen moribus prosperari quã verbis:vt xxix.dist.c.fina. Item non sedeat iuxta iudicem pro tribunali sedentẽ:vt sit delectus aliquis inter eos.In Authen. vt qui ab illustri & qui super eam digni sunt.xvij.dist.c.cõciliatio
b §.illud de clericis ᵇ. †¶Item stando non sit loquax,garrulus,sine
2 procax:vt C.de postulãdo.qsquis. iij.q.vij.infames.§.tria,versi.si quis adeò.qa loquacitas authorem suum coinquinat:vt j̃.§.proxi.versi. cautus tamẽ.ne dicat ei, Garrula pica tace. Vir enim qui fluxum seminis patitur,immũdus est:vt xliij.dist.sit rector.&dicã j̃.§.proxi.Et licet Deus dissipet omnia ossa eorum,qui hominib⁹ placent:vt in Psalmo liij. iuxta illud Apostoli, Si hominibus pla-
c cerem,seruus Christi non essem ᶜ.loquatur tamen quę credat iudici complacere:vt C.fa.ercis.in ipsius.& xlvj.dist.sunt nonnulli.
d Cautè tamen.nam sæpe displicet imprudẽs,vnde placere putat ᵈ argu.in præ.c.sit rector.versus finem.versic. quia sæpe dictorum virtus perditur.&c.quòd si eum motum videat,nõ respondeat si bi,iuxta illud, Dum furor in cursu est,currenti cede furori:&si in facto alieno quæstio iuris ibi tractetur, & scit canonem, vel legẽ determinantem illã quæstionem , vel bonum argumentum, dicat audacter, nisi partẽ timeat offendere. Nam ex hoc iudex credet magis dicto eius in propria causa, si eũ viderit in aliena peri-
e tum. Scriptum est enim ᵉ: A fructibus eorum cognoscetis eos:
3 vt j̃ §. proxi.prope princi. †Quo enim quis maiori ratione nititur,tanto maioris auctoritatis eius verba videntur esse.xx.distin. capit.primo. Si verò sit nota persona iudici,taceat, & fortè iudex
f vocabit eum ad consilium.secundum morem Lombardorum ᶠ,
g & lucrabitur salarium ᵍ:quia non potest proponere pro vna parte,quin alteram prouocet. Vnde tutius est neutram iuuare,quàm alteram offendere.arg.xiij.q.v.denique.extrà,de postu.capit.fin.
h Item non rideat coram iudice sine causa:quia,vt ait Salomon ʰ. Risus in ore stultorum, sed gestus habeat sapientis. Extrinseca enim faciunt præsumere de intrinsecis. Iuxta illud, Vultus talis
i erit,qualia mente gerit.ⁱff.de tu.& cu.da.ab his.l.his q.§.diuus.ff. de condi.insti.l.pe.respon.j.extr.de præsump.ex studiis.& incompositio corporis,&c,vt iam est dictum. Vnde versus: Sũt etenim risus,quos gratia non comitatur:Ex quibus irrisus efficietur homo.
4 mo.†¶Item humiliter audiat loquentem iudicem:& eius dicta laudibus extollat,dicens ei:Domine deus noster,quàm admirabilis est sapientia tua.Ignitum eloquium tuum vehementer: & seruus tuus dilexit illud.Letabor ego super eloquia tua,sicut qui inuenit spolia multa. Quàm dulcia faucibus eloquia tua super mel
k ori meo. Lucerna pedib.meis verbũ tuũ,& lumẽ semitis meis ᵏ. Iusticia tua sicut montes Dei,iusticia tua abissus multa:vt in Psal. xxxv. & sic quasi ceruical sub eius capite ponat:vt in eius suffultus laudibus iudex molliter cõquiescat:vt xlvj.dist.sunt nonnulli quamuis hoc non sit secundum legem animæ tutum:vt xxv.dis.
5 c.vnum orauit.§.alias ea demum.ad fin.†¶Cùm autem tempus loquendi aduenerit,quia omnia tempus habent: vt xxiij.q.iiij.si ecclesia tunc surgat:quia stare, non sedere debet,dum orat.C.de postu.quisquis.in fi.C.de off.ciui.iud.l.honorati.de consec.dist.j. Apostolica. Alio verò tempore sic: vt C. de off.diuer.iud.l.fin.& cum debita grauitate, & curialiter stet, non indiscretè , vel arroganter.xlvj.distinct.hoc habet.quia in compositio corporis qualitatem indicat mentis:vt xlj.distinct.cap.fin. Actus quoque eius seu gestus sit tardus & grauis,non præceps & celer:vt in eo.cap. ad finem. nam lenta virtus,& cunctatrix antè iudicat,quàm inspiciat, quid decorum, quid honestum sit: velox autem iniquitas, quæ ad nocendum occasionem ingerit : omnia præcipitat:vt de pœn.distinct.iij.inter hæc hircum. in versicu. velox.xj.quæsti.iii. illa. vt sic veterem & bene fundatam videatur habere peritiam. ff.de iure patr.diui fratres.Momentaneus namque aduocatus nescit habere humilitatem,nec modos personarum, nec se continere:vt xlviij.distinct. capitul.primo.at res informata priuilegio caret: vt ff.de acquiren.re dom.quicquid. xxxij. quæstio.ij. quod
6 non est formatum. & ca.Moyses. †¶Præcipuè autem circa tria exhibeat se maturum,vt sic ex ingenio suo augeat sapientiam:vt ff.de off.præsi.obseruandum.in fin.& xlj.dist.episcopus.videlicet in vultu, in gestu, & voce. In vultu,vt vultum affabilem.iucundum & benignum iudici ac astantibus ostendat, absque risu tamen indiscreto, vt prædixi.In gestu, vt caput, vel pedes non ducat indebitè:sed cuncta membra debita maturitate regat:iuxta illud: Officium teneant lingua, pedes & manus,ac etiam oculus. xxxij.distinct.si quis verò.in fi.duodecima.quæstio.j.quia tua.xli. distin.c.fi.vj.q.j.ex merito.& grauitatem,quo ad omnia, & mentis maturitatem ostendat:vt in præallegat.l.obseruandum.in fin. & in præ.capitul.episcopus.In voce, vt eam non plus debito de-
7 primat,vel exaltet.j̃.§.proxi,versicu.veruntamen.†¶In cunctis enim medium seruet.maior enim mediis gratia rebus inest:vt extra.de off.custo.capitul.j.de off.deleg.quærenti.cum suis concordan. Nam sicut exceditur in eo, quod est plus: ita in eo,quod est
l minus.lj.dist.in.qui in aliquo.xlj.di. quisquis ˡ.Et breuiter non sit vagus oculis,non effrænata lingua,aut petulantia.fluidoq; gressui incedat:sed pudorem ac verecundiam mentis simplici habitu incessuque ostendat:obscœnitatem etiam mẽbrorum.& verborum,sicut & operum,penitùs execretur.Hæc leguntur. xxij.dist. his igitur.¶Deinde post paululam moram incipiat,non ex abrupto, à iudice ac astantibus benignam audientiam etiam postulando:quæ dic j̃.§.prox.in princ,iudicisq; beneuolentiam captet: & eum

ADDITIONES.

a Hìc dicendum.¶c.fi.vide quod scripsi de ma.& obed.is qui.post prin.& de iureiu.& si Christus.post prin.in gl.arguit Hostien.
b De clericis.¶Textus est in l.j.C.de off.ciui.iudi.
c Non essem.¶Ad Gal.j.& xlvij.dist. c. vlti.in fin.
d Putat.¶Aesopus fabula xviij.
e Scriptum est enim.¶Matthæi vij.
f Lombardorum.¶Hæc intelliges j̃.de requisitione consilij.
g Salarium.¶Secundum Vber.de Bob.
h Salomon.¶Prouer.x.non ad literam.
i Gerit.¶Hiero.ad Furiam.§.speculum mentis est facies,
k Meis.¶Omnia quæ præcedunt,habentur Psal. cxviij.in Octonariis ipsius Psalm.xiij.xiiij.xviij.& xxj.& si non intelligis vide quod not.de pœnit.distinct.tertia. prima consolatio. in superscriptione:& quod totum sit in Psal.cxviij. probat epistola ad Paulinum iiij,c,post prin.
l Quisquis.¶Et in cle.de iure pa.c.j.

& eum multipliciter commendet dicens, Rectos decet collauda
tio. Te decet hymnus in Sion, & similia: & exponat te scilicet iu-
8 dicem. †Rectè enim collaudatur, qui suæ vtilitatis aliis experien
tiam præstat. C. de iudi. rem non nouam. in princ. Et hoc adaptet
iudici, coram quo loquitur. Hoc autem proferat dulci sermone,
a iuxta illud [a], Primitias mellis, id est, dulcedinem humanæ eloquē
tiæ domino offeretis: vt xxxvij. dist. capi. legimus. §. hinc etiam, &
cum humili composito ac blando sermone in suam nitatur tra-
here sententiam: vt extr. de maio. & obe. humilis. xlvj. distin. hoc
9 habet. †Qui enim dulces sunt in sermonibus, plus audiuntur: vt
de pœn. distin. ij. si enim inquit. vltra medium. ver. eos non. vnde
in Ecclesiastico c. vj. Verbum dulce multiplicat amicos, & miti-
b gat inimicos. & alibi [b]: Fauus mellis verba cōposita, dulcedo ani
mę, & sanitas ossium. Et allegationes aduocati plerunq; trahunt
iudicem ad suam sententiam. ff. de arbi. item si vnus. in fi: & l. seq.
vigesimasecunda. q. v. ca. humanæ aures. Et homines verbis fle-
ctuntur. de consecr. dist. v. non mediocriter. & humili ac blando
sermone infideles ad fidē trahuntur. xlv. dist. qui syncera. in prin.
10 & c. seq. & dicā ĵ. §. proxi. iuxta illud Pamphili, †Excitat & nutrit
c facundia dulcis amorem [c]. Furor autē & ira seu indignatio, non
tranctanť humili sermone: vt C. de of. præf. præto. Afri. in nomi-
ne. vltra medium. versi. sicut aūt. xi. qu. iij. c. illa. & c. seq. Et ideo in
d omnibus reprobať: vt l. distin. studeat. Vnde Salomon [d]: Humilis
sermo, & humilis homo triumphat in domo. & Seneca: Nobile
cor hominis contra potentiā recalcitrans, potius vult duci, quā
trahi. Vnde versus: Lac fugit blādus geminis de matribus agnus,
Tutius est astu, quā te defendere fastu. Sed nec quisquam sibi li-
cere existimet, vt pro suæ voluntatis arbitrio humilitatem sibi
11 vendicet & furorē: vt xvij. qu. iiij. frater. †¶Cōmendet aūt eum
de recta fide: quia nihil magis in principe splēdet. C. de sum. tri. in
ter claras. xxiij. q. viij. conuenior. xcvj. dist. si Imperator. Itē de sin-
gulari industria, & fide explorata. ff. de off. præ. præto. l. vnica. pro
pe fi. extr. de præsum. c. mandata. xciiij. distinct. c. j. & j. dist. in ea. ex
tra. de præb. nisi. Itē de moribus bonis, & summa probitate. ff. de
Decre. ab or. fa. l. j. ff. de nundi. l. ij. Item, de honestate & castitate.
C. de sena. con. Orfic. l. si qua. in Authent. quomodo opor. episc.
in prin. xxxij. q. j. integritas. in Authen. quib. mod. na. effi. legi. §. il-
lud quoque. coll. vj. quæ sola possibilis est Deo animas repræsen
tare, in Authen. de leonibus. §. sancimus. xxxij. qu. j. nuptiæ. xxxiij.
q. v. qui sitit. Item, de Dei timore & reuerentia. ij. q. vj. anteriorū.
§. illud quoque. in Authen. vt omnes obe. iudi. prouin. in princi.
xi. q. iij. nolite. & c. iniustam. & c. non enim. & c. seq. extr. de re iud.
cùm æterni. lib. vj. Item, de mansuetudine & benignitate & mise
ricordia: vt ij. q. vj. ca. plerunque. §. his ita respondetur. ver. vnde
bene dicitur. xxvj. q. vlt. alligant. xlv. dist. omnis qui. & c. sunt nam
que. & c. seq. & c. disciplina. ext. de pur. ca. inter solicitudines. ver.
attendentes. Item de patientia, quā debet erga aduocatos disse-
12 rentes habere. ff. de of. procon. l. nec quicquam. §. circa. †¶Item
de humilitate: nihil enim est, quod lumine clariori præfulgeat,
quàm humilitas: vt c. dist. cōtra morē. extr. de renun. nisi. in prin.
de maio. & obe. humilis. Item, de prudentia & sapientia. Nam sa-
piens nunquā inanis est: sed est semper in se habens amicum pru
dentiæ. de pœ. dist. iij. sapiens, & discretio est mater omniū virtu-
tū. extr. de off. custo. c. ij. Item de diligentia, quæ mater est omniū
13 virtutum in suo opere. lxxxij. distinc. c. nihil. †¶Item de iusticia,
quia iusto non aduersabitur quicquam malignum: vt in præ. l. in-
ter claras. & xi. q. iij. iniustum. & c. qui rectè, xlv. dist. omnis qui. di
e cens: Iustus es dñe, & rectum iudicium tuū. vt in Psal. Mirabilia [e].
Iustus aūt est, qui iusticiam facit: vt in præ. c. iniustā. dicens, ꝙ ipse
induit iustitiā, & vestiuit iudiciū, vt in præ. c. sapiens. ĵ. §. prox. vèr.
vel tali ad iusticiā. & ĵ. proxi. versi. Item de æquitate, quia ipse est
æquus, & cōmunis, & medius est: non declinans in dexterā, vel si
nistrā. extr. de accu. qualiter. j. C. ad legē Cor. de fal. vbi. extr. de ex
cep. cùm inter. & ideo vocatur sedens in medio: vt extr. de re iu-
dicata. quod ad cōsultationē. dicēs illi: Pronunciabit lingua mea
f eloquiū tuū: quia mandata tua æquitas. vt in Psal. Principes [f]. Ae
quus est enim iudex, qui seruat inter partes ęquitatē. in Authen.
col. ij. iusiurandum quod præsta. ab his, qui admi. suf. vltra mediū.
ver. æquus. extr. de transact. c. fi. C. de fruc. & lit. expen. l. fi. C. de ꝓ
xi. sacr. scri. in sacris. li. xj. & xj. q. iij. qui rectè. iij. q. ix. re vera. xxiij. q.
iiij. ea vindicta. Aliàs autē iudex, qui fauet actori, occidit reum. &
econtrà, xxiij. q. iiij. est iniusta. Tribus autem modis fit non æquꝰ
scilicet animo, causa, & ordine. xj. q. iij. audi. §. cùm ergo. & sic de
aliis ipsum cōmendet virtutibus, sicut sciet. Nam sicut ait Tulli-
us: Tales nos esse putamꝰ, vt iure laudemur. Et Iuuenalis: Nil est
quod credere de se non possit, cum laudetur diis æqua potestas.
14 †¶In hoc aūt caueat [g], ne omnes præmissas virtutes vni at-
tribuat: quia nemo omnes habet. de consec. dist. iiij. cum tantum.
sed ea, vel eas, quā vel quas sibi nouerit tribuendas. Si enim labo
ret vitio cōtrario virtuti eidē appropriatæ: sicut vulpes cōmmē
h dauit decorē corui, & dulcedinē cantus eius [h]: credet derisoriè
dictū. arg. xlj. dist. parsimoniā. & extr. de hære. c. excōmunicamꝰ.
c. quia verò. & ca. seq. & sic prouocabiť memoria eius. quod ait
i Boethius [i], nunquā tua faciet esse fortuna, quæ à te natura rerū
fecit aliena. Famæ enim detrahitur alicuius, dum plus quam ex-
pediat cōmendať, xcix. dist. ecce, Et præterea magno tristitiæ quis
stimulo pungitur, dū bonum sic attributum in eo, non reperiť: vt
xj. q. iij. inter verba. in prin. Cōmēdet igitur de virtutibus quæ in
sunt, vel quibus proximus est. Formas autem cōmendandi ali-
k quas infrà, §. proxim. ponam [k]. Insuper abstineat ab omni verbo,
ꝙ iudex

ADDITIONES.

a Illud. ¶Leuitici. ij.
b Et alibi. ¶Prouer. xvj. ad fi.
c Amorem. ¶Sequitur, & mulcens animos mitigat ipsa feras.
d Salomon. ¶In libro authoris.
e Mirabilia. ¶Imò si Psal. est in Psalmo sequenti, qui tamen est 18.
Octonarius Psalmi cxviij.
f Principes. ¶Imò sequenti, qui est vltimus Octonarius, de quo s̃.
g Caueat. ¶Secundum Vber. de Bobio.
h Eius. ¶Aesopi fabula xvj.
i Boethius. ¶Lib. ij. circa medium.
k Ponam. ¶Dicit Gul. Angli. quòd concludit, quòd ipsius cōmen
datio penna scribi, vel mēte cogitari non posset, nec in vera nar-
rando dies sufficeret, imò & nox deficeret: demùm ipse instat in
cōmendatione partis suæ, prout occurrit, scilicet de pietate, de iu
sticia, religione & paupertate, hoc respectu personæ. Item quòd
causæ, de qua informari voluit: & quia iustam inuenit, ideo pro-
mouendam, vel defendendam assumpsit. Subdit demùm excusa-
tiones aduocationis receptę: puta ex iudicis p̃cepto, vel quia aliū
habere nō poterat: vel pp meritū: quia pauper erat: vel ex debito
quia beneficia ab eo receperat, ex attinentia: quia consanguineꝰ,
vel affinis. & his similia. Subdit quæ prohibētur aduocatis, & hæc
inclusa sunt s̃. §. i. Item de honore aduocatis exhibēdo etiā p iudi
ces, & ipsorū pœna, si ꝯ faciāt. alleg. C. de aduo. di. iudic. sancimꝰ.
Itē de assertione aduocati an parti nocet: & de eius errore, & iudi
cis suppletione, ponit de salariis: & submittit xviij. cautelas, quarū
prima est, vt in principio habeať salariū. de hac ĵ. de salariis. ¶Se-
cunda, ꝙ non credat ꝓmissionib. magnatū. C. de Lati. liber. tol. l.
vna. §. similiq; modo. in fi. ¶Tertia, ꝙ sit audax, nō meticulosus.
ff. qđ met. cau. metū. ij. Nam audaces fortuna iuuat, &c. ¶Quarta
an possit possessoriū proponere. de hac ĵ. §. compendiosè. versi.
cautus etiā. ¶Quinta, ꝙ conuentus actione famosa ꝯstituat ꝓcu
ratorē. ff. de infa. furti. §. si qs. ¶Sexta, de cā exprimēda in reali: vi-
de de libel. obli. c. ij. in j. gl. & qđ ibi dixi. ¶Septima, ꝙ actionū for
mulas ꝓponat, sed factū, &c. de iud. dilecti. ¶Octaua, ꝙ ex plurib.
viis ad idē ꝯsequēdū eligat fauorabiliorē, & p q̃ plus cōsequi pos
sit. ff. de tribu. qđ in hęredem. §. eligere. ¶Nona, in petēda re, vel
æstimatiōe. de quo ĵ. de libel. cōcept. §. vlt. ver. itē no. ¶Decima
circa ꝯsideratiōem iniuriæ: an descēdat ex lege Cornelia, an ex iu
re p̃torio: de quo dicā ĵ. de iniur. ¶Vndecima, vt festinet, si iustā
cām fouet, & hēt ꝓbationes prōptas. đ hoc s̃. §. 3. ¶Duodecima
respicit Angliā. ¶Decimatertia posset valere ad euitādā refusio-
nē expēsarū. ¶Decimaquarta, offerre se paratū à lite desistere, si
reꝰ ostēdat quare. ¶Decimaquinta, ꝙ ꝓtesteť, si plures sint arti-
culi in libello, ꝙ ñ astrīgit se ad oīa ꝓbāda: sed ad ea tātū, &c. & ꝙ
saluū sit iꝰ addendi & minuēdi, & nouæ additionis faciēdæ, alleg.
C. de no. Co. fa. §. adiicientes. ¶Decimasexta, ꝙ in casu Decre. pa
storalis. de resc. iudices p̃ueniāt alios ī ꝓcedēdo. Et sic erūt ex pri
oritate potiores: sed hoc parū valet qñq;, vt ibi no. ¶Decimasep
tima, ꝙ acta cuiuscunq; diei statim scribi faciat pp memoriā, & fal
sitatē tollēdā. ¶Pro reo ponit cautelas decē. Prima ꝙ ꝓtesteť, ꝙ
per ea quę dicit vel facit, non consentit in iudicē, &c. Secunda, ꝙ
nō statim publicet se esse aduocatum rei, nec faciat illum statim
comparere: vt sic perpēdere possit, an iudex faueat parti, an verò
sit iustus. ¶Tertia, si comparet procurator, examinetur an legiti-
mè constitutus sit. ¶Quarta, circa rescriptum. an sit ibi falsa grā-
matica, vel aliud vitiosum. ¶Quinta, quia si de legalitate iudicis,
& de iusticia causæ confidit efficaciter procedat: econuersò diffe
rat & intendat compositioni. ¶Sexta, quòd propter casus fortui
tos omittat diuersas commissiones. ¶Septima, quòd allegando
iura illa non nominet, nisi fuerit requisitus, ne instruatur aduer-
sarius in responsionibus. ¶Octaua, quòd reseruet quod melius
est: quousque necessitas coget illum proponere. ¶Nona, quòd
habeat salarium suum ante exitum causæ, & propter id protelet
causam, aliàs teneat acta & processum, donec sibi satisfiat: ita ta-
men quòd non sit onerosus secundum qualitatem causæ & per
sonarum, & ipsarum substantiam. ¶Decima, ꝙ aliter coram peri-
tis alleget. quàm coram imperitis. & hęc vltima respiciunt etiam
aduocatum actoris.

quòd iudex possit ad animum reuocare, vel quo possit offendi. Nam & verbo iniuria irrogatur. Instit. de iniur. in prin. ff. eo. l. j. in prin. & l. lex Cor. de pœ. di. j. aut facta extr. de iureiur. Quintaual-
15 lis.†Res enim periculosa est, sub iudice litigare offenso. ff. de arbit. non distinguemus. §. cũ quidam. C. de iudi. apertissimi. iij. q. v. quia suspecti. extr. de excepti. cum inter. & de app. c. secundò requiris. in fin. Caueat etiam, ne quis per aliqua videatur velle eius iudicium declinare, nisi causam proponat sufficiẽtem. Ex hoc enĩ iudicem sibi constituet aduersarium. Nec appellet sine causa eui denti: quia periculosum est iudicem prouocasse, vel eius sententiam non seruare, vel eius iudicium declinasse. l. distin. si quis præ postera. C. quando prouo. non est ne. l. fi. in fin. extr. de off. deleg. suspicionis. in prin. Quòd si eum sic prouocauerit, non plenè de eo confidat: quia sæpe animi motum vultus eius detegit, vt iam
16 vidi. ff. de offic. præsi. obseruandum. in fi.†¶Studeat igitur complacere. nam dum is placet, qui ad intercedendum mittitur, tanto facilius ea pro quibus interceditur, obtinentur: vt j. q. j. Christi sacerdotes. extr. de re iudic. ad Apostolicæ. prope princ. libr. vj. & cõtrà, dum is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. xlvj. dist. hoc habet. §. ecce. quòd si eum viderit prouocatum, nihil ei respondeat: memor illius versus, Cùm furor in cursu, &c. vt s. versic. item stando. Item docent quidam, vt aduocatus iudici frequenter ad aurem loquatur. Pu
a tabit enim pars altera de se, vel causa ei⁹ ipsum loqui: iuxta illud[a] Conscius ipse sibi de se putat omnia dici. & eum nimis familiarẽ esse illi. extr. de off. iudi. deleg. insinuante. Et ex hoc contra eum pars altera concipiet, sicq; indignatio inter eos orietur. iii. q. v. qa suspecti. sed hæc doctrina non est secundum legem Moysi. vj. q. j. infames. ibi, qui contra innocentes, & c. xlvj. distin. hoc habet. §. ecce. ext. de homi. sicut. §. illi verò. Vnde iudex cautus non debet talibus cõfabulationibus aurẽ porrigere: imò quod in aure audit, debet publicè recitare: ne in sinistram incidat suspicionem. extr. de hæreti. cùm ex iniucto. prope princip.

ADDITIO.

a Illud. ¶Catonis post prin.

ADDITIONES NOVAE.

☞ Nota quòd mos aduocatorum est seruandus. glo. in l. Labeo. ff. de statuliberis.

☞ Aduocatus si condemnatur non est cogẽdus soluere nisi quatenus facere potest. l. miles. in prin. ff. de re iudic.

☞ Aduocatus quis cogitur esse inuitus, l. j. §. ait prætor. ff. de post. c. j. de officio iudi. & ibi per doctores.

☞ An illiteratus possit esse aduocatus not. in l. j. in prin. de postu.

☞ Aduocatus vel doctor abrasus de matricula propter delictum non debet in eadem describi sine licentia principis. Angelus de Perusio in l. si manumissus. in fi. C. de libertis, & eorum liberis.

☞ Aliquis timet ne sim aduocatus ꝯ ipsum, ostendit mihi instrumenta sua & secreta, postea accipit aliũ aduocatũ, & me modò aduersarius suus vult accipere. Dicit ille, dñe iudex nõ est equum qa vidit omnia iura mea, & secreta mea scit, an potero esse aduocatus contra ipsum, fac. quòd sic, l. j. §. aduocatos. de extraor. cog. Guid. de Suz. ponit in l. ait prætor. de postu. de honestate possum dicere sibi, si non acceperis me in aduocatum, ero aduocatus partis aduersæ.

☞ Aduocatus iurauit non præstare patrociniũ pro aliquo ꝯ ciuitatem. an pro scholari suo poterit postulare cõtra ciuitatem. Guldo de Suza. dicit ꝙ sic in l. ii. qui sisti. ff. de postu. quia aduocatus fisci potest postulare pro filio suo contra fiscũ, & doctor pt dici pater scholaris, l. j. de excusatio, artifi. libr. x. Item in generali sermone quædam tacitè excipiuntur. ergo &c.

☞ Aduocatus habens feudũ ab vna persona vt ipsum adiuuet in omni causa: postea accipit ab alia sub eadẽ cõditione: si oritur q̃stio inter ipsas, quam debet prius adiuuare. Vbertus de Bobio dicit in l. à principe. de postul. quòd debet adiuuare primam, ar. l. in operis. ff. locati.

☞ Aduocatus qui prodit secreta partis suæ vel reuelat qua pœna teneatur, Bar. in l. j. de calum.

☞ Aduocatus de multis cautelis debet sibi præcauere, primò vt de iusta causa sibi assumat litem, l. rem non nouam. C. de iudic. in qua si iusta sit põt sine peccato patrocinari, & aduersarium suum decipere, nec in hoc peccat, ar. no. xxiii. q. ij. c. dominus noster.

☞ Aduocatus rei quãdo actor aliquid protestatur in iudicio, semper solet dicere, cui protestationi reus nõ cõsentit, secũdum Io. Calde. in c. in genesi. de electione. & hac ratione glo. Io. xxvij. q. j. c. j. dicit quòd quotiescunque actor in iudicio aliquid protestatur, & reus tacet, videtur consentire.

☞ In l. nulli. de iudiciis. C. Quæro quando duo iudices inquirunt de eodem delicto, an vnus debeat remittere cognitionem ad alium, vbi non apparet de præuentione. dic ꝙ sic, alias se impediunt vnde reus debet esse cautus vt non opponat exceptionem præuentionis. Bal. vbi s.

☞ In l. properandũ. §. siquidem. de iudiciis, nota. ꝙ ille qui citat⁹ nõ comparet non dicitur contumax, nisi contumacia eius accuset per aduersariũ. Bal. vbi s. quia litera dicit, accusationis contumaciam incusante. Item ibi notatur ꝙ iudex nunquam procedit nisi ad instantiam partis: & ideo si sententia apparet lata pro præsente contra absentem & non lata ad eius instantiam non tenet. Bal. in dicto §. si quidem.

¶De Exordiis & Arengis aduocatorum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Oratorum seu prolocutorum honesta proponendi consuetudo in multis perpenditur.*
2 *Aduocati non debent tanquam inter procellas eloquentiæ à proposito vitiosè diuagari.*
3 *Aduocatus de sola vocis magnitudine confidens, & vocis sonoritate aures ad audiendum mulcens, non laudatur.*
4 *Modus vbique laudandus est: nam modus est pulcherrima virtus.*
5 *Modus quem debet aduocatus habere in iudicijs, & qualiter se debeat habere in suis prolocutionibus.*
6 *Audaciam aduocato peroranti tribuunt septem.*
Contraria contrarium operantur effectum.
7 *Sermo perit, vbi benignus non præstatur auditus.*
8 *Multiloquio subditus, ex eo se inquinat.*
9 *Discretus esse debet aduocatus, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat.*
10 *Multitudo verborum onerosa est, & nil habet honesti.*
11 *Opus non est verbis, quorum prolatione nullus sequitur effectus.*
12 *Iudex bene facit procacem, loquacem, vel garrulum ex officio suo tanquam sui auditorij turbatorem, excludendo.*
Est modus in rebus, sunt certi denique fines.
13 *Ordo postulantium est à iudice obseruandus.*
14 *Abstinere à blandicijs, philosophicum est temperamentum: adulationibus verò vacare, reprehensibile.*
Aduocatus rei qua forma in iudicio incipiet.
15 *Ius oritur ex facto.*
16 *Aduocatus rei aduocatum actoris debet commendare, & qua forma illi debeat contradicere.*
17 *Stare non potest, quod caret præsidio veritatis.*
18 *Scientia præfertur verbis, sicut anima corpori.*
19 *Reus quilibet quibus verbis coram iudice vti debeat.*
Humanæ aures talia verba iudicant, qualia foris sonant.
20 *Verba debet aduocatus rei coram iudice contra aduersarium replicare.*
21 *Subtilitas immoderata dum plus quam decet exercetur, actionis suæ rectitudinem ipsa confundit.*
22 *Disputandum non est de iuris apicibus, vbi bona fide agitur.*
23 *Dialectica non habet secundum philosophum vim construendi, sed studium destruendi.*
24 *Aduocato vno diuersas scientias in iudicio allegante, quid in oppositum debeat sibi contrarius respondere.*
25 *Veritatis sensus amitti solet vbi verborum proprietas attenditur.*
26 *Margaritæ ante porcos non sunt proijciendæ, quomodo intelligendum sit.*
27 *Artis hostes tot sunt quot ignorantes.*
28 *Iactantia qualibet à bonis est moribus aliena.*
29 *Aduocati vtriusque partis, quibus vti possint coram iudice præfationibus.*
30 *Precibus postulare quod de iure communi competit superfluum est.*
31 *Linguæ lubricum non est ad consequentiam pertrahendum.*
32 *Antiquitati debetur reuerentia, nec est respuendum quod antiquitati placet.*
33 *Summum in rebus bonum est, iustitiam recolere.*
34 *Iustè iudicanti nihil aduersatur.*
35 *Aduocatus coram summo pontifice proloquens, quibus verbis vti debeat.*
36 *Forma prolocutionis ab aduocato fiendæ coram imperatore conuento.*
37 *Cardinalibus iudicialiter proloquentes, quibus vti debeant verbis.*
38 *Coram quolibet iudice debet aduocatus à picturato verborũ fastu abstinere.*
39 *Ius quod finitum est & certum, variari non potest: factum autem sæpe.*
40 *Aduocati in diuersis casibus, quibus debeant in processu iudicij verbis vti.*
Lege cautum habetur, quòd prætorum edicta esse non debent elusoria.
41 *Confiteri de omnibus præsumitur quisquis iudicium subterfugere quærit.*
Præcaueri debet, quod potest vel infirmari, vel vituperari.
Oculum iudicantis oportet in qualibet iudiciorum parte cuncta rimari.
42 *Mens potius, quam verba spectari debent in iudicio.*
43 *Respondere nemo cogitur in iudicio, nisi prius quæ proponuntur intelligat.*
44 *Aduocatus cautus corã iudice illiterato, debet sic proponere, vt intelligatur: aliàs iudicare non posset.*

6.§.Nunc de exordiis & arengis aduocatorũ differamus De disputatione aũt quæ fit ante sententiã, & qualiter iudex in audiendis allegationib. se habebit, dicetur j. de dispu. ad

dispu.aduo.§.fi.&per totum.In hoc igitur §.hoc ordine procede
mus.Nam primò ibi ante omnia, &c. quædam oratorum cōmu-
nia vitia proponemus,vt patroni causarum ab illis cautius stude-
ant præcauere.Simile xxv.dis.c.vnum orarium.§.aliàs ea demùm
extr.de cri.fal.licet.Secundò verò ibi:suppositis igitur,&c.quali-
ter se in orando habebunt:& de cautelis circa hoc breuiter sup-
ponemus.Tertiò ibi:vt autem,&c.de præfationibus aduocati ac
toris.Quartò ibi:post hoc autem,&c.de præfationibus & respon
sionibus aduocati rei.Quintò ibi:postmodum verò, &c.de repli
cationibus aduocati actoris.Sextò ibi:potest quoq;,&c.de com-
munibus præfationibus vtriusq; aduocati.Septimò ibi:cum autē,
&c.de præludiis,quibus vtunt̄, quando facta arenga ad factū de-
scendunt.Octauò ibi.porrò in processu,&c.de præfationibus,qui
1 bus vterq; aduocat⁹ in diuersis articulis iudicij vti potest.†¶An
a te omnia igitur sciendum est[a], quòd quidam oratores, seu pro-
locutores ab honesta proponendi consuetudine deuiantes,sur-
gunt cum quodam fastu, seu superstitiosè ad loquendum,habē-
tes gestus dominabiles præcedentes : abstergunt faciem : crines
post aures reformant nares crebrò purgant, & guttur, speculan-
tur manus, & propria circunspiciunt indumenta, contra doctri-
nam traditam s̄.§.proxi.ver.cùm autem.& sequen. &quadrage-
sima sexta dis.habet. Alij verò trans cœlum oculos eleuant,nunc
caput demittunt, nunc crebra suspiria emittunt, nunc frontem
rugant, nunc labia comprimunt, nunc supercilia obducunt, ma-
nus maxillis affigunt : & alia mirando cogitare, vel meditari , ac
grandia concipere ingenio multiplici simulantes.contra quos j̄.
versi.post hæc.in forma noti sunt.& in forma orator.& in præd.
b versic.cùm autem.& seq.& illud[b]:Parturient montes, nascetur
ridiculus mus.Et illud Senecæ,Stulta est,& minimè conueniens
c literato viro occupatio exercendi lacertos.& dilatandi virtutē[c].
2 †Nonnulli quoque tuti inter procellas eloquentiæ nauigan-
tes periclitantur in portu. Robustè enim inter initia eloqui de-
currentes,priusquam ad conclusionis metam perueniant, defici
unt imprudenter, contra quos est nonagesimaseptima. distinct.
capitu.primo.versic.ipsa enim.xxiiij.quæstio.j.capitu.non turba-
tur.septima.quæst.j.Nouatianus.in fi.de pœn.dist.ij. multi bene.
& dist.tertia.in cassum.At econtrà quosdam rubor interloquen-
do arripit,& tremula voce loquuntur:quorum tamen timidum
initium finis robustus exornat.Pro quibus facit illud,Debile prī-
cipium melior fortuna sequetur.& vij.quæstio.j.suggestum.ibi:
Beatus qui perseuerauerit,&c.& de pœn.dist.ij.apostolus.in fin.
3 †¶Sunt etiam, qui de sola vocis magnitudine confidentes ful-
minant:& vociferantur proponendo, & boatu triumphali pro-
loquentes,vocis sonoritate moliuntur aures ad audiendum mul
cere.Contra quos facit xcij.dist.ca.j.& ij.& C. de fer.l.fin.ibi:vox
horrida conquiescat.& v.quæst.iiij.in loco. ibi,Mitissima verbo-
rum relatione proferri,&c.& j̄. versi. veruntamen. Alia quoque
plura declamatorum vitia possunt ex sequentibus & præcedenti
4 bus colligi: sed non iuncta. † Modus igitur laudādus est iuxta il-
d lud[d], Est modus in rebus,sunt certi deniq; fines,Quos vltra citra
que nequit consistere rectum.In pronunciatione itaque exerce
ri debet vocis& spiritus moderamen,corporis & linguæ motus:
vt verba non sint inflata,vel eleuata: vel in faucibus frendentia,
nec vocis immanitate resonantia, nec aspera frendentibus, vel
hiantibus labiis prolata:sed pressim & æqualiter, leniter,& clarè
pronunciata:nec ostentationis causa frangatur oratio: verùm ꝓ
locis,rebus,& causis,& temporibus oratio dispensanda est.Nam
alia simplicitate narranda sunt:alia authoritate suadenda:alia indi
gnatione depromenda: alia verò miseratione flectenda: vt sic &
5 vox & oratio semper conueniant suæ causæ.† Recta quoque sit
facies: nec labia detorqueantur,nec immoderatus hiatus,nec su
pinus vultus, nec deiecti in terram oculi, nec inclinata ceruix,
nec eleuata aut depressa supercilia: labio quoque lambere , vel
mordere deforme est.Porrò proferenda sunt submissa leniter,in
citata grauiter , inflexa verò moderatè. Item grandia granditer
proferenda sunt parua subtiliter,mediocria temperatè.In paruis
enim causis nihil grande, nihilque sublime dicendum est: sed le-
ui ac pedestri sermone loquendum. in maioribus verò , vbi de
Deo,vel hominum salute referimus, plus magnificentiæ & ful.
goris est exhibendum. Sed nec semper de magnis rebus grandi-
6 ter est dicendum.†¶In summa tamen notandum est,quòd hæc
sunt,quæ audaciam tribuunt peroranti,videlicet scientia,poten-
tentia,eloquentia,libertas,gaudium,fauor.& benignus auditus:
e & ex his ɔtraria[e] contrarium operantur effectum.quadragesima
tertia.distinct. sit rectòr.prope princip. vigesimaquinta. distinct.
primum.in fi.quinta.quæstione quarta.in loco.sexta.quæstione.
prima.ex merito.& j̄.versicu.postmodum.Suppositis igitur viti-
is communibus perorantium,dicendum est igitur qualiter gere-
re se debebunt.Et quidem cùm tempus loquendi aduenerit,sur-
gat aduocatus : quia stare debet. quod dic vt suprà , §. proximo.
versi.cùm autem.Et ascendat super ambonem,seu pulpitum,seu
locum,vbi ab hominibus videatur.arg.lxix.dist. quoniam.& ne-
minem contemnat,sed cūctos reuereri videatur:vt ff.de postu.l.
j.§.casum.& xvj.quæst.ij.cap.j.versi.humani.xlvj.dist.hoc habet.
& stet cum omni grauitate.quod plenè dic vt suprà,§.proxi.ver-
sic.est autem.Demùm extracto bireto,siue caputio incipiat non
properè:vt extrà,de excep.cùm venerabilis.circa princ.iij.quæst.
iij.induciæ.lij.distin.c.j.non properè,vel præposterè.xxiiij.quæst.
iij.de illicita.circa medium.& C.de testa.l.præposteri.non præci-
pitanter.vj.quæst.j.quæro.in fin. C.si aduer.fis.l.j.& x.quæstio.iii.
summoperè.ij.quæst.j.Deus.de pœn.distin.iij.inter hæc hircum.
j̄.versi.velox.Non inconsideratè.quinta.quæstione quinta.cap.
fin.Non syncopando verba,vel nimium transcurrendo,vel retar
dando.extr.de celeb.mis.dolentes.de consecra. dinstinct.quarta.
retulerunt.sed post paululam moram,vt gestu graui mentis gra-
uitatem ostendat.Quod dic vt in pre.ver.cùm autem.Plenè quo
que super dicendis prius deliberet,& sermonem suum ponderet
diligenter:quia tempore indigemus, vt aliquid maturius agam⁹.
quinquagesim1.distinct. ponderet.& si arduum sit negocium.in
cipiat sic:In nomine Domini,&c.vt C.de offi.præfec.præto.Afr.
l.in nomine.ext.de test.in nomine.xxiij.distin.in nomine.in prin.
vel,in nomine patris & filij & spiritus sancti.vt lxxiij.distin.in no
mine patris.& ad hoc facit xxvj. quæst.vlt.non obseruetis.& qu.
v. non liceat. Deinde supplicet iudici & aliis astantibus, vt beni-
gnam audientiam sibi præstent.ff.de his, quæ in testa.delen.l.pe.
§.quid ergo.in fin.§.Ad quod quidem iudex tenetur,donec non
habeant partes quid vltra quæstionem proponant:vt C.de offic.
præfe.annonæ.si quis prope.& trigesima.qu.v.iudicantem. ff.de
of.procon.nec quicquam.§.circa.C.de off.vica.l.ij.& dicā j̄.vers.
vel tali ad captandum.& j̄.ver.cæterum.& etiā astantes:vt v.q.3.
7 in loco.†¶Perit enim sermo, cùm benignus non præstatur au-
ditus.iuxta illud,Nemo inuito auditori libenter refert:vt vj.qu.j.
ex merito. & Eccle.c.xxxij.Vbi auditus non est,non effundas ser
monem.& in præd.c.in loco.insistat etiam iudicis commendati-
oni:vt in præ.ver.cùm autem.Deinde accedat ad negocium prin
cipale:sed præmittat præfationes aliquas breues & vtiles,vt j̄.di
cam , quibus reddat iudicem beneuolum & attentum , ne quo-
dammodo quasi illotis manibus videatur peruenire ad mensam.
Nam res non debet omnino sine præfatione procedere:vt ff.de
orig.iur.l.prima.exemplo Iurisconsulti,qui aliqua de tituli signi
ficatione præmittit, priusquam iuris perueniat ad arcana: vt ff. si
certum pet.l.prima.Proponat autem verba dulcissima:vt in præ-
dict.versic. sunt autem.nec turbet iudicem,vel eius auditorium,
8 quia erit cultus iusticiæ silentium.vt in præd.cap.in loco.†Item
abstineat à superfluis:vt ff.de offic.præfect.prætor.breuiter.& C.
de prec.Impera.offe.instrumentorum.C.de appel.l.fin.§.in refu-
tatoriis. ff.de aur. & argent. leg. pediculis. §. Labeo.ff.vt in poss.
leg.is à quo.§. fin.& infrà. vers.vel tali quæcunque.Nam multi-
loquio subditus ex eo se inquinat:vt quadragesimatertia. distin.
sit rector.circa fin.Et secundum Aug. breuitas locutionis grati-
am parit,& molestias sinistramque suspicionem fugat.Immensi
tas autem econtrà. argu.xviij.quæst.ij.diffinimus in fi.& j̄.in for-
ma,vel sic à picturato.Prolixe etenim præfationes confusionem
inducunt,& tædium generant animis auditorum:vt extrà,in pro
œmio Decre.§.sanè.C.de no.Codi.compo.versi.quibus.Nec ali
quod suffragium conferunt:vt C.de emenda.Iusti.C.ver.tollen-
dis.& penè nil immensum bonum: vt auth.vt deter. sit nu.cleri.
9 §.quæsitum.in prin.†Et priscianus in xij. Gaudent dilucida breui
tate moderni. Sit quoque discretus in silentio , ne aut tacenda
proferat, aut proferenda reticescat. Nam cùm quis inordinata
loquitur erroris vulnere audientium corda feriuntur:& sæpe vir
tus verborum perditur, cùm apud corda audientium loquacitas
incauta opportunitate læuigatur: & auctorem suum loquacitas
coinquinat:quæ seruire auditoribus ad vsum profectus ignorat.
vt hæc & alia leguntur quadragesimatertia. distinctio. sit rector.
10 † Verborum enim multitudo onerosa nil honesti habet. in
Authen.de referen.sacri pal.circa princi.colum.iij. imò est cano
nibus inimica,extrà,de præbend.quia in tantum. & de cleri.non
resid. capitul. relatum.Et melius est, pauca idoneè dicere, quàm
multis

ADDITIONES.

a Sciendum est. ¶Secundum Aegid.suo libello,char.pe.
b Et illud.¶Versus est Horatii,vltra prin.sed fabula Aesopi xxvii.
c Virtutem.¶Vide quod scripsi & remisi,ne cleri.vel mona.c.i.su-
per versi.ornamentum.
d Illud.¶Horatii charta tertia.
e Contraria.¶Hoc decidit Aegid.qui prædicta contraria exprime
bat.vbi s̄.

multis inutilibus aures hominum prægrauare:vt C.de veteri iur. enu.l.tanta.§.contrarium. Vnde Horatius: Cum quid præcipies, esto breuis.Compendium quoque approbatur,dispendio reprobato:vt extrà,de rescrip.dispendia.lib.sexto.& de accus.qualiter. ij.in fin. & de re iudic.abbate.in fine.libr.vj.Nec cum verborum multitudine Deus flecti potest:vt de conse.distinct.v. non mediocriter.Nec in multitudine sacrificiorum propitiatur.vt tertia.q. vij.in grauibus.in fin. & decimaquarta.quæst.v.c.ij.& c. scriptum est,quia verba veritatem inflant,& vulnerant charitatem.vt no-
11 nagesimanona.dist.ecce.in fin.†Vnde non est opus verbis,quorum nullus sequitur effectus:vt C.de donat.l.fin.Quia fides veritatis verborum admincula non desiderat,vt C.si vt se ab hæredi. absti.l.j.& de hoc s.§. iam nunc. versi.cautus tamen. ¶Veruntamen quidam hanc non attendunt doctrinam. Cùm enim rustici garrulitatem authoritatem putent:vt quadragesimasexta.dist.c. j.idcirco rationis defectum supplēt garrulitate clamosa,vt sic clientulo & salario satisfaciant solo vento:vt j.versic.ita notis,&c. Nam vt ait Seneca,imperitorum est vociferari de longè,quod ta
a men indecens est. Nam vt idem Seneca dicit[a], Quemadmodum viro sapienti incessus modestior conuenit, ita oratio pressa, non audax.s.versi.sunt etiam.& s.§.proxi.ver.præcipuè.tamen horū fatuitas in sapientum audacia confutatur.Coram quibus imperitus matheseos aduersus mathematicos disputans risui patet: sicut ignorans dogmata philosophorum , aduersus philosophos certans:vt trigesimaseptima.dist.qui de mensa.Non ergo sit procax,loquax,vel garrulus.quod dic vt s.§.proxi.vers.item stando.
12 † Nam iudex benè faciet , si talem ex officio suo excludat , tanquam sui auditorij turbatorem.v.q.iiij.in loco,& ar.ff.de his,quę in te.delen.l.iij.§.pe.C.de iudi.Authen.iubemus.Ar.contrà,q̄ patietur dicere & clamare aduocatos,quantū volent.iij.q. vij.infa-
b mes.§.tria.ver.apud vrbē[b].ff.de off.pconſ.nec quicquā.§.circa. & suprà,in princ.& xliiij.distin.sit rector.ibi:clama, ne cesses,&c. 30.quæst.v.iudicantē.& ibi:præbita patientia,&c.& ibi:nihil habet in quæstione,&c.Sed est modus in rebus, sunt certi denique
c fines,&c.[c] Item si aduocatus partis alterius videatur te allegationibus superare,prudenter eum elude:vt suprà,§.iam nunc. versi. verùm si.Item cautus sit,vt in cunctis allegationibus primò & vltimò validiora proponat argumenta:vt in eo.§.vers.porrò.item non certet probris,vt s.eo.eo.§. in prin. Item caueat ne cōtraria alleget:vt j.§. consequenter. in fi.Item cōsulo,quòd abstineat à falsis & cauillosis allegationibus:vt j.cod.§.fin.vers.item caueat. Item protestetur, & sub conditione proponat: vt s. §. iam nunc. ver. ex præmissis.& j.ver.aduocatus igitur.Item caueat,ne ex sua propositiōe capiatur in verbis, à quo garrulus vix cauebit: vt in eo.§.ver.cautus tamē.Item si plures sunt aduocati,simul delibe-
13 rent quis,& quæ primò proponēt:vt eo.§.ver.porrò.†Item ordo postulantium est à iudice obseruandus:vt ff.de offi. proconſ. nec quicquam.§.obseruare.ff.de iud,qui prior.Tamen si primus aduocatus cœpit orare super minima re,vel causa, & secund⁹ velit dicere de ardua,vel magna:secundus primò audietur. argu.C. de te.manu,l.fi.§. si autem. Imò quia per maiorem quæstionem præiudicium fit minori:vt iij.quæstio.xj.§.ciuili.& c.prius. Vt autem quæ hîc,&in præ.§.præmisimus,exemplo subiiciamus,& formas aliquas rudium gratia annectamus. Aduocatus igitur actoris incipiet sic:

14 FORMA.† A blanditiis abstinere philosophicum est temperamentum.in auth. quib. mo.na.effi. sui. circa medium constitu. col.vij.adulationibus verò vacare,reprehensibile:vt xvj.di.clericus xxv.dist.c.vnum orarium.§.aliàs,ea demū.prope fi.quia nil illo pastore miserius,&c.lxxxviij.dist.nihil.Considero compendium breuitatis. C.de iusti.Cod.confir. l.j.ad veritatem illuminandam adminicula verborum depello. C.si vt se ab hære.absti.l.j.& j.quæstio.j, Marchion. vsum quotidianum in causis approbo.C. de condi.indeb. incerti. & reprobo quæ proponuntur extrinsecus,& nil ad præsentem pertinent actum:veluti,arma virumque cano.ff.de verb.obl. quæ extrinsecus.vltimò me insufficientem reputo, velut Nerua. ff. de postul. l.j. §.initium.Cùm igitur ætas deficiat,scientia si qua est, delitescat & sedens in medio non curet adulationibus extolli,seu laudibus:vt j.præ.c.nihil.& quadragesimasexta.distin. sunt nonnulli. His excusatus,idem supplico vt me benignè audiat,ac veniam tribuat, si ad præsens eius commendationi,ac astantium non insisto:vt in prin.huius §.vel commendet eum,si velit.vt s.§.proxi.ver.deinde.& j.versi.vel tali ad iusticiam. De vestra igitur licentia,domine,ad præsentem venio quæstionem, quæ talis est. Proponat si quidem factum per hæc verba:Breuiter commemorare necesse est, quòd talis contraxit, &c.ff.de off.præfe.præto.l. prima.respon.primo.vel per similia, & postea ius alleget.extr.de postu.præl.bonæ.j.ff.de iur.cod.qui
15 dam referunt.extr.de sponsa,de muliere.†Nam ex facto ius oritur:vt s.§.nūc tractemus.in fine verò semper sic adiiciat: Quæso igitur domine quòd intret postulatio mea in conspectu tuo, & secundum eloquiuum tuum eripe me:vt in Psal.Principes.& iudica iudicium meum, & redime me, & propter eloquium tuum viuifica me: vt in Psalm. Clamaui. Si quid autem per me ignorantia seu incuria,vel obliuione omissum extitit,supplico vt hoc suppleat discretio iudicantis.C.vt quæ desunt aduoca.par. iudex supp.l.vnica.& in præ.Decre.bonæ.&vigesimaoctaua.distinctio. priusquam.ff.de iudic.nec quicquam.Multas alias formas vide j. versic.potest quoque. ¶Post hoc autem surgat rei aduocatus,licentia à iudice humiliter petita,& grauitatem seruet,quam diximus s.§.proxi.versicul.cum autem. & ea quæ s.in princ.huius §. sunt descripta. demùm incipiat aduocatum actoris commendare,vel etiam reprehendere: sub quodam honestatis colore. quæ
d dic[d] vt s.§.iam nunc.& j.patebit dicens sic:

16 FORMA.† Sapiens,qui paulò antè perorauit,vt cum eius pace loquar,cœmentum sine arena,vel arenam sine cæmento ligauit:vt octuagesimasexta.dist.facientis.animum vestrum,& astantiumverborum sępe refricata multitudine nimium aggrauando vt s.versi.deinde.Vnde cùm sciam prudentiam nolle verbis prosperari,sed moribus,paucis vtar. vt nonagesimanona.dist.ecce. vestræ ac astantium commendationi de vestra licentia supersedens.Si quidem partis aduersę patronus euidenter causam fouet iniquam,cur eam verbis reuelare conatur,cùm veritatis benefi-cio non iuuetur,quod in fine luce clarius apparebit, veritas vin-
17 cit:valet & inualescit:vt viij.dist.consuetudo.†Nec stare potest, quod caret præsidio veritatis:imò quod ratione caret, extirpandum est,lxviij.dist.cor.episcopi.& vbi nō est fundamentum,nullum boni operis superest ædificium,vt extr.de presb. non bap.c. iij.& j.quæstio.j,cùm Paulus.veruntamen sibi non poterit imputari,cùm sit vitium materiæ, non artificis.ff. loca.item quæritur. §.si gemmam.ff.ad l. Aquil.si seruus.§.si calicem.& j. vers.ad omnes.Diligentiam etiam contra rationem adhibet:vt videtis.ff.de off.præsi.illicitas.§.sicut.extra de homi.tua.Quæso igitur,domine,vt non verborum folia,sed veritatis radicem consideretis, vt
18 prima. quæstione prima. Marchion. †Quia sicut anima præfert corpori,sic scientia verbis:vt xxxviij.distinct.sedulò. & iuri ac rationi innitor. Aperiam in parabolis os meum,loquar propositiones ab initio:vt in Psal.lxvij.Primò enim sub compendio respondebo his,quæ pars altera ad suam proposuit intentionem fundādam. Secundò proponam ea , propter quæ pars mea est in casu absolutionis,,& altera est ei ad interesse,ac in litis sumptibus cōdemnanda.ff.de iudi.eum quem temerè. C.eo.properandum.extr.de dolo & contu.finem.¶Vel sic:

FORMA.Sapiens nunquam inanis est,sed semper in se habens amictum prudentiæ,qui potest dicere: Iuduebam iustitiam, & iudicium vestiebam. Sanè dominus talis verè sapiens est, quem scientiæ fulgor,& discretionis virtus exornant:sed quoniam homo est.decipi potuit , & ad credulitatem pertrahi falsitatis : quia filij hominum mendaces sunt in stateris, & se adinuicem decipiunt, causarum merita occultantes.de poe.dis. ij.sapiens.& j.in forma, sunt nonnulli.& s.§.nunc tractemus.in prin. ¶Vel tali præfatione reus vtatur:

19 FORMA. † Humanæ aures talia verba iudicant , qualia foris sonant:vt vigesimasecunda.quæstio.v.humanæ.Ideo namque instituta sunt,vt per ea quisque in alterius notitiā suas perferat cognitiones,non se,vt eis homines fallant:vt ea.quæ.ij.institutum. reuerende domine, si aurem credulitatis his quæ coram vobis coloratè sunt proposita præberetis , tanto magis de vobis mirarer:quando vos nosco vtriusque iuris peritia præpollere.ext.de diuor.quanto.respon.j.& in negotiis cautum esse:vt xxiij.distin. qui episcopus.in prin.Sed scio, quòd à paleis nostris grana detegere:vt ff.de acquiren.re. do.adeò.§.cum quis ex.ibi:auspiciis tuis,&c.& ij.q.j.multi.ibi:velut in messe, palea est. & de consecrat. di.v.discipulos. Vnde colorem verborum non attenderis,sed rei veritatem,quæ non consistit solùm in contētione sermonis,potius conquiretis,vt xxxvij.di.omnē vim.palea est.quo facto vmbram solam imaginariam , omni quidem effectu vacuam in eis poteritis reperire.xxxvij.dist.vnio.extr.de consue.quanto oratorique apertè dicetis: Recede,recede: loquela tua non illuminat cęcum,non sanat ęgrotum,nec tuetur cliētulum,sed impugnat, xlv.distin.recedite. Nec propter eius paleam aream vestræ rectitudinis relinquetis:vt xxiij.q.vij.c.j.imò secernētes ventilabro recti iudicij

ADDITIONES.

a Dicit.¶Epi.l.in fin.
b Vrbem.¶Ibi videas in ij.gl.
c Etc.¶Vt s.eo.§.ver.modus.
d Dic.¶Vt dixi s.§.proxi.in prin.vlt.col.& clamaui.quod statim allegatum est.xxj.Octonarius.

tri iudicij granum vestrũ ab eius paleis, vt in præ.c. multi. In fina li ei dicetis calculo, quòd palea est: vt xxxij.q.iiij.recurrant.in fin. videbunt que recti, & lætabũtur, & omnis iniquitas oppilabit os
20 suum: vt Psal.cvj.† ¶Vel tali:

FORMA. Callida quadã ac multiplici argumentatione ius no strum pars altera auferre contendit: ita vt si fides verbis adhibea tur, non verba pro verbis, sed res reportaret pro verbis. Sed Deo propicio, si verba dederunt, verba etiam reportabunt. Hęc legun tur xiij.q.j.c.ecclesias.§.ad hæc callida. licet ergo per aduocatum partis alterius multa & satis eleganter sint proposita, & authori tas me moueat proponentis: à iure non tamen dissentio. Nã & si authoritas Tuberonis excellens fuerit, tamen Iurisconsultus pro pter hoc à Seruio non dissentit. ff. de suppel.leg. Labeo. Et quidẽ partis aduersæ, &c. vt s. in forma, sapiens. ¶Vel ita:

FORMA. Noti sunt vobis, domine iudex, qui ventos de thesau ris suis producunt, nubesque ab extremo terræ educũt: vt in Psa. cxxxiiij. & xxiiij.q.j.non offeramus. Aperiunt namque fontes sciẽ tiæ: qui cùm non habeant aquam doctrinæ, promittunt imbrem velut nubes propheticæ, & turbinibus exagitantur mendaciorũ: loquuntur grandia, & totus sermo eorum falsitas est: vt de pœn. dist.ij.si enim inquit, vltra medium, ver. hi sunt fortes. & ij.q. vij. sequuti sunt. ad finem. cõtra illud, Nolite multiplicare loqui sub
a limia gloriantes. vt in Cantico, Exultauit[a]. Venientes namque in altitudinem maris, tempestas demersit eos: vt in Psa.lxxiij: posue runt enim, secundum Prophetam, mendacium spem suam, & in
b mendaciũ operis sperauerunt. C. de sum.tri. liquet.§.j.[b] Vnde qa, vt ait Ouidius, Nullum tempus fuit nobis morosum in fabulis conficiendis. & v.q.iiij.in loco. in prin. & ar. ad hoc xxxvij. dist.c.i. & 2. & c. legimus. & xxvj.q.v. nec mirum. in prin. 2. col. ver. his igi tur. quia per oblectamenta fabularum, mens incitatur ad incenti ua libidinum: vt ea. dist.c. ideo. Idcirco fabulis ex aduerso propo sitis: quia pondere carent, nec causam tangunt, non proposui re spondere: sed descendam ad ea, quæ ad causam faciunt: & quæ clientulum meum iuuant: vt ff. de verb.oblig. quæ extrinsecus. ¶Vel ita:

FORMA. Nihil omnino respõdere propositis auditorum gra tia, vtile non videtur: ne fortè credat responsionis penuria decli nare certamen, & ne in auditorũ animis contrarius vestrum qsq̃ credulitatis scrupulus relinquatur: vt xliij. dist. in mandatis. in fin. idcirco his, quæ sunt ex aduerso proposita, licet pondere careant nec ad rem faciant, respondere intendo. Et primò ad hoc, quod prius dixit, &c. Et serua modum in responsionibus, quem dixi s. ver. post hoc. in fin. & quem ponit Gratianus, xiij.q.1.d.§. ad hoc calida. & papa extrà, de verb.sig. abbate. & de re iud. abbate sanc.
c & de concessio. prę. quia cunctis[c]. & in multis aliis. & Aug. xxviij. q.1. sic enim. neque. ¶Vel ita:

FORMA. Sunt nonnulli, qui dum æstimari hebetes nolunt, sæ pe se in quibusdam inquisitionibus plusquam expediat exercen
21 tes, ex nimia subtilitate falluntur. † Subtilitas enim immodera ta, dum plus quàm decet, exercetur, actionis suæ rectitudinem i psa confundit, xlix. dist. hinc etenim. circa prin. ver. paruo autem. & ver. nasus etenim. Hos igitur talis dñs, qui paulò antè, pposuit imitat[9], volauit super pennas ventorum: vt Psal.xvij. oculos suos trans cœlum leuans, & vltra profundum terrarum & abyssi in quoddam inane demergens: vt xxxvij. dist. nonne. & stateras do losas non iure attulit, quibus non rationis, sed voluntatis arbi trio, quod voluit appendit: vt 24.q.1. non offeramus. Posuitque os suum super cœlum, lingua transeunte super terram: vt 21. di. in tantum. & in Psal.lxxii. non attendens, quòd citò sæpe ruit, q super astra volat: non attendens etiam, quòd contractus, de quo
22 agitur, sit bonæ fidei. † Et vbi bona fide agitur, non est de iuris a picibus disputandum. ff. manda. si fideiussor. §. quædam. & quòd subtilitas nimia in iure reprobatur apertè: vt extr. de iudiciis. dile cti, ergo huiusmodi ambagibus reprobatis, vt C. de compen. l. fi. ad ea, quæ de facto tetigit, & de iure sic sub epilogo respondeo. dixit enim, &c. ¶Quòd si alter p maximas dialecticales argumẽ tatus est, sic dicas:

FORMA. Locutio scripturarum secundum cuiuslibet scientię proprietatem accipienda est. Habet enim omnis scientia quædã propriæ locutionis genera, quæ cùm in aliam transferuntur, vi dentur absurda: vt 37. dist. locutio. palea est, orator ille, quem au
23 distis omnem vim inuentorum suorum in dialectica posuit. † Quæ, secundum philosophum, non habet vim constituendi, sed studium destruendi. Sed nec in ea placuit Deus pater & filius & spiritus sanctus: vt ea. di. omnem. pal. est. sine quibus nullum bo ni operis superest ædificium: vt 1.q.1. cùm Paulus. Dialecticorũ enim tendiculę phantasmata sunt, & imagines, quę citò pereunt & soluuntur: vt eą. dist. vnio. & eorum garrulitas & argumenta sophistica reprobantur: vt ea. dist.c. legimus. §. hic etiam. cum per ea sæpe viri ecclesiastici opprimuntur: vt 24. quæ. 3. transferunt. ¶Vel si allegauerit poetas, dicas sic:

FORMA. Orator ille, quẽ audistis, amatoria Buccolicorũ ver suum, seu Vergilij, vel Ouidij in suæ assertionis testimonium alle gauit, non attendens, quòd per figmenta poetarum mens exci tatur ad incentiua vitiorum: vt ea dist. ideo. quare meretur corri pi: sicut & Hieron. ob hoc ab angelo est correptus: vt ea. dist. legi mus. ¶Vel sic, si naturales libros induxit:

FORMA. Orator ille physicus, vel naturalis perscrutator, qui nempe oculos trans cœlum leuauit, & vltra profundum terrarũ & abyssi, in quoddam inane demersit, ociosis philosophorum su btilitatibus se inuoluens: cur in vanitatem sensus & mentis obs curitatem lapsus est: vt ea. dist. nonne. & c. ecclesiasticis. palea est. ¶Vel sic, si inducit multos versus:

FORMA. Orator ille, quem audistis, iam bene feruet, qui ma gnam metrorum multitudinem congerit & distinguit: vt ibidẽ.
24 † Vel si dixit de geometria, vel astronomia, vel arithmetica, vel musica, vel medicina, vel grammatica, & huiusmodi, dicas quòd licet veritatem habeant, non tamen sunt, scientiæ pietatis: vt ea. dist. si quis grammaticam. imò despecta sunt, & in desuetudinem abierunt: quia in errorem mittunt: vt ea. dist. legimus. §. hic etiã. & 26.q.2.c. sors. §. his ita. in fi. & leguntur vt repudientur: vt ea. dist. legimus. ¶Vel sic, si disputat de viribus verborum, prout fa ciunt sæpe dialectici & grammatici:

FORMA. Orator ille, quem audistis, accuratè de verborum vi ribus disputauit, non attendens, quòd indignum valde est, quod
25 iuris scientia regulis subiaceat Prisciani: vt ea. distin. indignum. † Nam dum verborum proprietas attenditur, sensus veritatis amit titur: vt extr. de verb. signifi. præterea. & verborum disputatio p tinacibus est relinquenda, secundum Tulliũ, curiosis, qui de his, quibus non expedit facilè disputant: vt extrà. de re iud. abbate sa ne. prope fi. lib. vj. Ad omnes autem præmissas formulas conclu dat sic. Sed certè excusari meretur. nam non voluntate, sed poti grauissima necessitate propter inopiam, videlicet iuris & ratio nis noscitur id fecisse: vt xxxvii. dist. qui de mensa. in fi. & c. 1. & x. dis. si in adiutorium. ¶Postmodum verò surgat aduocatus redar gutus, & dicat sic:

FORMA. Nemo rectè personam reprehensoris suscipit, nisi q suis actibus errata condemnat. lxxxj. dist. nemo. Seneca quoque vir prudentissimus & consul, vt Insti. de fideicom. habetur. §. & in Neronis. ait: Si tibi ipsi non imperasti, vt taceres: quomodo ab a lio silentium exigis? Et in Cato. dicitur: Qua libertate potes alios corripere, dum tacitè tibi respondeas eadem, quæ corrigis, com misisse. Nam malè castigat, quem sua culpa ligat. xxv. dist. c. fin. & 26. di. vna. c. si quis de. 24. dist. x. §. quod ergo. 3. q. 7. §. quod ergo. dominus ille dilatauit super me os suum, vt in Psalmo 34. & vi sus est sermonem meum redarguere de prolixitate vel imperti nentia, vel nimia subtilitate: sed si tacuisset, philosophus fuisset. Sicut dicit Horatius, de quodam minus bonos versus conficien te: Prius enim debuit à se repellere, quod in alio videbat repre hensibile. Nam iudicandus, alium iudicans, seipsum condemnat: vt de pœ. dist. vj. c. i. ver. iudicans. & seq. & xl. dist. multi. Et prius d buit de suo trabem, quam festucam de oculo educere alieno. 3. q. 7. c. infames. §. testatur. Per me etenim sufficienter, quæ circa fa ctum & ius conueniunt, facta sunt, quibus nondum responsum extitit ex aduerso. xliii. dist. in mandatis. in fi. & 23. q. 4. Nabucho donosor. respon. j. Ipse verò quod intellexit, retulit: sed quia non bene intellexit, non bene retulit, nec decenter: vt 36. q. v. nec mi rum. versus fi. per vnam col. ver. quod intellexit, &c. Imò discipli nam meam odiuit: & sermones meos retrorsum proiecit: vt in Psal. xlix. Non attendens illud Salomonis? Prius intellige: & tunc
d increpa. Priusquam scruteris, non reprehendas. 11. q. iii. eorum.[d] Vnde de plano fateor, quòd vitium animi est indignis, & non
26 intelligentibus scientiæ secreta vulgare: vt xliii. dist. c. fin. † Quia non sunt proiiciendæ margaritæ ante porcos: vt ea. distin. in mã datis. & xi. q. 3. nolite. prope fin. imò oportet eum, qui iudex allo quitur, eorum ingenio se aptare, & verborum ordinem pro au dientium capacitate dirigere: vt 8. q. 1. oportet. Cùm igitur ille nondum

ADDITIONES.

a Exultauit. ¶Sumpto de priore 2. c.

b §. 1. ¶Aliàs est sub l. inter claras. & habetur Esa. xxviii.

c Cunctis. ¶Lib. 6.

d Eorum. ¶Ad literam non habemus: sed conuenit quod habetur Ecclesi. xci.

nondum sufficienter militauerit scholasticis disciplinis, vt extrà. de elect. bonæ. 2. respon. 1. cùm oporteat in talibus prius animas & postmodum linguas fieri eruditas: vt in proœmio Digestorũ. §. illud verò satis. idcirco adhuc Donatum sectetur, & ad ostium vigilet Prisciani: vt lxxxvj. dist. cùm multa. extr. de æta. & qualita.

27 c. si. †¶Vel ita:

FORMA. Sicut ait Boethius, Tot sunt artis hostes, quot ignorantes. Orator ille, quem audistis, visus est me redarguere eo, ꝙ aliqua dicta philosophorum & poetarum vel gentilium inserui dictis meis. Sed certè eo ipso quòd hoc vituperat, se illa ignorare demonstrat. Nam vituperatio artis testis est ignorantiæ: & secundum Hiero. Nemo bene iudicat quod ignorat. & ar. 11. q. 3. eorũ Non enim malum est ab his exempla sumere. alioquin Moyses & Daniel, sapientia, & literis AEgyptiorum, & Chaldeorum nõ paterentur erudiri: nec Paulus aliquos versus poetarum suis in-

a duxisset scripturis: vt xxxvij. dist. turbat[a]. nec Hiero. de conse. dist. v. nunquam. nec Augu. 26. q. v. nec mirum. nec Iurisconsultus. ff. de re. di. in tantum. in fine. ibi: xenotrophium, &c. & Inst. de contrah. emp. §. prætium. nec Isido. extr. de ver. sig. forus. §. lis autem. nec Inn. IIII. de iureiur. quemadmodum. nec Daniel, Ananias, Misael, & Azarias doctrinam Babyloniorum didicissent, si id peccatum esse sciuissent: vt 37. dist. qui de mensa. Non ergo absurdũ est, si quis aliquid ex eruditione communi, ac liberalibus studiis, quæ fortè in pueritia attigit, ad assertionem suæ propositionis edicat: vt 37. dist. relatum. in fi. vnde si tacuisset, philosophus fuis-

28 set. †¶Vel sic:

FORMA. Sicut ait Seneca li. Declamationum, c. 2. Crescere ex mea propositit inuidia homo, qui se melius iactare, quàm defendere potest. Orator ille cùm se nequiret defendere, in meam depressionem voluit se iactare, non attendens, quòd omnis iactantia à bonis est moribus aliena: vt 6. q. j. imitare. Ignorans etiam regulam veritatis, qua prohibetur quis commendandi sui causa dicere, quo minor alius fiat: vt j. q. 3. si quis verò. Quinimò arrogãtia tentus nimia nesciuit humiliter proferre, quæ dixit: sed orando in quodam sibi videbatur culmine residere, astantes vt longè infra se positos, velut in ima conspiciendo: vt xlvj. di. habet hoc proprium. non attendens etiam illud Eccle. xxxij. ca. Importunè noli extolli in sapientia tua: qui enim postulat, alium contemnere non debet: vt s. e. §. in prin. Sed caueat: nam quanto gradus altior, tanto casus grauior. ar. de pœn. dist. 2. in prin. & 1. q. 1. pueri. ¶Vel sic:

FORMA. Deus laudem meam ne tacueris, quia os peccatoris & dolosi super me apertum est: locutus est aduersum me lingua dolosa, & sermonibus circumdedit me, & expugnauit me gratis &c. vt in Psal. cviij. Vel sic:

FORMA. Verba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum, &c. Psalmo v. Vtrum autem audietur patronus rei volens iterum replicare, dixi s. e. §. ver. ceterùm. ¶Potest quoque vtriusq; partis aduocatus sequentibus vti præfationibus, & primò sic:

29 FORMA. Quia fides veritatis verborum, &c. versi. deinde. †Et ipse legislator captiones & superfluitates verborum excludit: vt C. qui admit. ad bon. posses. verborum. & extra. in proœmio Decre. §. sane. C. de no. Co. comp. ver. quib. ideo verborum prolixitate depulsa, ad facti venio quæstionem quæ est talis, &c. ¶Vel tali ad captandam beneuolentiam:

FORMA. Ad iudicis pertinet officium in causis iusta exaudire desideria patronorum: vt dixi s. §. e. in prin. Cùm igitur iste pro iusticia siue iure, cuius vos noui electorem sedulum ab antiquo. ff. de iustit. & iur. l. j. & 12. q. 2. cùm deuotissimam. & ad quam ex debito tenemini: vt s. j. ver. vel tali ad iusticiam. scio quòd benignam mihi præbebitis audientiam, cum pro ea insisto precibus obtinẽ-

30 da. †Nam superfluum est, precibus postulare, quod de iure communi competit: vt C. li. x. de thesauris. l. vnica. Veniam igitur postulando ad principalem venio quæstionem, quæ talis est, &c. ¶Vel tali:

FORMA. Tempore indigemus, vt aliquid maturiùs agamus, l. dist. ponderet. Nam lenta virtus & cunctatrix antè iudicat, quã incipiat. de pœn. dist. iiij. inter hæc hircum. ver. velox. Reuerende domine, in conspectu vestræ prudentiæ non deberem vacuus allegationibus apparere: vt de conse. dist. j. omnis Christianus. tamen negotiis variis impeditus ad plenum deliberare nequiui: aliqua tamen intendo dicere, vt termino satisfaciã præstituto: quare supplico & obtestor, vt si quid minus competenter adiecerim

31 parti meæ, non præiudicet, nec noceat. †Nam linguæ lubricum non est ad consequentiam pertrahendum. ff. ad l. Iul. ma. famosi. ij. q. 3. si quis iratus. & precis vitium superet precantis affectus, vt de cons. dist. 4. si non sanctificatur. ¶Vel tali:

FORMA. Cùm superuacuis laboret impediis, qui solem certat facibus adiuuare, vt vj. q. 1. si omnia. nec adiectione indigeat plenitudo: vt ibi, & xcvj. dist. bene quidem. in prin. vestra industria & fides explorata, quam in causis geritis: vt ff. de officio præfecti ꝑtor. l. vnica. prope finem. adeò cunctis patet, vt nequeat non esse notoria, nec indiget commendari. ff. de in integr. restit. l. j. extr. de cohab. cleric. tua. extra. de cleric. excom. ministr. illud. in princ. de qua confisus cum vestra gratia accedo ad propositum principa-

32 le. †¶Vel tali:

FORMA. Quidam modus antiquitati placuit, cui debetur reuerentia: vt extr. de transl. quanto. & ix. q. 3. conquestus. lv. dist. in. priscis. in prin. ij. q. vj. anteriorum. ver. illud etiam. & ff. de iur. immu. semper. Nunc verò nostri nouitas temporis alium per vsum amplexa est modum, ad instar eius, quod legitur Inst. de satisd. circa prin. & §. sed hoc hodie. Antiquis enim præfationum placuit solennitas: vt ff. de ori. iur. l. j. hodiernus verò eas aspernatur vsus. vt no. s. e. §. in prin. In hac igitur parte prærogatiua fultus consuetudinis, cuius transgressio pœnam habeat: vt 11. di. in his cõmendationum de vestra gratia semotis præludiis. Ad eam, de qua pręsens versatur intentio, transitum facio ad quæstionem, quæ talis est, &c. ¶Vel tali. ad iusticiam obtinendam:

33 FORMA. †Cùm summum bonum in rebus sit, iusticiam, colere: vt 12. q. 2. cum deuotissimam. ad quod domine iudex, ex vestro tenemini officio: vt ix. q. 3. cùm scimus, quia non est iudex, nisi in eo sit iusticia: vt extr. de ver. sig. forus. & 23. q. 2. ca. 1. iuxta il-

b lud[b]. Iustè iudicate filij hominum[c]. Iustè facite iudicium. Scio, ꝙ

c tanquam iustus & rectus iudex, stateram in manibus habebitis, & lances iudicij æquo libramine appendetis: & solum Deum prę oculis habentes, omni gratia & fauore postpositis, sine personarum acceptione procedetis, non declinantes ad dexteram vel sinistram, & vnicuique quod suum est reddere studebitis. extrà. de ac. qualiter. j. de iu. nouit. §. sed forsan. & de re iud. cum æterni. li. 6. xlv. dist. omnis qui. extr. de elect. cum inter vniuersas. in fi. & In-

34 sti. de iusti. & iure. in prin. ff. e. iusticia. extrà, in proœ. Decre. † Iustè enim iudicanti non aduersabitur quicquam. C. de sum. tri. inter claras s. §. proxi. ver. item de iusticia. & sequen. quæstio igitur talis est, &c. ¶Vel sic:

FORMA. Sæpe tempus & hora non patitur plenius deliberandi sumere consilium. vt ff. de exerci. l. j. v. distin. baptizari. 26. q. vj. hi, qui. & s. in forma, vel tali tempore. Vnde mora, quæ sæpe periculosa est, me ad loquendum sine præfatione inducit. extr. de el.

d cum inter. ¶Vel tali, si fueris coram papa[d]:

35 FORMA. †Si pallet facies, si liuent labia, si lingua balbutit, si mẽbra cætera contremiscunt, si ante illum loqui pauco, qui in apostolatus cathedra, & in eminenti præeminentis ecclesiæ specula cui est omnis ligandi ac soluendi potestas, & cui obediunt imperia, & regna terrarum famulantur: mirandum non est, quia sum velut passer ante thronum Dei & agni, & sicut plumbi fistula aquam producens insipidam & turbatam. Sed cùm, pater sancte, sitis Dei & hominum mediator, & vobis curæ sit etiam de pusillis nec apud vos sit acceptio personarũ, de solita fidens clementia, ante sanctitatis vestræ conspectum loqui præsumo. Hæc probatur xix. dist. enim verò. 22. dist. c. 1. & 2. 24. q. 1. quodcunque. extr. de maio. & obe. solitæ. ad fi. 1. q. 1. si fuerit. x. dist. quoniam. extrà. de no. ope. nun. c. 2. ad fi. de renun. nisi cum pridem. §. pro graui. de iudi. nouit. §. sed forsan. lxiij. dist. sanctorum. ¶Vel tali coram Imperatore:

36 FORMA. †Serenissime Romanorum rex, Romani Imperij moderator, & semper Auguste, qui super solium gloriæ triumphali in throno Imperialis culminis fulgore mirabili rutilatis: qui etiã cuncta iura in armario vestri pectoris conseruatis, de iure & iusticia, cuius estis tam cultor quàm debitor, loqui coram maiestate vestra præsumo, suppliciter postulans, vt aures imperialis clemẽtiæ præbeatis. ff. de his quæ in test. delen. proxime. xcvij. dist. ca. 1. extr. de ma. & obed. solitæ. ¶Vel sic coram eorum vicariis, vel de legatis:

FORMA. Cùm digna vox in maiestate regnantis, vel cùm sedis Apostolicæ prouidentia vos suum vicarium constituerit: vel vobis

ADDITIONES.

a Turbat. ¶Vt satis de hoc.
b Illud. ¶Psal. lvj. dicitur rectè iud.
c Hominum. ¶Io. ij.
d Coram papa. ¶Hic de quinq; exordiis, quæ in vltima charta ponit Aegi. fecit vnum, & eius etiam sine allegatione iurium fuerũt inferiora, vsque ad ver. cum autem præmissis. posuit etiam quædam exordia discipuli, cùm est collega magistri, vel contra magistrum.

vobis causam talem ex certa scientia commiserit, & vestræ industriæ iusticiæ claues commiserit, decet vos illorum typum gerere cunctis passim iusticiam reddendo, grauatis indebitè opem ferendo, & fortiorum insolentias reprimendo, &c. C. de legi. indigna. extr. de off. deleg. c. fi. xciij. di. c. fi. xciij. dist. c. j. ext. de rescri. super literis. prope finem. ¶ Vel sic coram Cardinalibus:

37 FORMA. † Cùm præclara sitis ecclesiæ luminaria, & candelabra splendore iusticiæ radiantia. ¶ Vel sic:

FORMA. Cùm ecclesiæ Dei sitis principales bases, & columnæ vtpote qui vestrorum virtutibus meritorum vicarii Iesu Christi lateri assistitis, qui mundi cardo est: & vos exinde dicimini cardinales, quorum prouidentia & consilio mundus velut ostium cardine gubernatur, confidenter ad vos possunt recurrere, qui iusticiam alibi nequeunt obtinere. xciij. dist. diaconi sunt. in prin. & c. sacerdotes. ii. quæst. vij. accusatio. ver. hæc & alia. extra. de transla. inter. ver. non enim. & c. seq. vj. q. i. quisquis cum militibus. ext. de off. leg. c. pe. xxij. dist. sacrosancta. in fi. ¶ Vel sic generaliter coram quolibet iudice:

FORMA. Quædam mihi coram vobis audaciam tribuunt proponendi. Primum, clemētia, qua singulis benignum præbetis auditum. Secundum iusticia, qua æquali statera libratis audita. Tertium, quia in camo.[a] mansuetudinis & fræno rigoris maxillas constringitis satagentium à iure, ac rationis tramite deuiare, ipsos habenis regiminis ad viam rectitudinis reducentes. Quartum, quia iusticiam foueo, & postulare intendo, quam libenter vos colere scio. ff. de off. procon. nec quicquam. §. circa. xlv. dist. omnis. extr. de re iud. cùm æterni. lib. vj. C. de iud. l. properandum. prope prin. xij. q. ij. cùm deuotissimam. ¶ Vel sic:

38 FORMA. A picturato verborum fastu abstinens, † in simplicitate, quæ amica veritatis est, loquar, quæ ad factum nouero pertinere. Aurum nanque eloquentiæ à rubiginis scoria expurgatur, dum prolixitas abiicitur, & insistitur breuitati: hic enim dulcius humanis auribus, velut balsamus instillatur. i. q. j. c. Marchion. 38. distinct. sedulo. extr. de dolo & contumac. veritatis. xxxvii. distin. legimus. §. hinc etiam. & xlviij. distin. c. j. & s. ver. deinde. ¶ Quòd si plures aduocati sint ex altera parte, sic dicet partis alterius aduocatus:

FORMA. Causa tua multitudinis onerosæ me superare satagit machinationibus cauillosis. Sed ecce accepi & apprehendi pharetram canonum, & arcum legalem, chordamque iuris vtriusque extendi, allegationum sagittis sagittare cupiens, & ferire iuris nostri noxios inuasores: & quanquam sim in hoc certamine singularis, iustitiæ tamen clypeo præmunitus imminentium non metuo multiplicata agmina bellatorum. ¶ Si verò sint plures ex eadem parte, sic dicet vnus illorum:

FORMA. Copiosa & celebris domini P. discretio mirificè corda audientium recreauit: & velut auster perflans in hortum iuris canonici & ciuilis, fecit in gyrum illorum aromata suis flatibus redolere. Soluit enim præsentis quæstionis nodum, & plenè causam instruxit: adeò vt aliis propositionibus non sit opus. Sed vt eius paream iussionibus, pauca dicam. ¶ Si verò ei iniungatur vt prædicat, sic dicet.

FORMA. Velut balista præmittor ad allegandum conflictum, non quòd scientiæ merita exigant, vt præferar in dicendo: sed vt mei commilitones iuris in hostes gloriosius valeant triumphare Vel sic: Sed quia in castrorum acie ordinata debiliores aggressores præmittuntur, vt fortiorum vires clarius elucescāt: vt s. §. iam

39 nunc. ver. porrò. † ¶ Cùm autem præmissis exordiis patroni causarum ad factum descendere voluerint: vt super eo ius constituatur, sic poterit dicere:

FORMA. Licet ius, quod finitum est, & certum, variari non possit: vt C. de origi. iur. l. in omni. factum tamen sæpe variari potest. arg. ff. ad muni. ordine. Quare de facili posset iudicātis religio circunueniri, quantumcunque sit in iure peritus: quia facti ignorantia prudentiores sæpe fallit: vt in præce. l. in omni. & s. §. nunc tractemus. & idcirco factum ante omnia recitabo: quod tale est, &c. Vel sic:

FORMA. Quæcunque in lite fiunt, vel ad factum, vel ad ius referuntur, ad instar eius, quod legitur C. de hære. insti. cùm proponas. Nā quælibet quæstio est vel facti, vel iuris: vt ff. de vsuris. mora. Cum igitur ex facto ius oriatur: vt s. in §. nunc tractemus. in prin. idcirco prius factum breui relatione referam. quàm superædificem iura: quia vbi non est fundamentum, nullius boni operis superest edificium: vt s. e. §. ver. post hoc. Vtar tamen breuitate, vt excludā captiones & superfluitates verborū. C. qui admi. ad bonor. pos. vt verborū. C. de testa. cū antiquitas. & s. eo. ver. deinde.

40 series autem facti talis est. &c. † ¶ Porrò in processu iudicii in diuersis casibus aduocati aliquib[9] vti possunt præfationibus: de quo exempla aliqua supponamus. & primò sic:

FORMA. Lege cautum habetur, quòd edicta prætorum elusoria esse non debent: vt ff. de iudic. si prætor. extr. de cland. despon. ca. fi. §. pen. extra. de matri. contrah. contra interdi. ecclesiæ. c. j. cū suis concor. nec leges ludibrio esse debent. C. de bon. quæ li. l. fin.

b §. vbi autem. extra. de except. cùm inter. [b]& id circo ne vestrum iudicium elusorium sit, disquiratur primitùs, an tale mandatum sit sufficiens. extrà, de procur. in nostra. in fi. C. eo. licet. Vel sic cōclude: & idcirco talem, qui ad vestrū non curauit venire mandatum. animaduersione debita puniatis. extra. de do. & contuma. put. ff. si quis ius dicen. non obtem. l. vnica. C. de iudic. l. properandum.

41 FORMA. † Cùm de omnibus confiteri videatur, quisquis subterfugere iudicium quærit: vt extr. de præsum. nullus. vestra apertè videre potest prudentia, qua iuris prærogatiua pars aduersa fulciatur: quæ per excogitata quidem subterfugia retardare nititur negotium principale. ¶ Vel ita:

FORMA. Cùm id, quod infirmari, vel vituperari potest, diligenter debeat præcaueri: vt extr. de ser. non or. c. j. solicitus, domine iudex, esse debetis, vt vires mandati primitùs discutiatis: vel psonam actoris, vel rei examinetis, an cum eis iudicium valeat exerceri, ne processus in posterum iure valeat irritari: ¶ Vel sic:

FORMA. In qualibet iudiciorū parte, oculum iudicantis oportet cuncta rimari, & meditatione sedula intueri, ne in aliquo circūueniri valeat religio iudicantis. xx. q. vlti. iudicantem. extra. de fide instru. cùm Ioan. prope fi. extr. de off. dele. super quæstionum. §. nos autem. in fin. §. Et inspicere debet iudex quid euenire potest: vt ff. loca. si quis domum. §. j. & quod infirmari potest, præcauere, extra. de ser. non ordi. c. j. ideoque solicitus, domine iudex, &c. vt s. proxi. ¶ Vel ita:

c FORMA. Euidenter intelligit, qui hoc prudenter attendit: quare momentaneæ dilationes dari petuntur, quæ nullum, vel modicum petenti afferunt adminiculum, sed retardāt negotium principale. Vnde, domine iudex, vos, ad quem spectat lites dirimere: vt ff. si cer. pet. quidam. & ff. de noui ope. nuncia. l. j. §. & post operis. extra de dolo & contu. finem. & de resti. spol. frequens. lib. vj. dilationes huiusmodi denegare debetis. Quod si opponitur, q̄ à iure conceduntur: vt iij. q. iiij. c. induciæ. §. spatium. & iuris beneficium nemini est denegandum: vt in auth. colla. iiij. sed hoc. xxviij. distin. de his. extr. de secundis nup. §. pe. & fina. attendite, si placet,

42 qua mente locutus fuerit legislator: vt ff. ad exhib. l. pen. † Mens enim potius, quàm verba spectatur: vt ff. de suppel. lega. l. Labeo. xxxviij. dist. sedulo. extra de ver. sig. præterea. Malitiis ergo aduersarii obuiantis indulgendum non est, extra. de rescrip. plerunque. ¶ Vel ita:

FORMA. Iuris probata docet ratio ordinem in causis debere seruari adeo, vt si quid ex substantialibus omissum, seu præposteratum extiterit: iura decernant irritum. quod inde sequitur, & inane: vt C. de sen. & interlo. om. iudi. prolatam. C. de iura. ca. l. ii. §. sed quia veremur. extra. de lit. conte. c. vnico. ff. de fideicommis. liber. generaliter. §. si quis. quia ex his quæ inordinabiliter acta sunt, nihil potest ordinabiliter agi. extra. de accu. qualiter. j. Igitur precor vos, vt secundum iuris ordinem procedatis: vt vester processus teneat, & ne ex hoc pars nostra in aliquo lædi possit. Hæc bræuitatis causa exempli gratia sufficiat memorasse. † ¶ Sed nū quid ad- 43

uocatus in causa leges & canones allegans, debet rustico id petēti ipsas materna lingua proponere, vt ille intelligat? Et videtur q̄ sic: nam nemo respondere cogitur in iudicio, nisi prius quæ proponuntur, intelligat. v. q. ij. relatum. xi. q. iii. quid ergo Item nemo lege aliqua obligatur, nisi quę lex continet, sibi plenè referantur vt in authen. factæ no. constitutio. §. sancimus. colla. v. xviij. distinctio. c. fi. Nec etiam obligatur quis respondere ad verba nō intellecta. extr. de sponsal. ex literis. j. ff. de verbo. obliga. l. i. §. fi. Ad hoc etiam facit lxiii. dist. c. fi. ibi, vitium animi, &c. ff. de eden. l. j. ff. de inter. actio. de ætate. §. nihil. Contrà, quia ignorans ignorabitur. 37. dist. c. fi. debet enim talis quærere interpretem. ff. de verbo. oblig. l. j. in fi. lxiij. dist. Adrianus. So. dicunt H. & Bar. quòd tenetur sic al

d legare, quod à iudice & à parte [d] intelligi possit. argumen. pro eis xxviij. quæstione. j. capitu. sic enim neque. prope finem. vbi dicit

e Ang. ad Pollentium, cum quo contendebat [e]: Intelligis ne quid dicam.

ADDITIONES.

a In camo. ¶ Sumptum de Psal. xxxi.

b Cùm inter. ¶ De ele. commissa. §. porrò. lib. vj.

c Attendit. ¶ Miror quòd non allegauit de tempor. ordin. literas. in princip.

d Parte. j. ¶ hoc temperat.

e Contendebat. ¶ Et sic loquebatur pars parti, non iudici.

dicam:an in hoc explanando aliquando diligentius immorabor?
Attende vt rem ipsam explanandam tāquam in conspectu declarandam
planiori sermone ponamus. Ad idem facit xxiiij. q.j.opi.
ibi, nostris sermonibus agnoscamus,&c. & xxij. is autem. ibi, vt
eis quisque in alterius notitiam,&c. Dominicalis quæstio est lxv.
Vel dic,quòd si iudex est literatus,sufficit sibi fieri fidem,& allega
tiones exponi.arg.C.de condi.ob turpem cau.l.j.extra.de rescrip.
inter cæteras.C.si aduer.credit.l.j.ff.de probationi.l.quinquagin-
ta.Nam iudex postea exponet parti, vel aduocato idiotæ:vt C.de
litigio.auth.litigiosa.& hoc vtilius est aduocatis,vt idiotas à cau-
a sis excludant [a]. Iudex enim explanando fatigabitur: sicque illos
44 eiiciet cum pudore.† ¶Si autem iudex sit illiteratus: vt C. de iu-
di.certi.quia fortè est baro, vel comes: tunc sic debet aduocatus
proponere,vt à iudice intelligi possit. aliàs enim iudicare nō pos
set:vt de pœn.distinctione vj.capitulo,versus finem.ver. iudicia-
ria enim,&c.& xj.quæstione tertia eorum. In quibus autem cau-
sis leges vel canones sint allegandi,&an allegationes omissas pos
sit quis repetere,dic vt j̄.de dispu.aduoca.§.post hoc autem,in fi.
vbi plenius prosequere hunc tractatum.

ADDITIO.

a Excludant.¶Vt dictum est s̄.§.j.ver.item,quòd non habet.& fuit
hoc dictum Ro.rub.xix.de causa edenda,vbi distinguit vt hîc.

SVMMARIVM.

¶ De cautelis & officio aduocati actoris.

1 *Aduocatus actoris,qua ratione oporteat sagaciorem & diligentiorem esse aduocato rei.*
2 *Euangelicum illud:Neminem in via salutaueritis:quomodo actoris aduocato debeat adaptari.*
Iacula minus feriunt,quæ præuidentur.
3 *Breuiloquus esse non debet actoris aduocatus , ita vt de causæ contingentibus aliquid omittat.*
4 *Actoris aduocatus quomodo debet esse prudens sicut serpens, & simplex sicut columba.*
5 *Actoris aduocatus superstare debet generalib. tanquā inops specialium,ne eius intentio citius agnoscatur.*
6 *Nihil tam indubitatum, quod non recipiat quandam solicitam dubitationem.*
7 *Aduocus cautè recordari debet omnium,quæ in iudicio dicuntur.*
8 *Cautus esse debet actoris aduocatus,vt si possit prius agat possessorio quàm petitorio.*
9 *Studere debet actoris aduocatus per iura & replicationes destruere exceptiones.*
10 *In criminalibus quomodo debeat procedere aduocatus.*
In maioribus magis est consulendum & cautius agendum quia circa ea maius periculum vertitur.
Commendare debet actoris aduocatus personam , in quam crimen dicitur esse commissum.
11 *Rationes quæ sint, quas in sui commodum debeat aduocatus actoris iudici allegare.*

a 7.§.Consequenter de cautelis & officio aduocato-
rum petractandum est [a]. Et prius de
aduocato actoris.Secundò,de aduocato rei.Tertio,de aduocato
1 vtriusque simul discutiamus.† ¶Et quidem [b] aduocatum actoris
b qui portat pondus diei & æstus, qui etiam debet laborare ad am-
pliandum causam suam:vt iiij.q.iiij. nullus vnquam. oportet esse
sagacem,& subtiliorem & diligentiorem, quàm rei aduocatum.
Nam reus in duobus casibus obtinet : scilicet si absoluatur , vel si
non condemnetur. Actor verò in vno tantùm,scilicet si sibi reus
condemnetur.ff.de reg.iur.quoties.& l.nemo.vj.q.vlti.actor. &
c.quod autem.ff.de re iud.c.fi.de cau.pos.cum ecclesia.in fi. de fi.
instr.inter dilectos.in fi. Difficilius ergo est ad victoriam per vnā
viam,quàm per duas peruenire.arg.C. de dona.sancimus. in fi.&
xl.di.ante omnia.xxxij.di.ca.j.iiij.di.statuimus. Ad eius aūt spectat
2 officiū laborare,vt citò reus ɔdēnetur: †vn̄ iuxta pceptū Dñi di-
c cētis apostolis [c], Neminē in via salutaueritis,id est,non implicetis
vos aliis non necessariis, vel inutilibus: ne impediant iter vestrū,
seu negotium differatur in prin. medio & fine , in proponendo,
quàm in concipiendo libellum , & in formando exceptiones: &
aliàs sit breuiloquus.non concionator Italicus.v.q.v.c.fin. §.sed
aliud.Plura enim effundens instruit aduersarium:& suum propo
situm nimis explicat,quod facere nō debet:vt s̄.§.iam nunc.vers.
cautus tamen.Nam,Tela nocent leuius, visa volare prius.datq; si
bi occasionem concionandi & differendi, ac phylacteria dilatan
di.xxvj.q.v.c.j.& magnificandi fimbrias:sicque de seipso conque
ri poteris,à quo vitii causa & occasio processit.C.ad l.Iul.de adul.
l.si.ff.de min. reus.ff.de excu.tu.quinquaginta.ext.de eo,qui cog.

cons.vxo.suæ discretionem.argum.xxxij.q.v.c.j.& §.j.&c. quan-
3 to.†Non autem sit adeò breuiloquus, vt de causæ contingenti-
bus aliquid omittat : nec per nimium compendium ad magnum
veniat dispendium:vt in constitutione Digestorum, & extra. de
re iudic.abbate sane.prope finem.libr.vj.extra.de accusa.qualiter,
secundò,prope fi.& vide j̄.de libel.conceptio.§.ad huius.versi.&
in summa.Si enim plura proponat, grauat seipsum in probationi
bus:quia ei mos gerendus est.ff.de proba.circa.extr. de proba.li-
4 cet.† ¶Item habeat astutias serpentis,ne alterius insidiis supplan
tetur.vj.q.j.ex merito.in fin.xvj.q.j.si cupis.imò potius vulpinam
simplicitatem:ostendat enim se simplicem:&sic aduersarius eum
minus verebitur,& cōtra eum parum sibi prouidebit. Si enim eu
astutum existimaret,solicitus esset ad vulpeculam capiendam: vt
d extr.de purga.cano.inter solicitudines.resp.i.iuxta illud [d], Da oc-
5 casionem sapienti,& sapientior erit.xxiiij.q.vj.vides.in fin.† ¶Itē
cautus sit,vt tanquam inops specialium super stet in generalib. vt
sic simplicitas pretendatur : & ne eius intentio agnoscatur. ff. de
iur.fis.ita vtatur etiam ambiguis & duplicib. sermonib. tanquam
propriorum expers,vt possint ad diuersos trahi sensus.xxxvij. di-
stin.relatum.sicut ille, qui dixit,Reginam interficere nolite,time
re bonum est:& si omnes cōsenserint, ego non contrà dico. Hæc
enim verba possunt ad malum , & ad bonum retorqueri intelle-
ctum:& tunc accipiet verba pro eo,& eius stabitur interpretatio
ni.ff.de iudiciis. quis sis intentione ambigua.ff.de verborum obli
gatio.inter stipulantem.§.j.xxij.q.v.humanæ. extra. de sponsa. ex
e literis.j.[e] & vide in præd.vers.summa. Tales enim simulationes v-
tiles sunt,& tolerantur exēplo Iehu regis Israel,& Dauid,& alio-
rum:vt xxij.q.ij.vtilem cum suis concord.extr.quod met.cau. c.j.
6 † ¶Item caueat,ne alleget publicè legē pro eo expresse facien-
tem:sed eam iudici,cum necesse fuerit,dicat ad aurem:&per eam
ipsum informet,ne aduersarius cōtra illam sese valeat in respon-
sionibus præmunire:quia nil tam in dubitatum est,quod non re-
cipiat quandam solicitam dubitationem. In auth.colla. iiij. de ta-
bel.§.si verò indignus.versi. proinde hîc.Et leges sæpe calumniā
tur,vt C.de legi.non dubium.& cauillantur,vt ff. ad Tertul.l.ij. §.
tractari.& de regu.iur.ea est natura.& captantur.ff.ad exhib.l. pe-
nul,& possunt trahi ad diuersos intellectus,prout vnusquisque p̄
sumit:vt in præ.c.relatum.& iunge quod not.j̄.de dispu.§.porrò.
7 ver.in summa.† ¶Cautus quoque sit, vt recordetur omniū,quæ
dicuntur:vt s̄.§.iam nunc.ver.cautus tamen. ¶Studeat insuper se
f cundum [f] Vber.quantumcunque sit peritus,vt,si potest,iudicium
sine libello & sine iudiciaria solennitate procedat : vt eius inten-
tio latius procedat,& difficilius à re,vel actione, seu causa propo-
sita cadat:vt ff.si men.fal,mo.dixerit.l.prima,in prin.vers.sin autē.
& ne libelli forma longas capiat disputationes , sicut fit in curia
Romana.C.de eden.edita,extra.de iudiciis.capitulo,examina.De
his autem negotiis,quæ de plano procedunt,habes ff.de off.pro-
con.nec quicquam.§.de plano.C.de naufra.l.pen.xj.q.j. si quis cū
clerico.& no.s̄.de off.om.iudi.§.postremo.& j̄.de lib. concep. §.
nunc dicendum. & j̄.de inqui.§.quando autem.Vt autem obtine
as in causa sine libello procedi,allega,quòd boni preceptoris est
lites minuere:&.quòd parcendum est laboribus partium & expē
sis.ff.si certum pet.l,quidam.ff.fami.erc.heredes.§.de pluribus.cū
suis concord.extr.de fficio deleg.cùm te consulente.extra.de re-
stitutione spoliatorum.frequens.lib.vj. Hæc autem obtinet, nisi
sit tale negotium,exquo oriatur actio, sine qua nemo experitur.
ff. de negotiis gestis. tutori. Vtrum autem tunc sit de substantia
8 libellus,not.j̄.de libel.concept.§.vtrum. † ¶Cautus etiam sit, vt
prius agat,si potest,possessorio, quàm petitorio: quia commodi'
est possidere,quàm rem agere.Institu,de interdicto.§,retinendæ.
ex de restitutione spoliato.c.ex conquestione, & c,in literis.& c.
item cùm quis.ff.de iud.si de vi.C.de rei vend.ordinarii. & si expe
dierit in lite contestata , poterit de possessorio ad petitorium ha-
bere recursum. extrà , de cau. possess. & proprie. pastoralis. ff. de
vi & vi armata. cum qui fundum. Item cautus sit , vt aliquid co-
ram iudice reuocet in dubium , & super hoc faciat iudicem pro
reo

ADDITIONES.

a Consequenter.¶De cautelis & officio aduocatorum pertractā-
dum est.
b Et quidem.¶Secundum Vbertum de Bob.ver, cùm breuiter.mi
hi charta.v.
c Apostolis.¶Lucæ x.in prin.
d Illud.¶Prouerb.ix.cap.
e Literis.j.¶Ibi dixit exempla de verbis duplicib.& vide quod no.
xxij.q.ij.nec artificioso.ff.de pac.conuen.in glo. ij.& s̄. iam nunc.
in prin.
f Vbertum.¶Vbi s̄. in prin.

reo interloqui, ne reus eum postea valeat recusare: quod dic, vt
9 suprà in titulo de recusat. §. fit autem. † ¶Item studeat destruere exceptiones per iura, vel per replicationes. extr. de testibus. ex tenore. C. de contrahenda & committenda stipulat. optimam. extr. de his quæ fiu. à maio. part. capi. c. ex ore. Item caueat, ne sibi sit contrarius in suis petitionibus, vel appellationibus: quòd si sit, non audietur. extr. de appel. solicitudinem in fi. arg. lxxiij. dist. gesta. 23. q. 7. c. j. C. de mu. pe. professio tua. Aduocatus tamen rei variis & contrariis potest vti exceptionibus. ff. de excep. nemo. & ff. de inoffi. testa. contra veterani. §. sed nec impuberis. Tamen si aduocatus erat, proponendo contraria præiudicat domino præsenti, & non contradicenti: quod dic, vt infrà in tit. de confess. §. postremo. in prin. Item cautus sit multipliciter circa libelli oceptionem: quod dic, vt infrà de libel. conceptio. §. fin. ¶ Cæterum[a],
a
10 si † causa sit criminalis, cautè procedat: quia circa maiora maius periculum vertitur: vt 42. distinction. quiescamus. & ideo in his cautius est agendum. 7. q. 2. c. fi. & magis consulendum. ff. ad Car. l. j. §. i. & diligentius est tunc res examinanda. C. de appell. addictos. & ad hoc C. de proba. l. fi. C. ad l. Cor. de fal. vbi. Debet igitur aduocatus actoris commendare personam, in quam crimen dicitur esse commissum, arg. ff. de re mil. oẽ. §. j. ff. de pœ. aut facta. §. j. quæ est de pœ. dist. j. debet etiam notare vilitatem personæ delinquẽtis. ff. de iniur. si plures. ff. de incen. rui. nau. melius. §. j. ff. de pœnis. quædam. Item etiam magnitudinem excessus: nam atrox iniuria vulneris æstimatur. Institu. de iniur. §. atrox ex magnitudine. ff. eodem. prætor. §. fina. & qualiter est res mali exempli. Et ad hoc ff. ad l. Corne. de sic. l. 4. §. j. ff. de pœnis. si quid. §. abortionis. C. de preci. Impe. offeren. l. j. ad finem. Dicat etiam qualiter magna suadeat ratio, vt pœnæ præstentur. ff. de fideiuss. si à reo. §. pen. ff. depositi. bona fides. C. ad l. Iuliam repe. l. j. Et qualiter potestates debent esse speculum successoribus. C. de priua. carce. l. j. C. ad l. Iuliam de vi pu. l. fina. de pœnis. l. si postea: & qualiter facilitas veniæ, &c. vt extr. de vi. & ho. cler. vt clericorum. & 23. q. 4. est iniu-
11 sta. in fine. † Et qualiter innocentes tradit exitio, qui liberauit exitia cogitantem, vt ibidem. & in authentica, de man. princip. §. quod si delinquentes. C. de commer. & merc. l. 2. & qualiter, cũ impius interficitur, &c. xv. q. j. nec is, qui. Et qualiter per hoc multorum salus, &c. C. de fer. prouinciarũ. in fine. Et qualiter domini pereunt, &c. xlv. dist. sed illud. ext. de iud. cùm nõ ab homine. ibi, non possint esse perditioni, &c. Et qualiter nõ est crudelis, sed minister legis, qui malos percutit: vt 23. q. v. non est crudelis. & c. seq. & in pluribus aliis capitulis ibidem.

ADDITIO.

a Cæterùm. ¶Iste ver. ad literam fuit Alb. Gal. de acc. ver. sed qualiter. & hoc vsque ibi, qualiter cùm impius, & vide quod dicam ĩ. §. proxi. in fi.

SVMMARIVM.

¶De cautelis & officio aduocati rei.

1 *Fauorabiliores sunt rei, quàm actores contra reum.*
Tutius est condemnandum absoluere, quàm absoluendum condemnare.
2 *Rei aduocati officium quod sit.*
3 *Aduocatus rei non debet sine iudicis licentia à iudicio recedere.*
4 *Homo semel malitiæ deditus, cuncta mala conatur adinuenire.*
Aduocatus rei debet fideliter iuribus, non fraudibus, se tueri.
4 *Rei quilibet aduocatus, in quibus specialiter cautus esse debeat.*

1 8. §. Sequitur videre de aduocato rei. Et quidem ille securè clientulum defendat. Nam † fauorabiliores sunt rei, quàm actores. ff. de reg. iur. fauorabiliores. Et tutius est condemnandum absoluere, quàm absoluendum condemnare. ff. de pœ. absentem. in prin. extra de proba. ex literis. in fin. & de fide instru. ca. inter dilectos. in fin. ff. de actioni. & obliga. Arrianus. 26. q. vi. allegant. 23. q. 4. quàm magnum. & c. qui secũdum. & c. seq. non dico hoc, vt aliquem contra conscientiam iuuet: sed cùm quilibet præsumatur esse bonus, vt extr. de serui. in ordi. facien. c. vnico. Nec præsumatur esse immemor suæ salutis: vt 1. q. 7. sancimus. securè laboret, ꝙ reus absoluatur: donec contra eum fuerit probãtum. ff. de probatio. ei qui. C. eo. actor. quæ est vi q. vlt. C. de eden. qui accusare. 2. q. 8. sciant. quia non statim qui accusatur, reus est, sed qui conuincitur. xv. q. vltima. ca. fin. in fine. & C. de accusa. l. ñ. in prin. & sæpe falso crimina imponunt.
2 2. q. j. capitu. multi. in fin. † ¶ In primis ergo sciendum est, quòd officium eius est, causam extenuare, & fingere, & differre. 4. q. 4. nullus vnquam. In auth. de litig. §. omnem. collat. 8. Vnde & reus fugitiuus est: & sic in lege vocatur. C. de iudiciis. l. properãdum. §. & si quidem. Sic tamen fugiat, ne contra eum ex nimia fuga iudex præsumat: vt ix. q. 3. decernimus. in fin. ff. de euict. si ideo. Nã qui iudicium refugit, apparet eum de iustitia diffisum. xj. q. j. Chri
a stianus. in fi. extr. de præsum. nullus. ¶Item, secundum Vbert.[a] die termini non compareat mane, sed sinat aduersarium primò venire, & tãdiu expectare donec tædio affectus recedat, & tũc veniat, vel saltem vltima hora diei, iudice pro tribunali sedente: quia tota dies cedit: nisi dictum fuerit, vt certa hora diei compareat. vel aliquid agat. Insti. de verbo. obliga. §. in diem. versicu. ac nec eo. Sed & si viderit aduersarium absentem, potest tempestiuè venire, & eum iudici accusare, & priusquã veniret, redire. Cùm autem actore recedente, vel vltima parte diei venerit, præmissa qualicunq; mora de excusatione: ostendet, quasi importunè, se voluntarium & paratum in causa procedere, & de dilatione dolere: vt sic iudicem placet, non prouocet: & inter hæc suam scribi faciat comparitionem: & nisi iudex dixerit ei, quòd expectet, potest
b recedere, secundũ eum[b]. † ¶ Ego tamen dico, quòd non debet
3 sine iudicis licentia recedere: alioquin contumax est. ext. de iudi. c. j. xj. q. 3. certum. C. li. 12. de decur. si quis decurio. Licet enim apparuerit, non tamen processit: cùm tamen ad hæc duo teneatur. argumen. extra. de dolo & contu. c. cùm dilecti. Demùm præsente actore, vel recedente, petat à iudice ab instantia iudicii se absolui: quod si obtineat, cũm recedat, faciat licẽtiam & absolutionem scribi. Si verò actor instet, sedeat aduocatus rei, & taceat, & se dormire fingat: sicut sagaces sæpe faciunt aduocati: cùm iudex ei dixerit, Responde obiectis: tunc lentè & pigrè surgat, quasi excitatus à somno, & supplicet iudici pro audientia benigna: vt s. in §. nunc de exordiis. in prin. deinde iudicem commendet: &, quantum poterit, blandiatur eidem: vt s. eod. titu. §. hic dicendum. versic. cùm autem. ad fi. præmissa tamen prius protestatione, & ea iussa scribi, quòd quicquid dicet, vel faciet, salua tamen sit ei omnis exceptio tam dilatoria. quàm peremptoria: vt ext. de dilatio. c. fi. nec per ea, quæ dicit, vel proponit consentit in eum tanquam in iudicem, nec actorem, tanquam legitimum admittit: de qua protestatione habetur C. de lit. contesta. l. vnica. ff. quibus mod. pig-
c nus vel hypo. solu. si debitor. & l. fin. ff. si qs cau. l. 2. in prin.[c] ¶Verum præmissa doctrina non illuminat cæcos: nec animæ salutem informat: imò sicut scriptum est in Psalm. 36. Qui malignantur, exterminabuntur. Vnde consulo, vt compareat fideliter in ter-
4 mino: & se iuribus, nõ fraudibus, tueatur. † Quid enim est, quòd homo semel malitiæ deditus, non adinueniat: vt in authenti. colla. vj. vt hi qui obli. se perhi. ha. res mino. prope prin. Nam omnis ætas prona est ad malum. 12. q. j. omnis ætas. ideoq; potius est ad bonum quàm ad cõtrarium informanda. Item recepto libello, si ei offeratur, duas habet vias: vt notat. ĩ. de libel. concep. §. sequi-
5 tur. ver. hoc etiam no. † ¶ Item sit cautus, vt à conspectu iudicis sine aduocato actoris non discedat: ne ille aliquid in eius absentia proponat, quod iudicem mouere possit. Item iudicem sæpe moneat, ne aliqua recipiat, quæ non sint in actis. vel quæ non fuerint communiter lecta. quæ dic vt ĩ. de disputa. §. porrò. versi. & no. Item sit cautus, ne subitò, sed deliberatione præmissa respondeat, vt s. eod. §. nunc de exor. in prin. Item sit cautus, vt cùm petitionem viderit ineptè formatam, vel alium defectum in aliqua parte iudicij, propter quem debeat processus annullari taceat, & in finali calculo hoc reseruet. Vel dic, vt ĩ. de libel. conce. §. ad huius. versi. cautus etiam sis. Item sit cautus, ne partem instruat in responsionibus factis: vt ĩ. §. proxi. ver. Item sit cautus ne clanculo.
d Quæ autem his desunt, vide ĩ. de compari. interim[d].

ADDITIONES.

a Sequitur. ¶Secundum Vber. vltra medium ver. de officio. charta mihi 13.
b Secundum eum. ¶Vber. scilicet, vbi s.
c In prin. ¶Hucusque quasi ad literam Vber.
d Interim. ¶Inhonestè se habuit auctor, qui s. §. prox. in fi. specialiter instruxit aduocatum actoris in criminalib⁹ causis. & aduocatum rei vacuũ dimisit: sed imputem⁹ Alber. Gal. q non pl⁹ dixit. vbi s. In illis ergo supplẽdo dicet aduocatus rei sic dñe iudex. pondero certas regulas, q̃ in criminalibus ab vtroq; iure sumuntur. Quarũ prima talis est. ꝙ diligentior fiat examinatio, vbi de salute vel de pernicie hominis agitur. C. de ap. l. addictos supplicio. Et meritò: qa vbi maius periculũ, ibi cauti⁹ ocedẽdũ. d ele. vbi periculũ. in prin. lib. vj. ff. ad Carb. l. j. §. sed & si qs. Constat autem maius fore periculũ in parua criminali quã in magna ciuili. ff. de pœn. in seruorũ. facit 23. q. v. c. j. ¶Secunda quã dat lex, C. de pœnis. q sententiam, q̃ præcepit, in sententiis criminaliũ hoc tẽperamẽtũ teneri, vt non prius capitalis seueraq; sententia feratur in quẽq̃, nisi prius sua ꝯfessione vel certa depositione testiũ sit conuict⁹, & sic in

sic in subiecto flagitio deprehensus, vt ipse etiam vix ea, quæ cõmisit, negare sufficiat. Facit xvij.q.4.vxor felicis. & vt patet ex l. respiciendũ. ff. e. ti. ñ est in his seueritatis gloria exquirenda: imò debet iudex tẽperamentũ benignitatis legũ seueritati miscere. Cui conuenit xlv. dist. disciplina. & c. sunt nanque. & ca. seq. ¶ Tertia est, quòd ex præsumptionibus quis criminaliter dãnari ñ debet. extr. de præsumpt. literas. ff. de pœnis. absentem. vnde licet Salomon ij. Reg. 3. c. filium restitui iusserit suæ matri ex præsumptiõe violenta: non tamen subripientem de plagio damnauit. habetur hoc de præsumpt. afferte. Facit quod post Inno. & Hostiens. scripsi e. ti. qa verisimile. ¶ Quarta est, quòd damnãdum oportet pri⁹ disertissimis probationibus & luce clarioribus esse cõuictum. C. de proba. l. fi. canonizata. 2. q. 8. sciant cuncti. Ad idẽ v. q. vj. Epiphanium. & Hier. in expositione Symboli dicit, quòd magna, vt credantur, idoneis & indubitatis testibus indigent. ¶ Quinta est, maleficium non probari, nisi per testes, qui interfuerunt, & viderũt, & dicant sub suis obtuitibus maleficium fore cõmissum. 3. q. ix. testes. ff. de quæ. l. vnius facinoris. §. testes. C. de ero. mil. ann. l. pe. §. hic verò adiiciendo. lib. 12. & in aut. de testa. §. sancim⁹. col. vj. ¶ Sexta, quòd testes sint integre opinionis & famę. Si em̃ hoc in ciuili requiritur, C. de testi. l. testium facilitatem. ff. e. ti. quęsitũ in fi. & in tantum hoc requiritur, quòd sola infamia facti ipsum repellit. ff. de sena. l. Cassius. vbi de hoc. fortius igitur hoc in criminali. ext. de testi. testium. C. lib. 12. de agen. in reb. l. ex eo. Adde q̃ suprà dicta sunt verba Oldradi, furto sic trãsumpta ex eius consi. cxcij. incipi. viso diligen.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati vtriusque partis in quibus debeant esse cauti.*
2 *Nouus aduocatus sciat se potius iuuare debere partem rei, quàm actoris.*
3 *Rei certare videntur de damno vitando, non de lucro captando.*
4 *Diligentia mater est omnium artium, negligentia verò nouerca est eruditionis.*
5 *Falsitas est immutatio veritatis.*
6 *Aduocatus an possit instruere clientulum in responsionibus facti.*
7 *Pestis nulla peior ad nocendum, quàm familiaris inimicus.*
8 *Aduocatus cautus esse debet, vt scripturam in iudicio productam ore suo non legat.*
9 *Quæcunque fiunt vel dicuntur in iudicio ab aduocato, debent à iure vel ratiõe fundamentum sumere.*
10 *Falsam legem pro vera, vel abrogatam allegans in iudicio, & iudex, qui eam recipit, falsi crimen incurrit.*
11 *Infideli totus mundus nihil est.*
Turpes lites turpiores habent aduocatos.
12 *Infidelis & falsarius in iudicio in hoc à mutis animalibus differunt, quòd ista mansuescunt alentibus: illorum rabies ipsos, à quibus est nutrita, depascitur.*
13 *Aduocatus legens falsum instrumentum, vel falsum testem, si scienter facit, debet vt falsarius puniri: & qualiter constare possit de scientia, vel ignorantia.*
14 *Pluribus intentus minor est ad singula sensus.*
15 *Consuetum est alids aduocatos iurare debere, ne causam contra cõsciẽtiam, vel desperatam reciperent.*
16 *Proponere debet aduocatus in iudicio sub conditione, seu in modum exceptionis.*
17 *Causa perdita per imperitiam aduocati, an aduocus teneatur, sicut & iudex.*
18 *Aduocatus dolo faciens, vt clientulus perdat causam, nil certius quod teneatur.*
19 *Actio de dolo quare non datur contra adultum, qui dolo fecit, quòd causa sit perdita.*
20 *Aduocatus causam prorogans ex industria, qua pœna puniatur.*
21 *Ligantur homines per verba, sicut boues per cornua.*

¶ De cautelis, & officio aduocati vtriusque.

* 1 9. §. Vtriusque * partis aduocatum esse oportet. † Et primò si sint plures ex parte vna, simul super quolibet deliberẽt dubio: vt aduersarij magis timeant, & ne quid inconsideratè depromant: vt v. q. v. c. fi. quæ dic vt s̃. e. §. iam nunc. versi. porrò. Item sit cautus, vt quærat à cliẽtulo qualem causam foueat: & quòd faciat sibi dari facti exemplum. Item quærat solicitè de probationibus: quo facto, cientulo consulat, sicut debet. Item clientulo victoriam non repromittat. Item si res exigit, alium sibi associet aduocatum. Item causæ secreta non pandat, & alia, quæ dic. vt s̃. eod. §. non tractemus. Item iudicem commendet, & sibi studeat placere, non eum prouocare, nec ꝓuocato etiam respondeat: quæ & alia dic vt s̃. eodem. §. hìc dicendum. Item cautus sit ne aduocatum, contra quem patrocinatur, conuictus irritet: sed nec eum multùm commendet: sed diligenter eius singula dicta nocet. quæ & alia dic vt suprà, eodem. §. iam nunc. Item cautus sit, vt semper consulat in causa peritiores, qđ dic vt s̃. eodem. §. nunc tractemus. & j̃. de libell. concept. §. ad huius. in prin. †
2 ¶ Sit etiã cautus, maximè aduocat⁹ nouus, vt potius iuuet partem rei, quàm actoris. Nam iura fauent reo: & citius poterit obtinere: & poterit etiam vti pluribus defensionibus ad defendendum se & causam suam. ff. de regu. iur. fauorabiliores. & l. nemo ex his. Instit. de interdic. §. retinendæ. 3. q. 9. iudicas. ff. de actioni. & obli. Arrianus. extra de proba. ex literis. & s̃. §. proxi. in prin. Et leuius est fugere, quàm impetere. Nam talibus fugitiuis
3 iura subueniunt. extr. de exceptio. cùm inter. & c. dilecti. c. vna. † Et rei videntur certare de damno vitando, non de lucro captando. Vnde eis iuris ignorantia lapsis subuenitur. C. de iur. & fac. ignoran. quamuis. Præterea periculosum est nouo aduocato esse pro actore, propter libellos formandos, & alia multa, quæ occur
a runt: quæ de facili comprehendere nequit.[a] Item cautus sit antiquus aduocatus, vt nouum timeat: qui leges & iura in promptu habet, tanquam nouiter ex studij fornace eductus. argumentum. de consecratione. distinction. secunda. liquidò. & qui tanquã inanis glorię cupidus feruet nimia diligentia in vincendo: ex quo fit, vt sæpe obtineat contra antiquos, qui vt plurimùm sunt
4 desides & remissi. † Diligentia etenim est mater omnium artium in suo opere: negligentia vero nouerca est eruditionis: vt 83. di. nihil. sed & nouus deferat antiquo, saltem propter ætatem. ff. de iure immu. semper. el. 2. q. 6. anteriorum. versi. illud etiam. Item, sit cautus, ne clanculo loquatur testibus: in quo de facili peccat: si enim testis minus dixit, aduocatus factum ignorans supplet: & sic instruit. Vnde si à te quæritur, an sibi loquutus fuerit aduocat⁹, dices quòd sic: ita in infamiam vulgi veniet: quia eum subornasse credetur. Hinc est, quòd nobiles & maiores nomina sua in ꝯtractibus inseri non patiuntur: sed aliorum nomina inscribi faciunt. ff. de auctorita. tuto. pupillus. §. penul. C. de contrahen. & commit. stipula. optimam. extra de his, quæ fiu. à præla. sine con. ca. c. quanto. in fin. nec enim decet virum honum causam suam falsi-
5 tatibus adiuuare. † Nã falsitas est immutatio veritatis: vt in auth. colla. vj. de instru. caute. & fide. in prin. & penitùs aliena est à veritate. extr. de celeb. mis. in quadam. §. cæterùm. Quærere autem à testibus, non tamen instruendo eos, quid de causa sciant, vt clientulo certum possit præbere consilium, aduocato non interdico: vt s̃. eo. §. nunc tractemus. versicul. facto autem. & vide j̃. vers.
6 item caueat ne falsam. † ¶ Sed nunquid clientulum potest in responsionibus facti instruere? Videtur quòd sic: nam & tutor & curator instruet minorem, qualiter respondeat: vt C. de aucto. præst. clarum. ergo pari ratione aduocatus, qui est quasi tutor clientuli. Sed dic, quòd dissimiles sunt: quia aduocato non est officium suum damnosum: sed tutori sic, si aliquod damnum pupillo contingat. Debet ergo principalis per se factum proponere, nisi sit omnimodè simplex: vt ext. de iudi. pastoralis. & ad factum per se respondere, sine aduocati instructione. Aduocati tamen sæpe faciunt illum cuncta negare, & sic deierare: quamuis illud non semper expediat: vt ff. de tribu. l. illud. §. penult. nec fieri debet. C. de indi. vidu. l. 2. extr. quod met. cau. cùm dilectus. Et scias, quòd contra instruentem aduocationem, vel testimonium, proditum est sena. consul. Libonianũ, de quo mentio fit ff. ad l. Corne. de fal. in rubri. Est etiam de sena. consul. Libo. & j̃. in tractatu libellorum. de fide instrumen. ad fin. Et sufficit dari pignora, vel fideiussores, vel iuramentum præstari super ipsa corruptione. dequo dic vt in lib. Rof. in tit. de senatusconsul. Libo. & infrà, in titu. de positionibus. §. 3. iuxta fin. Habet autem locum prædictum senatuscon. in instructione facti, non iuris. Nam sæpe instruim⁹ aduocatos in iure: puta, respondeas sic ad talem legẽ. licet aliter se habeat iuris veritas. Nec in senatuscõsultum incidimus. Vbi autem aduocatus instruit in facto, cùm se habeat aliter veritas rei: tunc habet locum. Falsitatem enim ꝯmittit, quæ & est immutatio veritatis: vt dixi. & j̃. vers. itẽ caueat. Potest autem docere clientulum quatuor modis respondere: vt j̃. depo. §. nono. versic. item nota.

¶ Item

ADDITIONES.

* Vtriusque. ¶ Sic permistim posuit Aegid. rubricam de cautelis aduocatorum.

a Nequit. ¶ Hæc ergo duo consilia dabat fortissima Vbert. nouo aduocato & tyroni de præeligenda parte rei: quòd si esset pro actore, in libello formando haberet consilium antiquioris omnino. Suadebat tamen id fieri secretè: vt ex victoria reportaret honorem, & contrarium attribueret consulenti, hoc vide post finitum tractatum de off. iud. ver. si tu es.

¶Item studeat aduocatus scire probōnes & iura & secreta causę partis aduersæ, vt illas possit efficacius impugnare, & se securius
7 defensare. † Quia nulla peior pestis ad nocendum, quàm familiaris inimicus: vt xciij. distin. si inimicus. C. de dona. data. de consec. distinct. 3. quomodo exaudit. versi. si autem. quo casu arbiter co-
8 gitur pronunciare. ff. de arbi. Labeo. §. j. versi. finge. † ¶Item sit cautus, vt scripturam in iudicio productam suo ore non legat: q̃a si falsa sit, ex hoc vt falsarius punietur. ff. ad leg. Corne. de fal. falsi nominis. extr. de cri. fal. ad falsariorum. extra. de exce. prel. inter dilectos. §. præterea. versi. quid si ad. & seq. Excusaretur tamen p̄textu ignorantiæ. ff. codē. impuberem. §. qui codicillos. extra. eodem, dura. & in prędicta decret. ad falsariorum. Videat prius, si est ibi rasura in loco suspecto, vel inter lineatura, vel abolitio, vel cācellatura, vel aliud huiusmodi. C. de edicto diui Adriani. tol. l. fin. extra. de capel. monacho. cùm venerabilis. de fide instrumen. inter dilectos. vel an possit redargui q̄ aliquo vitio falsitatis. Quod dic vt extra. de crimi. falsi. licet. capitulo, quàm graui. & ĩ. de edit. instrumen. §. postremò. & ĩ. de rescri. præsen. §. j. & seq. ¶ Caueat etiam, ne frustratorias postulet dilationes. 3. quæstio. 7. infamis. §. tria. ver. si quis ex litigatorib. C. de iud. properandum. §. illo procul dubio. ¶Item caueat, ne pecunia, vel prętio litem instructam defendat: alioquin pœna falsi tenebitur. ff. eod. l. falsi pœna. Nec ob pecuniam falsam aduocatum instruat: alioquin tenetur lege Cornelia. ff. eod. l. j. in prin. & s̃. ver. sed nunquid. ¶Item sit caut⁹, vt non innitatur suæ prudentiæ. extr. de cōstitu. ne innitaris. & c.
9 j. † sed quæcunque dicet vel faciet in iudicio, sumat fundamentum à iure, vel ratione. j. distinct. consuetudo. & ex scripturis sensum capiat veritatis. 37. distin. relatum. ¶ Item caueat, ne falsam legē vel canonē, cuius auctor ignoratur: vel abrogatam alleget: alioquin falsi crimen incurrit, & deportari meretur: vt ff. ad leg. Corn. de fal. l. j. & l. eos. & l. fi. & l. diuus. & C. de Iusti. Cod. confir. §. hunc igitur. & de ve. iu. enu. §. has itaque leges. & extra. in procemio Decreta. in fin. licet sit argum. contra. extra. de iud. nouit.
10 ver. quicunque lit. Sol. ibi, & xj. quæst. j. quicūque. † Qui enim falsam legem pro vera, vel abrogatam allegat, & iudex eam recipit, falsi crimen incurrit: vt in primis concordan. Caueat ergo ne à veritate discedat, ne mentiatur, ne calumniosè alleget, ne peruersè interpretetur. C. de iudici. rem nō nouam. §. patroni. C. mā da. ab Anastasio. C. de iur. calum. l. 2. respon. j. in authen. constitu. quæ adscrip. & lib. na. in prin. colla. v. extr. de deci. ad audientiam. Vile enim satis est propter salarij nummum, contemnere Deum: vt 12. q. j. duo. Quid nāque prodest homini, si vniuersum mundum lucretetur, animæ verò detrimentum patiatur? ext. de simo. Matthæus. Hinc est quod dicit lex, quòd si quis lucro pecuniaq; capiatur, veluti abiectus & degener inter vilissimos numerabitur: vt 3. q. 7. ca. infamis. §. apud vrbem. & C. de postula. quisquis.
11 & qui habet aures audiendi, audiat. † Scriptum est enim. Infideli totus mūdus nec obolus est: vt 14. q. 4. quid dicam. & qui dicit ɔtra conscientiā, ædificat ad gehennā, vt extr. de restitu. spol. literas. 28. q. j. c. j. §. ex his quia omne, quod non est ex fide, peccatum est. ext. de rescr. cap. fina. 28. q. j. ca. primo. De talib. quidem dictū
a est per Prophetā [a]: Quorū os maledictiōe & amaritudine plenū est. Et Seneca ait in libr. 2. de Ira, qualiter oriatur, vltra secundam col. turpes lites turpiores hēnt aduocatos. & ĩ. Corona pro mala causa, bona patroni voce corrupta. & infrà, Inter istos, quos togatos vides, nulla pax est: alter in alterius exitiū leui ɔpendio ducit: nulli ex alterius dāno quæstus est: felicē oderūt, infelicē ɔtēnūt, maiores grauantur, minori graues sunt: diuersis stimulantur cupiditatibus: omnia perdita ob leuem voluptatem. prædamq; cu-
12 piūt. & ĩ. † Hoc vno à mutis animalibus differunt, quòd ista mansue fiūt alētibus: illorū rabies ipsos, à quibus sest nutrita, depascit. De his loquitur propheta Esaias capit. x. Ve qui condūt leges iniquas, & conscribentes iniustitiam scripserunt, vt opprimerēt in iudicio pauperes, & vim facerent causę humiliū populi nostri: vt essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Et iunge hîc, quod notatur ĩ. de exceptionibus. §. viso. versiculo, hac igitur. Quid si aduocatus legit falsum instrumentum, vel falsum testem? Respon. si facit scienter, debet vt falsarius puniri, aliàs non. vt in primis concordan. & extr. de crimine falsi. ad falsariorum. &
13 s̃. versi. item sit cautus, vt scripturam. † ¶ Sed qualiter constare poterit de scientia, vel ignorantia? Respond. ex qualitate personæ legentis. Inspicitur enim an sit persona honesta & diues, & sine suspicione: an verò sit suspecta & inops: & q̃ talia facere consueuerit gratia, odio, vel lucro. ff. de re mili. non omnes. §. à barbaris. de testibus. l. 3. in prin. C. si quis Impera. male. l. vnica. de rei. vend. in fundo. ff. de accusa. si cui. ext. de pig. illo vos. in fi. xlvj. di. sunt nonnulli. in fine. Item sit cautus, ne verbis prouocatus velit continuò se vlscisci: sed congruo expectato tempore rationis clypeo se defendat. Petat ergo tp̄s ad deliberandum: sicut quidam sapiens opprobriis lacessitus fecisse dicitur. xlvj. distinct. seditionarios. xlv. distin. & qui emendat. ¶Item cautus sit ne passim pro modico salario aduocet. Nam ex hoc vilis & d̄gener habetur: vt 3. q. 8. vij. c. infames. §. apud vrbem. Nec expedit pro modico salario alteram lædere partem. non enim fieri potest, quin lædatur, qui vincitur: quoniam intercessionis beneficio se victum arbitratur, vt 14. q. v. deniq;. ¶Item sit cautus, ne plures causas simul re-
14 cipiat. † Quia pluribus intentus, minor est ad singula sensus. ext. de cler. coniuga. diuersis. Item sit cautus, vt priusquā à iudicio recedat, quæcūq; acta fuerint, videat per manū notarij curiæ scripta. Nam si scriptum sit aliter, quàm actum fuerit, & in alio termino contradixerit, stabitur scripturæ tabellionis. ext. de probatio. quoniam contra. C. de re iud. gesta. C. de dona. in donationibus. Sæpe enim ex breui facti mutatione ius mutatur: vt s̃. §. nunc tractemus. prope prin. ¶Item si iudicium declinare intendit, omnia quæ dicet, & peret, faciat cum protestatione, scilice, saluis exceptionibus, & defensionib. suis. extr. de dilat. c. fi. ¶Item sit cautus, vt procuratoria & rescripta omnia, per quæ datur, seu fundatur iurisdictio. & breuiter omnia acta faciat iudicis auctoritate transsumi, cui transumpto stabitur. C. de testament. publicati. extr. de cōfirma. vti. vel inuti. cap. penul. Alioquin si perderet, in posterum sententiæ non staretur, si erat delegatus. quæ dic vt not. extra. de
15 offi deleg. cùm in iure. † Item etiam caueat, ne causam, contra conscientiam recipiat: sed quàm citò eam desperatam senserit, d̄serat, quod etiam olim iurare tenebatur: sed hoc ɔsuetudine non habetur. C. de iudic. rem non nouam. §. patroni. & ar. ff. de except. doli. l. j. §. item quæritur si quis. in fi. & hodie etiam iurare tenet:
b vt in constit. Grg. X. de postu. properandū [b]. & alibi sic iuret. Tutori enim imputat, & pupillo ad interesse tenet, si causam pupilli desperatam ducat. C. de administratione tutorum. si bonam. & l. non est ignotū. ff. de aministra. tut. quoties. §. sicut. Ignoscendū tamē est illi, qui bonam fidem agnouit: vt ibi, & ff. mandati. Quintus. Item sit cautus, ne facilè aliquid confiteatur allegando, sed p̄testetur: vt s̃. eo. §. iam nunc. ver. ex præmissis Eius namq; confessio, sicut & patris, nocet, nisi fuerit reuocata: vt s̃. in tit. de confes.
16 §. fin. prope prin. † Semper ergo sub conditione, seu in modum exceptionis proponat, dicens: nō est ita: & si esset, obstat tibi hoc vt extr. de exceptio. cùm venerabilis. Sic enim respondendo, seu excipiendo, non videt aduersarij intentionem simpliciter ɔfiteri: vt ibi, ꝙ ff. de except. non vtiq;. ff. qui. mo. pig. vel hypo. solu. si debitor. ĩ. de exce. §. viso. ver. cùm igitur. & seq. ¶Item sit cautus, vt nihil. dicat: seu faciat, q̄d possit iudicem prouocare. Vnde n̄ sit promptus ad eum vel recusandū, vel suum iudicem declinādum sed studeat ei placere, & sæpe sibi loquatur ad aurem: quæ dic, vt suprà. § hinc dicendum. ver. caueat etiam. & sequ. ¶Item sit cautus, ne litem ex industria protrahat: alioquin punietur in duabus libris auri. quod dic, vt ĩ. tit. d̄ exception. §. viso. prope finem. ver.
17 hanc igitur. † ¶ Quid si per imprudentiā aduocati quis causam perdat: nunquid tenetur aduocatus, sicut & iudex: vt ĩ. de requisitio. consi. prope princip. Potest dici, ꝙ imputet sibi. qui talem elegit. ĩ. de salar. §. sequitur. ver. quid si reus fuit, &c. Vel dic. secun-
c dum dominum meum [c], quòd aduocatus tenetur. siue p̄ negligētiam, siue per imprudentiam causam perdat. argu. ff. ad leg. Aquil. idem iuris. ff. lo. & con. cū in plures. §. locatio. ff. de off. p̄si. illicitas. §. sicut. extr. de ætatæ & quali. ad aures. ff. de pœnis. si quis aliquid §. quis iustum. ff. ad leg. Cor. de fal. l. j. §. is, qui. Et breuiter, secundum eum, tenetur, qualicunque ei⁹ vitio causa perdatur. arg. ff. d̄ euic. si ideo. C. eo. l. emptor. extr. de emptione & vendi. c. fina. & ff. de tabu. exhibend. l. vocum. §. condemnatio. Secus, si ex qualitate causæ, vel ob defectum probationum: quia tunc vitium est materię, non artificis: vt s̃. §. nunc de exordiis. ver. post hoc autē.
18 † Illud aūt certo certius est, ꝙ cùm aduocatus dolo malo fecit, vt clientulus perdat causam, bene tenetur. ff. de euicti. filius. arg. ext. de iniu. c. fi. l. dist. sæpe. Et hoc probatio, causa restituetur, vt d̄ ea iterū cognoscatur. C. de aduo. diuerso. iud. l. j. ff. de minoribus. minor magistrat⁹. §. j. quod verum est: cū ad hoc actū est ɔ victorem, vt causa de nouo agitetur, & p̄bata est aduocati præuaricatio. Secus si actum fuisset contra aduocatū. vt puniatur. q̃a tūc n̄ obesset victori, vt causa restitueretur, & de nouo ageretur, quia res inter alios acta, &c. vt ext. de fide instru. inter dilectos. versu fi. & C. quib⁹ res iud. nō nocet. l. 2. & ext. de re iudicata. quamuis. Alij tamen dicunt, quòd in hoc crimine, & in aliis publicis res inter alios

ADDITIONES.

a Prophetam. ¶Psal. ix.
b Properandum. ¶Reuocata: quia non est in vj. & vide s̃. §. j. ver. itē quòd non habet. cum sua remis.
c Meum. ¶In summa, e. ti. de postu. §. vlti. ver. tenetur etiam.

ter alios acta aliis præiudicat.ff. de iureiu.eum, qui.§.in popularibus.ff.de accus.si cui.§.j.& arg.ff.de præuarica.l.3.responso.j. Sed quare hoc casu retractatur iudicium.quia hoc non est in procuratione: vt ff. de iudiciis.si prætor.§.3.ff.de dolo.l.& eleganter. §.si dolo.Respon.quia contra procuratorem agitur mandati: vt
19 C.de manda.l.cum procuratore. sed ñ contra aduocatū.† ¶Itē quare non datur actio de dolo contra aduocatum, vt non retractetur iudicium?Respon.quia aduersarij deprehenditur calliditas, quæ sola sufficeret.ff.de iudiciis. Marcellus. Sed hæc ratio non placet. Nam ita bene est agendum contra aduocatum actione in factum, sicut contra iudicem, qui malè iudicauit: vt in prædic.ti.de requisit.consi.Est ergo ratio illa:quia procurator per litis contest.fit dominus litis:vt C.de procurator.neque.quare nō rescinditur iudicium.Secus in aduocato:quare rescinditur.Sed videtur etiam,quo ad aduocatum non rescindi:vt ff.de mi.minor.
20 §.j.Sol.ibi.† ¶Porrò cùm aduocatus ex industria causam prorogat,punitur in duabus libris auri,vt dixi:& nihilominus clientulus eius,ex hac dilatione læsus,potest agere contra eum.arg. C. de iudi.properandum.§. illud proculdubio. Sed quid si ex industria aduocati alterius partis sit læsus: nunquid potest agere contra eum?Respond.sic,actione de dolo:vt ff.de dolo.arbitrio.§.pe. & l.si dolo.& si ille non fuerit soluendo, clientulus ille restitueretur contra partem aduersam: ne ex dolo eius aliquid lucretur. ff.de eo,per quem fac.est.l.fina.in princi.secundum Vber. Caue etiam sit,vt vltimò proponat,si potest, & sub compendio recapitulet rationes efficaciores,& magis cogētia iura: vt iudex ea melius memoriæ commendet:vt s.§.iam nunc.versi.pen.j. de disputat.& alleg.§.post hoc.in fi.Item sit cautus,vt si videatur allegationibus superari imprudenter,eludat aduersarium:vt s.§.iā nunc. ver.verum. ¶Item cautus sit,vt si putat sententiam contra se ferri debere,non adsit eo tempore quo feretur.quod dic vt j.de ꝓlat.senten. in fi.Item debet legere literas commissionis, & libellos,& facere positiones:vt capiat aduersarium in aliqua positione,& sic obtineat.C.de confessis.l.vnica.sicut Iudæi volebant Ie-
21 sum capere in sermone. † Nam homines per verba, & boues ꝑ cornua ligantur:vt no.Insti.de oblig.in princip. Ex præmissis igit collige,quòd iurisperitus debe esse in consilio cautus.in patrocinio fidelis,in iudicio iustus:quoniam de talento sibi credito tenetur reddere rationem: vt in constitut. Gregor.X.de postu.prope-
a randum [a]. Quæ autem hic desunt,vide j.in tit. de disput. & alleg. aduoc.Item qualiter aduocati se coram consiliariis habebunt,vide j.in tit.de consil.requisitione.

ADDITIO.

a Properandum.¶ Fuerunt hæc verba in procemio primæ compilationis.

¶Bald. De Aduocato.

Videat omnis aduocatus,& hic audiat.G. cū aduocato li.iudex non debet habere cōsiliū,no.in l.prox.ff.de his quæ in test.delē. Bal. ¶Si quis aduocatus est generalis duarum ecclesiarum,& inuicē litigant,tenet̄ iuuare ius habentem:si hoc sibi ñ liquet,tenetur iuuare illā,cui primo promisit operas l.ī operis ff.locati.ver. quid si aduocatus habet.in §.j.G. ¶An qui iurauit aliquem iuuare,debet expectare requisitionem? Vide ff.de ma.conue.l.i.§.magistratus.versi.nunquid is,qui iurauit. per G dic.ꝙ non.G. ¶An salarium aduocati trāseat ad hæredes eius,ver.sed pone abbas.G. non nisi facta mentio hæredis.G. ¶Laudes faciendas ad quē doctorandum & cōmendandum,vide in §.hinc dicendum.versi.cōmendet igitur. ¶Qui comparet in termino, & ante recessum iudicis recedit illicentiatus,contumax est.Ratio,quia videtur citatus ad duo: videlicet ad comparendum,& ad procedendum : sed iste non processit:ergo,&c.in §. sequitur. versi.item secundū Vber.vide j.in tit.de appellat.ante fi.§.ille qui comparuit.& Inno. de offic.delega.c consuluit. ¶Aduocatus potest instruere clientulum suum,& testem in iure,non in facto.§.vtriusque.vers.nūquid clientulus.G.in facto:vt verum dicat,vt no.Rofr.in titu.de senatusconsul.Libo.Bal. Vide multa pulchra in hoc ti. & vide suprà de actore.§.an omnis aduocatus dicatur habere castrense peculium. ¶Quòd aduocatus non respondet positionibus,imò arcetur à conspectu,vide infr.de posi.§.aduocatus.& de confessio. aduocati,vide infrà de confess.§.confess.aduocati. ¶Quòd aduocatus debeat omnes attestationes rimari,infrà,de probationib⁹. §.aduocatus. ¶De modo aduocandi vide per totum titulum de dispu.alleg.vide suprà,de iudic.deleg.§.super causa.versi.quid e contrà.An quis possit esse aduocatus in causa, in qua fuit iudex, vide infrà,de pet.feu.per totum.& de interrog.quę fiunt in iudicio.§.fi.versi.fin.& s.de assess.§.fi.ver.fi.

a ¶De Teste [a]. Rubrica.

b NVNC de Testib. [b] aliqua ad instructionem vtilem legētium supponamus,dicentes:Quę possunt contra testes opponi.Quando,& qualiter sunt producendi, seu recipiendi. De iuramento ipsorum.De articulis. De interrogatoriis. De testium examinatione.De attestationum publicatiōe.De rubricis.De testium reprobatione.De numero testium.Quibus testibus magis fides adhibeatur.De ipsorum conpulsione. Et de renunciatione productionis testium.

ADDITIONES.

a Materiam tractant omnes Summistæ,sed ꝑ diuersa mēbra.Ex practicis Pileus in quarta parte ponit rubr.de testi.& quatuor post illam scilicet de ipsorum productione,de iuramēto, de fide, de rescript.ī instrō. ¶Bagar.tractat de his plenè charta secūda, ver.qd si testis mistim.vsq; ad finē. ¶Tancred.parte tertia fecit de materia vndecim rubricas.Rofr.nil nisi in quantū tractat de Liboniano. ¶Vbert.de Bobi.mihi charta quarta,de §.si pars aduersa. vsq; ad §.cū breuiter.satis plenè,& ibi de positionib. ¶Vber.de Bonacur.mihi. ¶Ioannes de Deo,Cauilla.v.li.post principium,posuit quatuor rubricas.&de hoc in lib.iud.parte prima,secūda.&3.sub suis rubric. ¶Bonag.parte tertia,rubrica,qualiter formēt̄ articuli ꝓbādi ꝑ testes,vsq; ad finē ipsi⁹ partis. ¶Aegi.sub decē rubricis cōtinuis,vna interposita,ꝓsequit̄ materiā,inchoās in xxix. ¶Alber.Galeo.in rubrica.de testi.multū dedit auctori cām dilatandi. ¶Nepos de Mōtealba. rubrica ꝯ testes. ¶Guido đ Suzar vbi de capitulis,sup q̄bus producūt̄ testes, & vbi de interrogationibus testium. ¶Rolād.doctor aliqd sub rubrica de ꝓbationib. ¶Gallicus sub tota rubrica de ꝓbationib⁹ vniuit duodecim quæsti.in teste.q̄ in eius ꝓductiōe reqrit,& illa eadē duodecī posuit, q illū in ordine sequit suprà in procemio in ꝯtentiōe actoris & rei,du ab.vlti.col.Minor ordinari⁹ in charta penultima. ¶Est sciendū.ꝙ ex prædictis solus Bagarot⁹,diffinire voluit, qd sit testis,dicens:ꝙ testis est veritatis adiutor,& opertorū detector.Sed multi veritatem adiuuant,& detegunt occulta,q ñ sunt testes: ipse tñ allegat C.eod.ti.l.eos.& de repu.l.ꝯsensu.In qbusdā antiquis inueni alium,cuius nomē ignoro,sic diffinientē,ꝙ testis est,qui omni gratiæ,& omni potētiæ fidem religioni iudiciariæ debitam possit ꝑponere.C.de testib⁹.l.eos canonizata.4.quæst.3.testes.Sed illa ñ est diffinitio testis.multi eñ id possent,q de facto testes ñ essent: &ideo transeam⁹ cū Sūmistis omnibus,q ñ diffinierūt,nec đ hoc membrū fecerunt. ¶Iterū,quia vtile puto,quædam titulū istum tangentia,quæ in quadā accusatione de quodā episcopo facta in curia fuerunt in dubiū deducta,cōicare dispono,plus remissioni ipsarū,quàm ꝓsecutioni vacādo.Super delatis cōmissa fuit receptio testiū ad partes.Aliqui per delatores nominatim excōicati erant:quærebat̄ an illi possent illos absoluere ꝓ dicēdo testimonio,cùm diceret,ꝙ per alios veritas haberi ñ posset.In dubiū autem esset hoc,nisi illis iudicibus fuisset cōmissum.de testib.veniens 2.in fi.Si cōmissum nō esset,videretur idē.de hoc not.de senten.excō.solet.lib.vj.& sup 3.gl.Secūdò quærebatur,an styl⁹ curiæ Romanæ haberet certū numerū testium taxatum,secūdū varietatem causarū. Ad hoc simplex Iurista respōdere ñ potest:fateri tñ oportet,ꝙ numerus quadragenarius statut⁹in decr.c.cùm causam.e.tit.nō est ordinatus.& ibi de hoc.& super gl.pe.& ff.e. ti.l.j.in fi.Tertiò,quærebat̄ an quidā testes,quos episcopus carcerauerat vt iudex,essent per hoc repellēdi?Respon. hoc iure non exp̄ssum.tñ ex hac cā minuitur fides testis.in auth.de testi.§.si verò odiosus.Quartò,quærit̄ de familiaribus episcopi ꝑ ipsum expulsis ꝓpter scelera: an sint recipiendi ꝯ ipsum episcopū? Ad qđ respondet̄,ꝙcrimina possent esse sufficiens causa repulsionis:sed quòd fuerunt familiares,no.2.quæst.7.cùm pastor.de accus.nulli episcoporū. Quintò, quæritur de laicis& mulieribus an admittātur ad testimonium cōtra episcopū.de his j §.proximo. Et ver. item quòd est mulier.cum ver.seq.Sextò,de his,qui aliquam cōtentionem,vel causam cum episcopo habuerunt.Respondeo,illos non repellendos.Instit.de exc.tut.§.item propter. & in auth. de testi.§.si verò odiosus.Septimò,de his,qui sunt de genere deferentium episcopum,vel illorum, qui contra episcopum appellarunt.Respondetur,illos admitti.C.eo.tit.parentes & liberi. cū ibi notatis.& dicetur j.post prin. non tamen sunt tantæ fidei, vt extranei.Nam si sola amicitia in aliquo detrahit fidei testis.ff.e.l. 3.§.j.fortius ꝯsanguinitas.ff.de iniu.l.lex Cornelia.cir.prin. Quærebat episcop⁹ vltimò, an in productione testium deberetur sibi amplior fauor,quàm delatoribus?Respondetur ꝙ sic, quia delatoria est illaudabilis intentio.2.quæst.7.si quis episcopus.& q̄ađ lectat papam testimoniū bonæ famæ episcorum.de accu.licet.in fi.& facit ff.đ fer.l.vl.vbi ī dilationib.pl⁹ fauetur reo quàm actori.

ADDE,quoad primum quæsitum,& an excōmunicatus possit absolu-

absolui à delegato, vt ferat testimonium. Old. consi. cclxxviij. incipiente, licet claustrales. vbi concludit, quòd sic, quando aliàs veritas patere non potest. Consilio verò cxlv. incipiente, qrit si testes. videtur transire cum ɔtraria opinione, quam dicit tenere Innoc. Hosti. & Ioannem de Imol. in c. solet. de sent. excom. Verum est quòd non aperit, an veritas possit aliter erui. Vide etiã ibi qualiter est arbitrio iudicis refrenare & ampliare numerum testium: licet decre. causam. de quadragenario loquatur. Et qualiter carcerati per episcopum contra ipsum perhibere possint testimonium, licet non tãta fides adhiberi. Et qualiter seruientes episcopo possint admitti. Et qualiter laici, bigami, & mulieres possint testes esse. In criminali successiuè de omnib. hîc dictis per Io. And. ibi: vide de verbo ad verbum. sed de dictis ɔs. cclxxviij. ipse non videtur notitiam habuisse.

b Nunc de testibus. ¶ Opponi. de hoc primò tractat opus Iaco. de Ameli. quem nominaui super rubrica de testibus. in fi. quam intitulauit de probatione testium. in quo ponderatis quę infrà sub hoc membro scribuntur, non expedit laborare.

SVMMARIVM.

1 *Inimicus non potest esse testis contra inimicum.*
Amicus non potest esse testis in causa amici.
2 *Testificari non potest pater contra filium, nec filius contra patrem.*
3 *Parentis appellatione, qui contineantur.*
4 *Conclusio, quòd pater & mater non possunt testificari pro filijs, in quibus fallit.*
5 *Pater & mater in testimonio contractus matrimonialis censentur suspecti, etiam si contrahentes sint pares.*
6 *Vir & vxor si se habeant vt excedentia & excessa, an pater vel mater possint inter ipsos pro, vel contrà testificari.*
7 *Pater vel filius, vel duo fratres, possunt simul in testamento vel negotio extranei testificari.*
8 *Frater admittitur ad testificandum: pro & contra fratem in causa ciuili.*
9 *In causa criminali, an frater admittatur pro, vel contra fratrem testificari.*
10 *Par affectionis causa suspicionem tollit in casu testimonij.*
11 *Socius pro socio, an in testem admittatur pro parte socij, non pro sua.*
12 *Domesticorum nomine qui contineantur.*
13 *Producere volens aliquem de sua familia in testem pro eo, debet ante productionem x. vel 13. dies ipsum ab eo eijcere.*
14 *Agnati & cognati: an dicantur personæ domesticæ.*
15 *Vir & vxor dicuntur domestici adinuicem.*
Pater est domesticus filio, & econuerso.
16 *Aduersarius volens vxorem testificari in causa viri, an sit ipsa admittenda.*
17 *Socius an admittatur testis in causa socij. si pars aduersa requirat.*
18 *Induci non potest testis pro rege vel comite, qui est de regno, vel comitatu: licet contrarium obseruetur.*
19 *Produci domesticum in testem si quis videat & taceat: an ille testis audiendus sit & recipiendus.*
20 *Iudices facilius inueniuntur, quàm testes.*
21 *Sacramentum repræsentat quandam speciem seruitutis.*
Seruus obligatus domino ad præstandum sacramentũ fidelitatis, an possit pro ipso domino testificari.
22 *Testificari an possit quis de collegio, vel vniuersitate in causa ipsius vniuersitatis, vel collegij.*
23 *Rector vel prælatus ecclesiæ, an possit esse testis in causa ecclesiæ.*
24 *Administrator alicuius ecclesiæ si contrahat nomine ipsius ecclesiæ: postea autem reuocatur in dubium contractus: an poterit pro illa ecclesia testificari.*
25 *Testis pro quolibet peccato mortali repellendus est à testimonio.*
26 *Testis prætextu criminis repulsus à testimonio, an repellenti poterit crimen obijcere.*
27 *Testis si post datum testimonium efficiatur criminosus, seruus, infamis, vel hæreticus, nil officit.*
28 *Excipitur contra testem, quòd est infamis, vel leuis opinionis.*
29 *Ferre testimonium est dignitas.*
30 *Periurus seu in peccato mortali constitutus, an possit dispensari, vt non repellatur à testimonio ferendo.*
31 *Excipitur contra testem, quòd est excommunicatus.*
32 *Excommunicatus contra excommunicatum, vel criminosus cõtra criminosum, vel infamis contra infamem, an possint testificari.*
Exceptiones plures contra testes.
33 *Legatarius potest de voluntate aduersarij esse iudex vel testis.*
34 *Impubes iurare non potest.*
35 *Pubes factus: an possit ferre testimonium de his, quæ vidit in pupillari ætate.*
36 *Monachus, canonicus regularis, vel conuersus, vel alius religiosus, sub obedientia positus, non potest esse testis sine eius licentia, cui subest.*
37 *Excipitur contra testem, quòd est socius criminis, seu eodem crimine irretitus.*
38 *Si quatuor homines dicantur aliquem occidisse, & constat eum occisum, an accusator possit aliquem illorum in testem producere.*
39 *Vasallo non creditur in testimonio, nisi in defectu probationis.*
40 *Adscriptitij an possint esse testes.*
41 *Præsumitur quilibet bonus: nisi contrarium ostendatur.*
42 *Probatione recepta in iudicio, si iudex pronunciabit recipiendũ, appellet is cõtra quem producitur.*
43 *Testis dicat se seruum, vel infamem: vel periurum, &c. fortè vt euitet testimonium, an eius simplici assertioni stetur?*
44 *Testis falsidicus tres personas offendit.*
45 *Crimine in vno loco commisso, an possint testes examinari in alio.*
Malum debet ibi puniri, vbi committitur.
46 *Clericus falsum testimonium dicens, qualiter puniatur.*
Arbiter non potest testem punire, sed ad iudicem competentem mittere: vt secundum delicti qualitatem puniatur.
47 *Iudex debet ex officio suo punire falsum testem pœna legis Cornel. de falsis.*
48 *Teste examinato per solum tabellione, iudice nõ præsente: si fiat scriptura, per quam testis redargui debeat à iudice testis autem negat scripta, an ipsi sit credendum.*
49 *Testis recipiens pecuniam, vt falsum testificetur, quod tamen non facit, an puniri debeat propter solam pecuniæ dationem.*
50 *Opponitur contra testem, quòd obscurè confusè loquutus est.*
51 *Interpretatio fit in dubio, vt res potius valeat, quàm pereat.*
52 *Testis debet præsens fuisse his, super quibus deponit.*
53 *Nomine visus, quilibet sensus corporis intelligitur.*
Testimonium de auditu, dicitur perhiberi de visu.
Testimonium de auditu alieno, non valet.
54 *Testimonium de auditu, in quib. casibus admittatur.*
55 *Testimonium de visu reddi debet in casibus visum exigentibus.*
56 *Cæcus an possit testis esse.*
57 *Cæcus aut videns, qua forma possint & debeant super iurisdictione alicuius testificari.*
58 *Testimonium de credulitate non valet.*
59 *Testificari non potest Iudæus, vel Paganus, vel hæreticus contra Christianum.*
60 *Testis interrogatus si non reddit causam dicti sui, vel si reddat minus sufficientem & ineptam, non est admittendus.*
Causam non videtur dare, qui dat incongruam.
61 *Attestatio sola sine causa non prodest, quantum ad probationem.*
62 *Testis deponere non debet super alio, vel aliter, quàm super quo fuit inductus.*
63 *Testis super possessorio inductus, non est super proprietate interrogandus.*
64 *Testis debet secundum interrogata respondere.*
Obreptitia probatio improbatur à lege.
65 *Interrogare testem extra capitulum, non est contra, sed præter ius, ideo non est reprobandum.*
66 *Numeratio & confessio in causa testimonij, paribus passibus ambulant.*
67 *Iudex debet secundum allegata & probata procedere.*
90 quòd testes sunt varii.& j.§.postquam.† ¶Item,quòd accusatus cōtra quem inducitur, cum liberauit, vel parens eius: vel ꝙ testis publico iudicio damnatus fuit,nec fuit restitut⁹:vel ꝙ in vinculis publicis seu custodia detinetur: vel ꝙ se ad pugnandum cum bestia dentata locauit,vel palàm quęstum facit,vel facit de corpore suo,vel pecuniam ob testimonium dicendum,vel non dicendū, recepit.iiii.q.iii.d.c.si testes.§.item l.Iul.de vi.& versi.in testimonium.i.q.i.concussionis.& xxx.q.iiii.meretrices.& j.ver.item quod inuitè. ¶Item,quòd nō fuit rogatus à producente:vt in Auth.de
91 testib.§.licet.xiiij.q.ij.quanquā.† Et talis est casus,in quo debuit rogari:qui plures sunt. ¶Primus est,quia contractus fuit in scriptis , & debitor vult probare per testes solutionem , quam voluit facere,vel quam fecit,vel confessionem quam creditor fecit,videlicet sibi solutum fuisse:quæ solutio facta fuit in scriptis.Oportet enim quòd sint tunc rogati : non transeuntes vel fortuiti. iij.
n quæst.ix.c.testes.§.de his.[n] C.eod. testium. & Auth. rogati. Azo tamen not.in Summa eo.tit.§.sin autem.fortè sufficeret, si creditor coram duobus testibus non rogatis, confiteretur sibi satisfactum fore.Item qualiter fiat ꝓctus in scriptis,no. C.de fide instrumen.ꝓctus. ¶Secūdus,in testamētis: vt ī p.auth.rogati.ff.de testi. hæredes.§.fina.C.eod.hac consultissima.in ptin.arg.contrà. ff. de
o testi.ad fidem[o]. Vel si testamētum aperiatur.C.quemadmo.testa. aper.

ADDITIONES.

a Similibus. ¶Puta cuius capellæ sit domus, in qua conficitur instrumentum:sicut & accidit de mea , quam notarius descripsit in parochia sancti Proculi,cum sit sancti Iac.
b l. ii. Sol. ¶Concipio literam hîc esse corruptam : sed forma verborum innuit contrarium.ibi:licet pium,&c.&ibi:si verò.Item si litera hæc diceret,Illud intelligitur, quando non circa substantialia apertius procederet cum fine huius ver.ibi not. reddit inutile: sed id solutioni contrariū non conueniret, nec etiam infrà scriptum exemplum congrueret: quia non est verum,quòd nō sit circa substantialia altera metallum pecuniæ soluēdæ: vt scripsi post Inno.& Hostien.in decre.fraternitatis.quam in fine allegabo.Itē nec est simpliciter verum,quòd aurea pecunia plus expediat vtrique, imò patet vt plurimum contrarium eius,quod vni parti expedit,proficit alteri:propter quæ nesciens aliter actorem excusare dico, quòd forsan fatigatus studio dormitauit Homerus,quod in lib. Inn.erat qualitercunque corruptum ad literam inconsideratè ponendo.
c Si aliquid. ¶Ibi vide opi.Ioan.& Bar.Brix.& quod ibi dixi. & plenè de vtroque scripsi post Innoc.& Host.de hære.c. fraternitatis.
d Indicas. ¶De suc.ab intest.cùm dilectus.de spon.dilectus.
e Eum qui. ¶Corrige,nec furiosus.
f Sed dic. ¶Secundum Alber.Gal.
g l.pe. ¶Quæ etiam est ij.in fi.non respon.contrariis: quia videtur illis standum, cùm intersit eius saltem litibus & sumptibus nō vexari.ff.de min.l.minor xxv.de arbi.c.ij.& maximè cum fideiussoribus renunciauit per modum.& no.de fideiuss.c.ij.in j.gl. lex itaq; in princip.non obstat,loquitur enim de interesse debentis agere. Ex quo enim fullò,cui furatæ sunt vestes, non est soluendo, illarum dominus agit:hîc loquimur de interesse eius,qui conueniri potest , propter quod testimonium ipsius suspectum est. Et vide quod dixi s.tit.j.scilicet de legato. §. superest. ante fi. Adde quod Bal.in d.l.sicut.dicit, quòd si principalis est soluendo, & ipse non renunciauit beneficiis sibi competentibus,quòd possit esse testis & ibi vide per Alex.
h l.i. ¶Per has duas leges, & ff. de ædil. edic.ad res donatas. & ff. de donat. Arist.dixit Gui.de Suz.colligi quando donans teneatur de euictione. quod satis patet ex hoc versi.quia tenetur,si de euictione promisit , si donatio cœpit à pactione: vel si fuit fraudulenta. His cessantibus dicebat in l.omnibus.C. eo. ipsum etiam donatorem admitti.& sic fortius filios.vide s.versi.quid de vēditore. Adde quòd hæc dicta de cedente sequitur simpliciter Angel. consil. cclxxxiiii.Sed Ro.consil.ccclxxiii.reprobat dictum Specu.& dicit quòd dato quod in nihilum teneretur cedens:tamen propter affectionem debet repelli.
i Ipsum,&c. ¶Sed vide quod ibi dixi super ver.volumus.
k Testimonium. ¶Vt ibi post eum scripsi super ver.de crimine.
l c.fi. ¶Sol.ibi de illo,quem non constat fuisse criminosum.
m Prodidit. ¶Pyleus e. ti.ante fi.intelligit hoc de illo qui vtriq;parti diuisim asseruit se scire:quia eis proderat,vt produceretur in testem vt sic productus posset alteri proficere.
n De his. ¶Aliqua de his casibus not.Ioan.ibi.
o Ad fidem. ¶Quam habes iiii.quæst.iii.sed vt vtrobique no. illud regulare,facit quod sequitur.

aper.l.ij.Et in multis testamentis,secundum quosdam.Insti.de mi li.test.§.planè.In codicillis autem,vel in donatione causa mortis,
a admittuntur fortuiti.C.de codicil.l.fi.§.fi.[a] ¶Tertius,in matrimo
b nio,vt videtur xxxj.quæst.v.c.nostrates[b].¶Quartus,in diuortio
c ff.de diuor.nullum.sed hunc casum nō admittit[c].¶Quintus, vbi quis vult cautè deponere sine scriptura tabellionis. in Authen. instr.cau.§.si quis igitur.¶Sextus, si depositarius vni ex hæredib⁹ deponentis partem reddat pecuniæ depositæ.ff.deposi.l.j. §.si qs tabulas.& §.pecuniam. Aliàs autem non requiritur, quòd testis sit rogatus.iiij.q.iij.d.c.testes.§.ad fidem.viii.q.iij.talia.xxiij.q.iiij. inter querelas.ii.q.j.scelus.xxvij. dist. de Syracusanæ. Quidam ta-
d men exigunt semper rogatos esse,per præ.Authen.rogati[d],prop ter quod dicunt prę.l.ad fidē.corrigi.Sed primum verius de iure. Vsus tamen secundum dictum amplectitur quo ad testes, qui in instrumentis adhibentur. Nam hodie in cunctis instrumentis scri
92 bitur testes fuisse rogatos:sed hoc dicitur ad cautelm.†¶Sed qd in prædictis casibus,si testis non dicit,nec negat se fuisse rogatum & in instrumento,si quod confectum fuit,hoc nō dicitur?Et certè videtur presumi rogatus:argu.de verb.oblig.sciendū.& l.quoties.Nam & pro reo est interpretandum.argum. contrà: quia cū duo sint necessaria,scilicet quòd sint testes, & quòd sint rogati: si vnum desit,non valet quod agitur.j.versi.proxi.Sed distingue,an dicit se fuisse rogatum:&tunc planum est. An dicit, Non fui rogatus:& tunc similiter planum.Vel dicit se non recordari:&tunc præsumatur rogatus. Quidam tamen dicunt, quòd si factum fuit instrumētum presente iureperito:tunc creduntur rogati,& non aliter,secundum Vbert.Quid ergo si dicitur in testamento, tales testes fuerunt præsentes:nec dicitur,quòd fuerunt rogati? Et videtur, quòd præsumentur rogati. Nam ex quo notarius ipsam scripturam nominat testamentum, creditur adhibuisse quæcunque faciunt testamentum. Aliàs enim non esset testamentum, si non essent rogati:vel si aliquid de solennibus deficeret. ff. qui satisd.cog.quoties.ff.de re iudi.si se non.§.condemnatum.ij.q.j.statutis.xxxviij.dist.quæ ipsis. Dicendo ergo testamentum, videtur dicere testes fore rogatos.arg.ff.e.quidam.in fi.ff.de iur.om.iudi. l.ij.Et præsumendum est,tabellionem verè,& ritè scripsisse.C.de contrahen.& commit.stip.optimam.extrà.de præsump. ad audi-
93 entiam. †¶Item in contractibus omnia præsumuntur solenniter acta:vt ff.de verb.oblig.generaliter.& l.Titia.§.fi.C.de contrahen.stip.l.j.Instit.de fideiusf.in fi.& de inuti.stip.§.si scriptum.Præsumetur igitur multo fortius in vltimis volūtatib.vbi etiam,quę deficiunt,pro suppletis habentur.argu.C.de fideiusf.verbum volo.ff.de leg.ij.cùm pater.§.cū imperfecta.ff.de leg.j.si in testamento.In quibus etiam fit plenior interpretatio.ff.de reg.iur.in testamentis.ff.de vsufruct.plenum.extrà. de dona. cùm dilecti. Video etiam, quòd dicit lex testes debere esse in præsentia testatoris: vt C.de testa.si non speciali.&quod testator voce propria debet nomen hæredis exprimere:vt eod.titu.iubemus.& tamen de his tabelliones non faciunt in testamentis mētionem:sed dicunt, acta sunt hæc in præsentia talium:&dicunt,talis talem instituit:nunqd ergo presumuntur solennitates huiusmodi deficere,licet in testamento non exprimantur,absit: vt ff. de reb.dub.quoties.argum. ꝫ.quia qui eos rogatos asserit,illud probet.ff.de probat.ei qui.vj. quæst.vlt.actor.Rogatio enim facti est:& quæ facti sunt, probari debent.argum.C.de proba.cum res.& l.i.de non nu. pecun. asse-
94 ueratio.§.si præterea.†¶Quid est rogare testes,nisi eis denunciare,vt assistant?At denunciatio probanda est:ergo & rogatio. arg. ff.de euict.si parentes.extrà,de iudi.nouit.in princ. Nam & qui solennitatem allegat,eam probet.ff.de publi.quęcunque.§.fin.ff.de proba.ab ea parte.ff.de fideiusf.l.fin. & l.pen.Item plures possunt dicere se audiuisse sic testantem, & tamen non valet, nisi forent
95 specialiter conuocati: vt ff.de testam. mili. l. diuus. †Et quoties duo vel plura in aliquo negocio requiruntur, non sufficit alterū tantùm probari:vt ff.de transact.cùm hi.§.si prætor.vt patet in minore,qui debet se probare minorem & deceptum.ff.de iureiur.l. nam postea.§.si minor.Et spoliato, qui debet probare se possedisse,& spoliatum esse:vt extrà,de resti.spo.c.ex transmissa.Sic &hic à simili,quòd sint septem testes,& quòd sint rogati:ergo vtrumque probandum est:quia de similibus idem est iudicium.extrà,de rescript.inter cæteras.arg.ff.ad Trebel.apud Iulianum. Sol. Omnes doctores dicunt, quòd vbi quæstio est de solennitate, illa ꝓbanda est, vt dixi:licet quidam dicant, quòd per duos testes. Alii verò,quòd per plures:vt infrà,de instr.edit.§. compendiosè. ver. quid si vnus.ergo ita est tenendum.ff.de leg.& senatuscons.minime.& ff.qui satisd.cog.inter omnes.in prin.&xix.distin.in canonicis.Nisi enim rogatio ꝓbaretur, absurditas sequeretur: quia iam non esset differentia in probatione,cùm de testamenti solennitate,vel alterius simplicis contractus quæstio verteretur:quia vtrobique vna probatio sufficeret, quod dicere, est absurdum. Nam vbi diuersa est ratio,diuersa iura sunt censenda.argum. ff. de fideiusf.generaliter.& xxix.distinct.c.fin.in fin.Ad quid plura? Lex videtur dicere, quòd testes debent esse in inuentario, qui cognoscant hæredem:& qui viderunt,quando notarius fuit de subscriptione rogatus:quasi dicat,licet scripserit,non tamen creditur,nisi
e rogatus probetur.C.de iur.deli.l.j.§.fin autem dubius.in fi.[e]Item, in causa criminali repellitur in multis casibus,quos dixi s.intit.de
96 accusatio.versic.item quod aliàs ei crimen,&c.& sequentibus.† Accusatio enim,testimonium & ordo,quo ad hæc,paribus passibus ambulant.iiij.q.iii.c.j. quod dic vt not.ij. q. vij. ipsi Apostoli. Qui autem repellantur ab ordinibus,habes vj.q.i. infames. & in
f repertorio sub tit.de æta.& quali.¶Item secundum Gof.[f] excipi potest contra testem,quicquid excipitur contra iudicem:quę dic vt s.in tit.de off.deleg.Ego tamen hoc non approbo simpliciter: nam minor causa repellit iudicem,quàm testem: quia facilius in-
g ueniuntur mille iudices, quam vnus testis[g].¶Item est artifex[h] ig
h notus,vel nimis obscurus,vel ignobilis, non diues non in dignitate,non miles,non officiatus: tamē quandoque admittitur cum
i verberibus[i] à iudice inferendis,si administrator[k] sit,in Authen.eo.
k §.si verò dicatur.& §.si verò ignoti.§.sancimus autē.col.vij.¶Itē, inuitè dixit testimonium,quare non valet testimonium.ff. de testam.qui testamento.in fin.nec contractus.ff.de duob.re. eadem. ¶Idem si liberè se ingerendo. v.quæstion.versicul.illi qui.debet enim esse rogatus. quod dic vt s.versic.item quòd non fuit. Qualiter autem formetur exceptio contra testes, not. j. §. quia sæpe. Regulariter autem quilibet potest esse, qui non prohibetur. ff.e.
l l.j.Et generaliter secundum Ioan.de Deo[l] quemcūque vitiosum repereris,potes de iuris rigore repellere.argumentum.ij.quæst.j. in primis.&3.quæstio. 5:per totum.6. quæst. 1.infamis.ij.quæst.j. prohibentur.extr.eo. ex parte.& c.super eo.ij.q.vij.testes.& c.ipsi. Quæ autem possunt obiici testi in causa matrimoniali producto,dicam j.qui matr.accu.pos.¶In summa nota,quòd quandoque testis statim totaliter excluditur,nec admittitur:puta cùm paratus sum in cōtinenti ostēdere ipsum seruū,vel inimicū capitalē quandoque nō statim excluditur,sed recipitur:& hoc in tempus disputationis

ADDITIONES.

a §.fin.¶Quæ lex destruit dictum Pilei, qui dixit eo. tit. in fi. quòd fortè vbicunque requiritur certus numerus testium, debent esse rogati.Baga.dixit hoc sine forte:vt statim dicam.
b Nostrates.¶Vbi de hoc.& vide quod scripsi de spō.ex parte.post prin. Additio. Et quòd testes debent esse rogati ad solennitatem matrimonii,tenet etiam Ludo.Ro.singu.dccix.inci.an ad solennitatem.per gloss.quam approbat,&dicit ad hoc esse singularem in. d.c.nostrates.licet Bart.Brix.reprobet illam gloss. in quadam sua quæstione. & quid in causa diuortii, an testes debent esse rogati: vide Præpo.Mediola.in d.c.ex parte.ver.antequam.ad gloss.in ii. col.hic alle. Et an &quando testes debeant esse rogati in testamē to,vide omnino Soc.in suo tract.falle.in reg.ccccxx.Henr.Fer.
c Admittit.¶In suo ord.iudi.parte tertia.respon. quòd testes in cā sufficiant in fi.& idem Pet. de Bel. vt dicit Cy. in Authen. rogati. sed Accurs. ibi, & in Authentic. de instru.cau.§. sed & si.& præd. l.nullum.& Ioann.in præd.§. de his. hunc casum enumerat: ipse tamen Accurs.in l.ad fidem.eodem titulo.ff. dicit, quòd lex, nullum. id bene non aperit. Bagarot. in opere suo ante finem enumerat primos tres,& duos hic sequentes: addit casus quibus certus numerus testium exigitur: quod etiam tangit Accurs.in prædic.l.nullum.& ideo quosdam versus,quos de hoc posuerat Gallicus,non curo.
d Rogati.¶Ibi hoc patet Guli.
e In fin.¶De materia vide j.de instr.edi.§.ij. & versi. & nota quòd. Et licet hic dicatur,nō credi eum rogatum,licet subscripserit: nō tamen dicitur sibi non credi de rogatu, si scripserit se rogatum:& sic non contradicit huic quod ibi no.
f Secundum Gofr.¶In summa ii.col.versic.item omnes illi.
g Testis.¶Non enim testis esse potest,nisi qui factum habet notū quòd non requiritur in iudice. Accidit autem interdum,quod soli duo habent facti noticiam,vbi extant centum iudices impetrabiles.
h Artifex.¶Dicit Pile.eo.tit.ante fi.quòd hodie derogatum est his per generalem consuetudinem,per quam testes hodie nō repelluntur propter aliquam artificum vtilitatem, obscuritatem , vel ignobilitatem:nisi essent serui,vel mercenarii producentis.
i Verberibus.¶Id est,tormentis.Accursi.
k Administrator.¶Id est, ordinarius,scilicet ipse torquens.
l Ioan.de Deo.¶In libro Iudicum parte iij.Rubrica de impugnatione personæ testis.

disputationis reseruatur, puta si dicitur infamis, vel fur, & huiusmodi: quod dic vt extr. de testib. ex parte. j. & s. ver. item quòd est seruus. & seq. Tutius tamen est, quòd hæc post aperturam testiũ proponantur, vt ibi not. præmissa protestatione, quòd post publicationem attestationum possit in dicta obiici & personas. quod dic plenius vt s. ver. item quod hic. pro quo aliquid dixi.

SVMMARIVM.

1 *Conclusio, quòd testes non recipiantur in iudicio ante litis contestationem, in quibus casibus fallit.*
Reus producere potest suos testes lite non contestata in contumaciam actoris.
2 *Produci potest testis lite non contestata, vbi agitur de statu & libertate ecclesiæ.*
3 *Sententia fertur lite non contestata, cùm is, qui non possidet offert se liti.*
4 *Testis produci potest ante litem contestatam, cùm impubes ex Carboniano edicto, vel mulier nomine ventris petit se mitti in possessionem, vel cum reo absente actor petit mitti in possessionem causa custodiæ, &c.*
5 *Differentia est in recipiendo testes actoris, & testes rei ante litis contestationem.*
6 *Senes quo ad actum testificationis dicuntur hi, qui sunt lxx. annorum, qui excusantur à tutela.*
7 *Iura dicentia posse lite non contestata procedi, quomodo sint intelligenda.*

¶ Quando & qualiter sunt testes recipiendi.

a 2. §. Nunc tractemus [a] quando sunt testes recipiendi. Et quidem regulariter post lit. contest. & si ante recipiantur, non valet quod agitur, extra. vt lit. non contest. c. j. & ij. & c. quoniam. Hoc autem fallit in casibus, in quib. testes ante li.
1 contest. siue lis sit cœpta, siue non, recipi possunt. † ¶ Primus, si timetur de morte testium: vt quia sunt in firmi vel senes, vel debẽt bellum campestre ingredi. ¶ Secundus, si timetur de absentia diuturna: quia fortè debent ire Romam, vel vltra mare, vel in aliam longam peregrinationem. ¶ Tertius, si agatur de electione alicuius confirmanda, vel cassanda. j. versi. xxj. ¶ Quartus, cùm agitur de matrimonio carnali: & is, qui conuenitur, se malitiosè absentat, & contumax est. ¶ Quintus, si agatur de alicuius crimine per modum inquisitionis. j. versi. xiiij. ¶ Sextus, cùm petuntur testes ad æternam rei memoriam publicari. Hos sex casus habes in præ. Decr. quoniam. Probatur etiam tertius casus, de elect. dudum. in fi. & quintus extrà, de accu. qualiter & quando. & sextus, extrà, de testi. significauit. ¶ Septimus, in causa appellationis à grauamine interpositæ secundum papam, vel etiam in alia, cùm appellatus contumax est. extrà, de appel. interposita. in fi. & c. sæpe. C. de præscrip. xxx. vel xl. ann. cũ notissimi. §. fi. C. de temp. ap. l. fi. §. fi. ij. q. vj. ei q. ¶ Octauus, quia in contumaciam actoris reus suos testes producit lite non contestata. extrà, de dol. & contu. causam quæ. C. quo modo & quando iud. Authẽ. qui semel. C. de vsur. pupilla. l. iij. Et est ratio: qui non est in eius potestate, quãdo conueniatur: vt C. de tempo. in integ. resti. petendæ. prope fi. & iij. q. iij. c. induciæ. §. spacium. versi. ei autem. & testes possunt mori, vel infames fieri: vt ff. de Carbo. l. iii. §. duæ autem. & facit ad hoc ff. de testi. curent. & ff. ad l. Aquil. l. Aquil. ¶ Nonus, cũ actor nequit agere pp interpositum iuramentum. extra, de iureiu. ad nostram. ij. ¶ Decimus, cùm minor iudicis officio ab hæreditate se abstineat. C. si vt se ab hære. absti. l. j. & Auth. ibi posita. ¶ Xj. cùm causa est merè spiritualis, & sine commodo alicuius temporalis: vt in crimine heresis. ar. xxiiii. q. ij. sanè profertur. in prin. & xxvj. q. vij. ab infirmis. & q. vi. q. recedunt. & duobus c. seq. extra de sen. excomm. c. à nobis. ¶ Xij. vbicunque publicum commodum ostenditur, vt in malo officiali. C. de pœn. ne diu. & arg. iij. q. ii. quia ea. C. de cohor. lib. xii. l. si ap-
2 paritor. † ¶ Xiii. secundum quosdam, cum agitur de statu & liber-
b tate ecclesiæ: vt extra. de testib. cùm olim [b]. ff. de fideicom. lib. in fideicommissariis. & l. hæredum. j. ver. xxviii. ¶ Xiiii. in causa denun-
c ciationis. extra. de dol. & contu. veritatatis [c]. de iudi. nouit. ¶ Xv. cùm restitutio in integrum incidenter postulatur officio iudicis. extra. de offi. iud. c. ii. & j. de resti. in integ. §. ii. versi. vlt. ¶ Xvi. in petitione legati, vel fideicommissi. ar. C. de vsu. & fruc. leg. seu fideicommis. l. ii. ibi tamen dicit in fin. post litem contest. ¶ Xvii. cùm agitur finium regundorum: vt C. fi. regun. l. iii. Vel dic, quòd ibi erat lis contestata, prout ibi not. tamen ante litis contest. fit ibi p-
d batio per agrimensorem [d]. ¶ Xviii. in Trebellianica restitutione.
e C. ad Trebel. l. pen. §. cùm autẽ [e]. ¶ Xix. in causa hæresis. Post mortem enim quis punietur sine litis contestatione: vt xxiiii. q. ii. sanè ii. C. de hære. l. iiii. ¶ Xx. cùm persona est incerta. v. q. v. quidam. ¶ Xxi. cùm agitur de aliquo possessore in beneficio obtinendo.
f ext. de eo qui mit. in pos. eum qui. [f] ¶ Xxii. in dilapidatione. arg. iii. q. ii. qui ea. & argum. C. vbi de cri. ag. opor. l. ii. ¶ Xxiii. in causa purgationis. extr. de purg. ca. cum P. & c. inter. j. vers. xxvii. ¶ Xxiiii. cũ quis est infra pubertatem, & timetur de eius variatione. ff. de Carb. edi. l. iii. §. ii. ¶ Xxv. in causa subreptionis. extra. de re iud. cũ olim. ¶ Xxvi. in notoriis, quando iudex in eis testes recipit ad cautelam. extra. de elect. bonæ. i. §. lex aũt. & j. de noto crimi. ¶ Xxvii. cùm quis deficit in purgatione, punitur lite non contestata. extra. de simo. de hoc. & c. insinuatum. & de coha. cler. & muli. tua. in fi. ¶ Xxviii. in libertate, secundum quosdam. C. de inge. ma. diffamari ¶ Xxix. vbi ante litis contest. aliquid incidenter opponitur: & probatur, ext. de testi. veniens. ii. & de app. super eo. j. sed fortè tunc lis est contestanda super incidenti: vt no. extra. de offi. deleg.
g prudentiam. §. sexta. [g] ¶ Xxx. vbicunque aliquid iudicis officio expeditur: vt extra. de spon. præterea. & de offi. iudi. c. j. C. fi. regun. l. iii. ff. de mino. in causæ. §. causa. extra. de consan. & affi. ex literis. de testi. cùm in tua. C. si vt se ab hære. absti. Authen. ibi posita. quod intellige de officio iudicis seruiente actioni: vt in expensis lite pẽdente factis, & huiusmodi: vt s. ver. prox. Secus si nõ seruiret actio-
3 ni, sed actio sibi: vt ext. de off. iud. c. ij. C. de iud. sancimus. † ¶ Xxxi. secundum Azo. cùm is, qui non possidet, liti se offert: quia & tunc
h lite non cõtestata fertur sentẽtia. ff. de rei ven. si autem [h]. ¶ Xxxij. secundum Vin, in odiosis, in quibus terminus accusatori præfigitur, in quo si non veniat, postea non audietur. extra. qui matrim. acc. poss. cum in tua. & de clan. despon. cum inhibitio. C. qui accu. non poss. si ea quę. extrà, de excep. pastoralis. ¶ Xxxiij. in exceptionibus dilatoriis & declinatoriis fori, & etiam in quibusdam perẽptoriis, scilicet cum excipitur de re iudicata, vel transacta, vel finita. iij. q. vj. c. si quis episcoporum. §. exceptio. extra. de re iud. inter monasterium. C. de proba. exceptionem. extr. de lit. contest. excep-
4 tionis. lib. vj. † ¶ Xxxiiij. secũdum Azo. cùm impubes ex Carboniano edicto, vel mulier nomine vẽtris petit se mitti in possessionem, vel cùm reo absente actor petit mitti in possessionẽ bonorum rei causa custodiæ: vel cùm quæritur an intersit actoris rem ei exhiberi: vel quando legatarius petit sibi satisdari pro legato: & quæritur an sit ei legatum relictum, vel cùm filius petit alimenta, & quæritur an sit filius: vel cum pignora capiuntur ex causa iudicati, & quæritur an sint condemnati. Hęc probantur ff. de Carb. edic. l. iii. §. causæ. & ff. de ven. in pos. mit. l. i. §. si ea. C. vbi in rem actio. l. pen. C. de bo. auto. iud. pos. Authen. & qui iurat. ff. vt in pos. leg. si is à quo. ff. ad exhi. l. i. & ij. §. sciendum. ff. de lib. agn. l. si quis à liberis. §. si vel parẽs. ff. de re iud. à diuo. §. si super. In his enim si vocatus sit contumax, possunt secundum Azo. testes recipi, & sentẽtia diffinitiua ferri. ¶ Xxxv. vbicunque agitur de iuribus, licet sup his rarò agi debeat inquirendo, nisi iusta causa subsit, secũdum pa-
i pam [i]. ¶ Xxxvj. in omnibus emergentibus, secundum quosdam, &
k breuiter vbicunque libellus non ad mittitur: quod dic vt j. de libel. concep. §. nunc dicendum [k]. aliàs autem, prẹterquam in dictis casibus specialibus: & si qui alii reperiuntur, non recipiuntur testes ex parte actoris lite non contestata, vt s. ex parte verò rei
5 sic: vt s. ver. viij. † ¶ In hoc autem est differentia: quia cùm testes actoris senes vel absfuturi recipiuntur, lite nõ contestata, non publicãtur, donec lis sit cõtestata: sed consignantur vsq; ad annũ: vt in præ.

ADDITIONES.

a Nunc tractemus. ¶ Quoniam in textu & his computatis xx. ex his casibus ibi not. in j. gl. & de his aliquid iij. q. ix. in sum.
b Cùm olim. ¶ Ibi de hoc in vlt. glo.
c Veritatis. ¶ Hostien. de hac decre. faciebat casum, quando agitur de reb. alienatis à prælato suspenso, vel excommunicato post inhibitionem. Gul. ponderauit non casum, sed modum ipse Hosti. dabat alios casus de decr. quam sit. de exces. præla. de decre. constitutus. de ap. de innouatis lite pendente, de consti. cum M. & cum vniuersali iudicio actum est post diffinitiuã. C. de peti. hær. l. j. hoc scripsi in decr. quoniam. super j. glo.
d Agrimensorem. ¶ Forsan diffinitio cum, scilicet de iudicis mandato finem ponit, quando certum est, quòd in prædio decem iugerum vnus habet sex iugera, alter quatuor.
e Cùm autem. ¶ Vide quod ibi not. in glossa penul.
f Qui. ¶ Lib. vj.
g §. sexta. ¶ Ibi gl. antiqua quæ incipit ex loco. hoc tenuit, quod in additione correxit.
h Si autem. ¶ Idem ibi act. & in l. qui se. eo. tit.
i Secundum papam. ¶ Vt post eum scripsi de iureiur. ad nostram. ij. super gloss. penul.
k Dicendum. ¶ Adde casus de offic. ord. quamuis. & de homi. pro humani. lib. vj. Item quos ponit clemẽ. de iud. dispendiosam coniuncta cum decre. sæpe. de verb. signifi.

in præ.c.quoniam.aliàs enim eis publicatis si didicisset testificata nõ posset alios producere.extra.de testib.vltra.& c.de testib.& c. fraternitatis.in Authen.eod.§.quia verò.Cùm verò testes rei recipiuntur, vt quia aliquis in hæreditate alicuius succedens, & timens sibi in posterum quæstionem moueri petit testes,de quorum fortè morte,vel absentia verisimiliter dubitatur, vel quoslibet alios [a] lite non contestata recipi:& tunc dicunt multi, taliter receptos statim publicari debere:vt extr.de testi.significauit.& c. Albericus.quæ iura in reo loquuntur.Nec obstat secundum eos præd.decre.quoniam.vbi non publicantur:quia loquitur in actore.Sed certè hoc concesso,sequeretur absurditas. Nam in partiũ fauorem inductum est, vt testes lite non cõtestata recipiantur, qñ timetur de morte,vel absentia,vel ad æternã rei memoriã,ne veritas occultetur,& probationis copia subtrahat:vt in præd.decre.quoniam.vnde non debet in eorum læsionem retorqueri.C. de legi. quod fauore.quod contingeret, si testes rei publicarentur:quia tunc nõ possent alios producere: vt iam in actore dixi. & sic copia probationis ei subtraheretur. Dic ergo, ꝙ siue actoris,siue rei testes recepti,ante litem contestatam non publicãtur, sed potius consignantur.ff.de except. si quod.& cũ hoc sit in actore, idem esse debet & in reo.arg.extr.de mutu.peti.c.fi.& extr.de excep.cùm inter.Et quia eadem ratio est vtrobique : ergo idem ius debet esse.extr.de consti.translato.Nec obstat præ.decre. significauit.vbi dicitur,quod eorũ dicta debent redigi in publica munimenta,nec decre.Albericus. vbi dicitur in publicam scripturam, quia hoc verũ est, quòd redigantur in publicã scripturam: non tamen publicabuntur vel aperient̃ attestationes partibus,donec lis fuerit contestata,& alij testes inducti,verum cùm reus citatus adest in iudicio, actor verò abest, tunc testes rei recipiuntur lite non contestat. & publicantur : & sentẽtia fertur : vt in concordant. quæ sunt s. versiculo, viij. argumentum. tamen contra præmissa in his,quæ not.j.§.satis.versi.xviij.[b] †¶Sed quos vocat
6 senes?Quo ad præmissa, videtur quòd eos, qui sunt lxx.annorũ, qui excusantur à tutela.ff.de excus.tuto.l.ij.C.qui æta.lib.x.l.vnica.& C.eod.tit. lib.x.l.fin.ff.de test.inuiti.Vel fortè centum annorum.C.de sacrosan.eccle. vt inter diuinum [c].Recipiuntur autem prædicti,cùm ciuiliter agitur:vt in præd.decre.quoniam.Quid si criminaliter?Respon.tunc no,secundum Bart. quia in criminalibus strictissimæ probationes requiruntur.v.q.vj.Epiphanium.C. de proba.l.fi.nec in eis testes coguntur.extrà.de testi.cogen.dilectorum.Vincen.contrà [d],ex quo de testium morte timetur:quia
7 iam actor ad talionem lite mota tenetur.†¶Illud autem scias,ꝙ vbi iura dicunt posse lite non contestata procedi,intelligendum est altera parte se contumaciter absentante.Si enim vtraque præsens sit, non valet processus: nisi quo ad omnia iuris ordo seruetur.Quòd dic prout not.extr. qui fil.sint leg.per venerabilem.in gloss.quæ incipit:vt ij.q.vj. Sed & si in aliquo de prædictis casibꝰ altera pars contumaciter absit. dicunt quidam ad singula litis capitula citandam. Alij verò dicunt, quòd tantum ad sententiam sit citanda. ad hoc infrà,de accus.§.viso.versi.item licet.

ADDITIONES.

a Alios.¶Non sunt ad hæc duo miscẽda,sicut miscet auctor hìc & statim ibi,vel ad æternam. Additio. & quonam pacto publicentur testes ad perpetuam rei memoriam, & de materia vide latè Alexan.consi.318.incip.super themathe ver.quantum autem.in ij.colum.in ij.vol.& per Phili.Corn. consi.clxxij.incip.primus cõsultationis articulus.in ij.volu.Soc.in trac.suo fallen.in reg.313. Henr.Frran.

b Ver.xviij.¶Et huic ꝯrio statur,vt scripsi in decre. significauit.in glo.dixit hic Inn.& super glo.ij.Et ratio supra dicta parum valet: cùm tunc sibi liceat producere quot vult. Si ergo testes absunt, per quos probari vult, differat hoc, siue sit reus, siue actor agere nõ valens:puta quia non extat dies vel conditio,quæ posset etiã in multũ tempus differri,& testes licet tunc sani & mansuri,interim deficere possunt.Et ob hoc prędixi, nõ esse miscendã receptionẽ,q̃ fit,dũ timetur mors testiũ vel absentia diuturna, cum illa,q̃ fit ad æternam memoriã, cũ primorum dicta consignẽtur,secunda publicentur.Item in secunda recipiuntur sani testes & mãsuri.Item eorũ dicta durabilia,primorum non:vt in decret.quoniam frequenter.post prin. Sed de his testibꝰ receptis ad æternã memoriam dubitatur,an valeant ꝯtra extraneos, an verò solùm contra illos,quorum fuit facta vocatio?& vt scripsi post Inn.eo. titu.significauit.in gl.dixit hic Inn.ver.vbi verò,& in decr.Albericus.in glo.quid si.versic,alij verò dicunt ꝙ aliis nec prosunt, nec obsunt.per l.C.de dona.inter dona.& ff.de iureiuran.& si possessori.in fi.cũ l.seq.Scias Dyn. in suo v.cõsilio in hypothecaria tenuisse,quòd testes recepti ad æternam memoriam super obligatione bonorum,puta inter pacem facientes,si pax frangeretur,si ante productionẽ & probationẽ illam alter paciscẽtium vẽdiderat aliqua bona & emptores ñ fuerũt vocati:illa probatio eis nõ nocebit,sed oportebit ꝯ eos de nouo probari. Verùm post probationẽ illã si fiat vẽditio,cũ illa ꝓbatio iã affecerit vẽditorẽ,&ei nocuerit,nocebit etiam emptori. Allegat C.de pigno.l.præses ꝓuinciæ.ff.de pign.l.si superatus.§.fi.ff. de excep.rei iud.si mater.§. fi.Et aduerte,quia ad prædicta non obstat l.inuitus.§.plerunq;.ff. de regul.iur.quæ vult,in petendo & defendendo eandẽ causam esse emptoris,quæ venditoris.& l.j.in eo.titu.§.j.quæ dicit,quòd non debet esse alicuius melior conditio,quàm sui actoris:& qui dicunt,quàm alienatio debitoris non facit conditionem creditoris deteriorẽ.C.de pig.debitorẽ.& de distra.pign.si debitor.&his similia: quia fateor ꝙ illa hypothecaria bene durat in rebꝰ vẽditis post ꝯtum,&ante probationẽ.quod etiam tenet Dyn.in alio articulo eiusdẽ ꝯsilij,vt statim dicã.Sed hoc solùm dico,ꝙ illa ꝓbatio non præiudicat ei,qui prius emerat,non vocato.aliàs facile esset cuilibet venditori perimere ius emptoris,præcipuè quãdo propter venditoris inopiam,vel aliàs euictionis actio esset sibi inutilis.idem tenuit Hugo de Fontana in sua quæstione,quæ ĩcipit,duo fecerũt inter se pacẽ.Et addidit idem esse in confessiõe venditoris dicẽd:vtũ s.facta ante venditionẽ præiudicet emptori:postea facta non præiudicet. Scias etiã, quòd in quæstione, & in consilio.vt declarem quod de hypothecaria dixi,ponitur thema ex duobꝰ q̃ fecerũt pacem,promittentes non ꝯfacere ad certã pœnã:& obligauerũt vicissim oĩa bona sua ad illã soluendam parti offensæ alter illorũ vendidit aliqua sua bona : post tempus fregit pacem probata coram iudice obligatione & fractione pacis.Et facta excussione bonorum frangentis,agebatur ꝯ emptores,qui emerant ante fractionem hypothecaria:qui se defendebant pro eo, ꝙ venditor non erat debitor tempore venditionis: sed incœpit esse tempore fractionis : quo tempore res exiuerat dñium frangentis.Allegabãt ff. qui pot.in pign. hab.l.j. & l.potior.j.respon.C.de iur.fis.l.j.lib.x.&de bo.damna.l.si quis.post.ff.de verb.oblig.cùm filius.§.in hac.Prædicti doctores tenuerunt ꝯriũ per l.potior.ij.resp.§.qui pot.in pign.hab.& l.qui balneum.e.tit. ff.de sol.si sub conditione.de peri.& commo.rei vend.l.necessariò.§.quod si pendente.de naut.fœn.l.nihil. & de vulg. & pupil. substi.l.fi.§.Titius.de fideiu.si à reo.§.item sub diuersis.Responsionẽ ad l.j.& l.potior.j.resp.prius allegatas,vide de rescrip.si ꝓ te. lib.vj.in & super quarta glo. Adde quomodo & quando possint examinari testes ad æternam rei memoriam,lite non contestata, Alex.consil.cc.ij.lib.

c Diuinum.¶Vide quod de hoc plenius scripsi in decr.quoniã.super verbo,senes.& de sensatis,ij.Regum xix. & in Psal.89.ibi:Anni nostri &c.

d Vincen.contrà.¶Tamen alternatiuè,vt scripsi in decret. quoniam.super tertia glossa.

SVMMARIVM.

1 *Probare volens inutile,seu impertinens,non debet admitti.*
2 *In iudicio nil agi debet occultè.*
3 *Actor non debet quam primùm reo numerum,seu nomina suorum testium producendorum dicere,ne subtrahantur.*
4 *Nomina testium exprimi iubentur post eorum attestationem publicationem.*
5 *Confessio aduersarij dicentis se credere,sicut in instrumento continetur,an valeat.*
6 *Producere volens testes in iudicio,debet eos facere vocari per iudicẽ,si enim se ingerant.sunt suspecti.*
7 *Productiones testium possunt plures fieri sub vna dilatione per iudicem assignata.*
8 *Quarta productio testium,vel dilatio,non est danda sine solemnitate legali.*
9 *Iuramentum secundò præstitum,vbi semel tantùm iurandum erat,an prodest.*
10 *Testibus productis super exceptionibus, an possit dari alia productio cum solennitate legali.*
In accessorio idem iuris est,quod in principali.
11 *Testium quinta productio nullatenus concedenda est.*
12 *Si testis iurauit in iudicio, sed nondum sunt articuli dati, vel interrogatoria, quid iuris.*
13 *Testibus debetur conductus & securitas,& omnis formido illis amputãda est.*
14 *Si quis petat testes intra terminum examinari,qui nolunt testificari,ex quo succumbit,cui imputabitur.*
15 *Testes producendi de vno loco ad alium,qua prouidentia mitti debeant.*
16 *Forma qua iudex iudici scribere debeat,vbi testes de vno ad alium mittuntur. Iudex iudici scribens non præcipiet,sed rogabit.*
17 *Delegatus papæ,vel episcopus,vel cui vniuersitas causarum est commissa,potest alteri receptionem testium committere.*
18 *Clausula illa,testes autem,& quæ habentur extrà,de testi.cog.ca.j.quomodo intelligantur.*
19 *Odium testium quomodo probetur.*
20 *Exceptio peremptoria opponi debet postquã actor suam intentionẽ fundauit.*

21 *Is cui committitur exceptio testium super principali, non debet recipere reprobationem, nisi sibi specialiter committatur.*
22 *Iudex an aliquo casu possit mittere notarium causæ, vel alium pro voluntate partium ad testes diligenter recipiendos.*
23 *Iudex ad mandatum alterius iudicis testes recipiens, qua forma rescribet.*
24 *Commissio illius, cui testium cõmissio datur, nõ valet, nisi id partes approbent.*
25 *Rescriptum, vbi committitur testium receptio intra certum tempus facienda quomodo intelligatur.*

¶Qualiter sunt testes producendi.

a 3.§. Qualiter autem [a] sint producendi testes, breuiter annotemus. Et quidem actor prius producet suos, deinde reus: & dic vt infrà, in titu. de proba. §.j. ad fin.
b actore igitur volente testes producere, dicat reus [b]: frater, dic mi
1 hi, super quo vis testes producere? † Si enim vis probare impertinens & inutile, non debes admitti. C. de probat. ad probationẽ. j. cum suis concord. extrà, de offic. leg. cum contingat. in fin. Nec etiam superflua debes probare, vel quæcunque velis, sed solùm ad causam facientia. ff. de peti. hæred. si quis libertatem. vltra medium. ff. de iureiurã. si duo. §. ij. C. qui legi. perso. l. momentaneæ. Quòd si actor dicat, non faciam: quia iudici, nõ tibi est probatio facienda, & sibi dicam quod debebo: vt C. de condi. ob turp. cau. l. j. ext. de rescrip. inter cæteras. ij. q. vij. pleriq;. ff. de prob. quinquaginta. Ad hoc reus replicet, qꝫ cùm dixerit iudici, iudex dicet ei: quia
2 nil occultè in iudicio debet agi. † Et certè dicendum est parti, q̃ aliquando plenius quam iudex discutiet, an sit talis probatio admittenda, vel non. Et probantur præmissa extrà, de testibus. ad hæc. aliàs incipit, præsentium. lib. vj. C. si per vim, vel alio modo. l. fin. extrà, de in integ. resti. tum ex literis. prope fin. C. de dila. à ꝓcedente. De quo dic vt j̃. §. nunc videndum. ver. sciendum est igitur. & seq. Deinde petat reus illud sibi in scriptis dari: quo quidẽ fieri debet, ne detur materia negandi verum, & probandi falsum. extrà, de probation. quoniam contrà. ff. eodem. quoties. §. interrogationes. ff. de edend. l. prima. §. editiones. licet sit argum. contrà in ead. l. §. edere. Iudex ergo de officio suo faciet hoc in scriptis per notarium causæ redigi, & sic parti copiam porrigi, ne veritas possit perire. ff. de testi. curent. C. de fid. instru. plures. Vel occultari, decimaquarta. quæst. ij. quanquam, vel negari. xxvij. quæ. ij. omnes fœminæ. xx. quæst. j. vidua. ff. de pig. contrahitur. & facit C. de arbi. ne in arbitris. §. sed & si ipse. quam scripturam in curia articulum appellamus, de quibus dicam in præd. §. videndum. in
3 princi. † ¶Post hoc dicit reus: Frater dic numerum & nomina testium, quos intendis producere: vt in prædict. decr. præsentium. §. testes. Actor verò dicat, non dicam, quia nescio: & si scirem, nõ dicerem: quia procuratores mihi eos subtrahere: vt extrà, eod. intimauit. & capitul. constitutis. Non enim cogor aliquid contra me dicere, vel facere. C. eod. nimis. quarta. quæst. tertia. versic. qui intendit. extrà, de proba. capitu. j. quando enim testes producentur, videbis qui sunt: & iudex eorum numerum inspiciet, & faciet suum officium. iuxta l. ff. de testi. l. prima. in fin. & extrà. eodem, cùm causam. Sed dicet reus: imò dices: quia sic est fieri consuetum: vt infrà, versic. iudex ergo. Si enim velis producere eos, qui mortui vel intestabiles sunt, non debes audiri. Et cautè etiam faciet, si quærit, an velit aliquos producere, nisi quos nominauit: & si dixerit, non faciat hoc scribi, & postea dicat iudici, quòd non est alia dilatio danda ad producendum: quia nulla fides testibus adhiberetur, vel quia sunt viles & infames. extrà, de probat. licet. ff. de testi. l. tertia. ff. ad Velle. l. aliquando. extr. de testi. testi-
c monium. Dixit autem Vber. [c] quòd de iure non tenetur quis dicere nomina testium absolutè: nisi vbi est hoc fieri consuetum, vt mutinę, & in quibusdam aliis locis: vel nisi appareat, quòd frau
d dulenter subticeat [d]: ne super his instruatur aduocatus vtriusque partis ad corrumpendum, vel impediendum testes: vt ff. de arbi. non ex omnibus. & C. de postu. l. pen. C. si pig. in causam. in l. secũda. Nec obstat præd. decret. præsentium. quæ dicit, quòd nomina testium reprobandorum exprimantur in articulis, super quibus deponent testes reprobatorii. Hoc enim ideo fit, ne sit locus variationi, volendo fortè quòd testes deponant contra eos, quib⁹ nulla exceptio fuerat opposita: quod fieri non debet. extr. de re-
e scrip. cùm in multis [e]. Aliud autem est, cùm quis in causa vult testes inducere: quia tũc non tenetur eorum numerum, vel nomina aduersario dicere: sed iudici, eo modo quo iam infrà, dicetur. Sed adhuc est contrà, extra. de accusa. qualiter. secundo. § debet
4 autem. Sed † ibi post publicationem attestationum testium no
f mina exprimi iubentur. [f] ¶Eadem † quæstio etiam & solutio fie-
5 ri potest in nomine tabellionis: qui dicitur confecisse instrumentum, quo quis vsurus est, ne detur materia fabricandi falsum. Nam solum corpus instrumenti, vel summæ, quæ petitur, edendũ est. At nomina tabellionis vel instrumenti non sunt de corpore, seu de summa ipsius debiti. argument. ff. de eden. l. prima. §. diem autem. ¶Quid ergo si fit ex aduerso talis positio: Pono, quòd si aduersarius vtatur aliquo instrumento, talis notarius illud confecit: vel tales testes fuerunt: vel fuit tale factum? Dicunt quidam respondendum esse: & consulunt vt respondeatur sic: Credo sicut in instrumento meo continetur. Nec obstat, vt dicunt, quòd per hanc responsionem incertus remanet interrogans: vt ff. de interrogato. act. de ætate. §. qui tacuit. & §. vide. quia iudex cui instrumentum ostenderetur, certus efficietur. Sufficit enim sibi fieri fidem: vt C. de eden. l. procurator. Alij dicunt non esse respondendum, ne legi obuietur. ff. de sponsa. oratio. & ff. de tuto. & curator. dat. ab his. scire. decima distinctione. vides. & vide infrà, de edit. instru. §. nunc dicamus. versicu. quid si quis. Cæterùm in hac responsione, Credo sicut in instrumento continetur. Dicunt quidam, quòd valet: quia aut interrogans habet illud instrumentum & per eius lectionem certus potest effici. Aut non habet, imò interrogatus tantùm illud habet: quo casu sufficit, si illud responde at iudici. argument. ff. de re iudic. ait prætor. §. primo. C. de eden.
6 l. fin. Insti. de leg. §. ex contrario. † ¶ Volens ergo testes producere: faciat eos per iudicem vocari. Si enim se ingerant quodammodo sunt suspecti. ff. de procurato. quæ omnia. C. de testi. Authen.
g rogati [g]. & etiam inuiti quandoque producuntur: vt j̃. eodem. §. de testium. Dabit ad hoc iudex dilationem competentem, prout traditur tertia. quæstione tertia. capitu. induciæ. §. spacium. Iudex ergo assignabit dilationẽ seu terminum, intra quem quis ꝓducat testes suos: quo facto is, qui producturus est, colligat omnes, quos poterit habere, & eos producat, & iudici repræsentet, & dicat ei: Domine, hos testes vobis represento in tali causa, pro prima productione. & postea colligat alios, & eos represẽntet, & dicat ei: Domine, hos testes vobis præsento pro secunda. Tertiò
7 colligat alios, & eos pro tertia repræsentet. † Quod totũ fiat sub
h vna dilatione, & hoc secundum Gofr. [h] & alios, qui dicunt vnam tantum dari dilationem, sub qua possunt tres fieri productiones:
i & secundum T. [i] quælibet productio debet continere vnam vel plures dies ad arbitrium iudicis. Vnde secundum dominum me-
k um [k] caueat notarius qualiter scribat: debet enim sic dicere, Assignata est dies ad faciendum primam productionem. Si enim diceret dilationem, non daretur secunda dilatio sine causæ cognitione. Vel sic planius in principio scribat, Hi sunt testes producti
l ab M. contra B. Alij, vt Ber. T. [l] & Azo, & alij, dicunt tres dari dilationes, & sub qualibet earum plures fieri posse productiones: verùm licet actor habeat tres productiones, vel dilationes ſm alios de meo tamen consilio non differat omnes testes producere in vltima: sed producat oẽs, quos habere poterit in prima & secunda, propter varia impedimenta, quæ sæpe in talibus occurrunt. Nocuit enim differre paratis. & vide quod not. infrà. de probation. in princip. Finita autem dilatione seu productione venient testes: & tunc is, contra quem inducuntur, eos videbit: & cognoscet

ADDITIONES.

a Qualiter autem. ¶Sup. & quando: vt in prin. dixit.
b Dicat reus. ¶Vsus causarum nõ recipit prolixitatem verborũ inter partes, q̃ ponit hic Guli. & quando habuit ab Vber. de Bobio charta 3. vbi incipit tractare de productione testium facta in litis contestatione, & iurato de calumnia actor non requisit⁹ format articulos, quos probare vult per positiones: & aliter si negetur, quibus negatis datur copia reo, vt opponat, vel vt interrogatoria faciat. de hoc infrà, §. ij.
c Vbert. ¶Loco in princip. huius §. allegato.
d Subticeat. ¶Ratio prioris dicti, non proximi.
e Multis. ¶Lib. vj.
f Iubentur. ¶Hostien. in Summa de dilat. §. ex quibus. vltra princi. versicul. & nota quod ad partem. quod nominandi sunt testes, al leg. etiam Authen. de testi. §. quia verò multi. de testi. cog. capitu. primo. & capitu. cùm contrà. & clausulam, testes autem, &c. quæ sæpe ponitur in literis. eodem. titul. cùm causam. Sed verum est. quòd illos, quos vult citari, oportet iudici nominare, & apud acta describi.
g Rogati. ¶Et festinare præsumũtur. vt veritatẽ corrũpant. in aut. eo. ti. §. si verò ignoti. Non obstat. C. ea. l. eos. & l. liberto. ff. e. l. Iulianus. & l. inuiti. j. & ij. & qa ibi spõtanei vel non inuiti dicũt, qui citati cõpulsionẽ nõ expectant: non tamen se offerunt. Non obstat si dicat, quòd etiam ad dignitates quis potest se offerre ĩ quo oppone & solue vt not. j. q. vj. c. vltimo.
h Secundum Gof. ¶In decr. in causis. & in summa huius tit. 3. col. ver. testes producti.
i Secundum T. ¶Tit. quando & qualiter testes sunt produ. in fin.
k Secundum dominũ meũ. ¶In Sum. de dila. §. & qlibet. post prin.
l Vt Vber. T. ¶Qui hoc no. in decr. in causis. e. tit. Et vide quod ibi dixi super j. gl. & de hoc in Auth. eo. §. quia verò.

gnoscet quod facere decet. C. de iur. del. l. fi. §. j. & considerabit an
sit talis, qui possit esse testis: vt j. in fi. huius §. Quando autem in-
cipiat currere tempus huius dilationis, & quid intra illud agendū
est. & qui dies, vel quæ alia debent de ipsa deduci, not. secundum
a papam extr. eo. vltra a. † ¶ Quarta autem productio vel dilatio se
cundum alios non dabitur sine solennitate legali, quæ talis est:

FOR. Iurabit enim is, qui eam petet, quòd non fuit percunctatus dicta testium per se vel alium puta aduocatum, vel procuratorem. Nec ea didicit, vel subtraxit: & quòd non petit quartā productionem per aliquem dolum, machinationem vel artem: sed quia nequit vti testibus, quos producere intendebat: & tunc cōcedet petenti quartam productionem, etiam postquam renunciauit. & etiam postquam aduersarius didicit testificata: ipse verò non secundum Vin. in Auth. de test. §. quia verò multi. col. vij. extra. eo. vltra. & in c. in causis. & c. significauerunt. C. de proba. Authen. at qui semel. Sed antequam renunciet productioni testium quod dicitur. quarta productio: exempli gratia dicitur: potest ēm millesimam productionem habere, ex quo non renunciauit: & si bi existimat expedire, secundum Vinc. qui hoc not. in prædict. c. significauerūt. T. verò, & Ber. not. extra. eod. in causis. quod post renunciationem nullum inducere potest. Vnde non dabitur tūc quarta dilatio: vt eod. titu. de testibus. & c. cùm venisset. De hoc j.
b §. satis. versi hoc etiam not. b Item ad hoc, quod dixi de millesima
c productione, est contra præd. Authent. at qui semel. c Cæterum
si quarta productio legitimè, id est, cum solēnitate petatur, iudex
verò nulla causa assignata eā deneget, ex hoc iustè poterit appel
d lari. quod dic secundū papam, prout not. ext. e. significauerunt. d
9 † ¶ Sed quæritur, hic iuratur, cùm iam iuratum fuerit de calum-
nia. nec debeat nisi semel iurari: vt in Authen. de his qui ingre. ad
e appel. §. fin. e Respondeo, hoc est speciale propter falsum iusiurandum: vt in Authen. de fi. instru. §. nec verò. vel ideo, quia plus solet timeri, & c. xxiij. dist. quanquam. extra. de hære. vergentis. ff. de fur. item apud. §. hoc edicto. & vbi talia iuramenta inueniuntur, specialia sunt. extr. de testi. præsentium. nam & aliàs iuramentum de calumnia ad oīa huiusmodi sufficere videtur. Sed pone, ꝙ antecessori meo cōcessæ sunt induciæ, vel tertia productio: nunquid mihi succedēti ad quartam onerosam confugiendū est? Respon. nō, nisi velim. Iure enim cōi habeo dilationem, ff. de fur. l.
f oratione. secūdū Vin. f † ¶ Sed cū super exceptionib. testes ꝓdu-
10 cant: vt extr. de testi. c. de testibus. nunquid in eis dabitur quarta
ꝓductio cū solennitate legali? Videtur quòd sic: quia idem iuris est in accessorio, quod in principali: vt extr. de offic. deleg. prudētiā. in fi. Sicut ergo in principali causa cōcedit, vt prædictum est: ergo & in exceptione, quæ est accessoria. G. Na. contrà, per præd. decre. prudentiam. §. sexta. vbi dicitur, intra terminum competē-
g tem g. Præterea huiusmodi exceptiones odiosæ sunt, & frequenter per excogitatam malitiā opponūtur: vt extra. de do. & contu. finem. & extr. de excep. pastoralis. de resti. spol. frequens. in prin. lib. vj. & patet. extr. de fid. instru. accepimus. versi. si verò. iiij. q. v. c.
11 vnico. † ¶ Quinta verò productio nullatenus cōceditur. Et hæc vera sunt, vbi in prima, secunda & tertia aliquos produxerit. Si verò fuit legitimè impeditus, vt nullū produceret: hoc probato, dabitur etiam quarta & quinta, & millesima productio. Vel secundum aliam opinionem secunda, vel tertia dilatio si necesse fuerit sine iuramēto. hoc n̄ ꝓsequor amplius: qa de hoc plenè not. in p̄. concor. & 3. q. 3. ca. induciæ. §. spacium. & in Summa domini mei in tit. de dila. §. & quibus. ¶ Testibus autem iudici præsentatis, expectabunt testes ipsi, donec deposuerint, vel saltē per quindecim dies. C. eo. si quando. C. de appel. eos. & non vltra. arg. ibi, & ff. de
12 ta. exhi. l. iij. §. exhibere. † ¶ Quid ergo, si testis iurauit. sed non-
h dum sunt articuli dati, vel interrogatoria? h Respon. Dicunt quidā, quòd expectabit per xv. dies: vt in præd. l. si quando. expensis eius, per quem stat, quo minus recipiatur. C. depo. l. fin. in fin. vel producentis: vt j. versic. proxi. primum verius. Alij dicunt, quòd recedet, & imputet sibi, qui nō dedit articulos vel interrogatoria. C. deposi. l. fi. in fin. Dic committi iudicis arbitrio, quòd pro-
i cedat vel differat, ff. de iudic. non quicquid. i ¶ Testes autem exhibendi sunt sumptibus producentis. 4. q. 3. c. si testes. §. venturis. C.
k eo. quoniam k. Recipientur etiam testes præsente altera parte, vel se contumaciter absentante: vt dicam j. eod. §. nūc tractandū. Iudex quoq; debet effrenatam testium multitudinem refrænare
13 vt dicam j. §. restat. versic. hoc etiam not. † ¶ Debet quoq; ipsis ꝯductum, & securitatem præstare, & omnem formidinē amputare: vt iij. q. ix. hortamur. Is quoq;, cui datus est terminus ad testes producendos satisfacit termino, si infra illum eos producat, & iurare faciat: licet infra illum non fuerint examinati. argumentum. C. de testibus. l. penultima. & sic seruat. Secus fortè. si datus fuit terminus ad probandum, vel ad producendum, & ad facien-
l dum illos examinari: argument. ff. de probatio. licet. in princip. l argument. contrà, extra. de offic. deleg. consuluit. Sed de hoc dic
m j. de dila. §. j. ver. sed quid si. j. m † ¶ Quid si petit testes intra termi-
14 num

ADDITIONES.

a Vltra. ¶ Quod scripsi in v. q. & vlterioribus.
b Etiam not. ¶ Et j. §. fi. per totum.
c Qui semel. ¶ Cessabit contrarium, si dicatur illam millesimam fieri inter dilationes.
d Significauerunt. ¶ Vide quod ibi plenè scripsi in gl. quicunque. & in gloss. nota quòd.
e §. fi. ¶ De hoc not. in præ. decr. vltra tertiam. in glo. ij.
f secundum Vin. ¶ In præd. c. significauerunt.
g Competētem. ¶ Et ibi hoc recitabat, vt in suis reportationib. patet. & qđ plus est, dicebat per illud singulare vnicam dilationem dandā in odiosis: qđ ꝯcedi posset in his odiosis, q̄ differunt, & nō perimunt: vt in decr. frequens, j. alleg. & de excep. pia. lib. vj. in peremptoriis in quibus maius periculum est, secus. Nam & in præ. c. de testibus. patet testes quandoq; simul super peremptoriis & principali deponere: per quod patet illa in hoc satis æquari, vt dicebatur primo.
h Interrogatoria. ¶ Non debent testes citari, nisi cùm conditio, & status causæ requirit: vt de rescript. statutum. §. penult. libr. sexto. quare malè facit sic citatus. & videtur citatio non arctare, vt ibi not.
i Quicquid. ¶ Vber. fuit iste versi. quem ponit Ioan. de Deo. Cauil. lib. v. Rub. de test.
k Quoniā. ¶ Et in præd. decre. statutum. §. pen. & vltra ibi no. in gl. antepe. f. quòd licet iuret dicere pro vtraq; parte: nō t̄n pp id cōtribuit is, ꝯ quem producitur. Sic etiam dicas, quòd propter interrogatoria, quæ dat ille, contra quem testis producitur, super quibus vult testē examinari, ipse non debeat contribuere ad expensas: quia non producit illum, & producens tenetur, vt suprà dictū est. Item & si pars non daret interrogatoria, iudex tenetur illa facere. eo. tit. cùm causam. in prin. & c. venerabili. ff. eo. l. iij. in prin. Alleuiat ergo hæc pars iudicem: nec prouocat, sed prouocatur, & ad defensionē vrget. Facit de excep. cū inter. ff. de condi. fur. & iō. & sic seruat. Itē per præ. §. pe. & iura ante illum allegata, dicim⁹ antequam iter testis arripiat, sibi ministrandas expensas pro eundo, & c. Quod intelligo, nisi producens per se, vel suū ministrum illas sibi exhibere velit. Nō obstat de censi. cū instantia. in fi. quia ibi multi singulariter erant obligati: hîc vnus producens tantùm Dico ēt n̄ haberi rationē expensarū quas domí faceret, per no. in præ. c. statutum. §. insuper. in gl. n̄ quē minores: & tūc maximè qn̄ expensas in domo lucratus fuisset. ff. ad exhi. sed & si. §. ij. & si personæ conditio id requirit, soluet ēt vecturas equorū. ff. mā. ideq;. §. item Labeo. & ff. pro socio. l. si inter fratres. §. si quis ex sociis. & de tu. & ratio. dist. l. j. §. si pupillus. in fi. etiamsi testis propriū equū duxerit, quē locare solebat. Bene facit ff. manda. si verò non. §. si mihi. Itē videtur, si locare non solebat. aliàs producens fuisset vecturam soluturus. Facit ff. de vsur. l. & in cōtraria. Item si producēs de certa summa pro die cōuenisset cū teste: soluisset pro decē diebus. ille prius expeditus residuū restituere tenetur. ff. man. creditor. §. si inter. ij. respon. & de leg. ij. l. antepe. §. j. & de ali. leg. l. pecuniæ fortem. Adde vt per modern. in l. recusare. §. si quis alio. ff. ad Trebellia.
l In princ. ¶ Datur hodie terminus ad probandum, & probatum habendum.
m Si. j. ¶ Quod ibi dr̄, non terminat hunc casum. ibi enim de testib⁹ examinatis, sed non publicatis: hîc verò de non examinatis. hoc autem forsan intellexit, quod s̄m illos, secundū quos requiritur publicatio, fortius examinatio: quasi de illa non dubitaretur: tamen vt ibi patet, dubiū publicationis restringitur ad casum decr. pia. de excep. lib. vj. quæ facit etiam pro secundo membro solutionis: quia ibi datur termin⁹ ad probandū, vt ibi scripsi super vers. octo dierū. Archi. tenet, ꝙ n̄ sufficiat intra illos testes iurasse. Ioānes de Faso. de quo mentionē feci, s. de off. iudi. §. vlt. in princ. tenet idē, principaliter, qa dilatio scd'a dāda nō est, nisi ex cā. ff. de feri. l. fi. Item lapsus termini. & qa se arctauit, obstat ei. C. qui acc. nō possunt. si ea. ff. de rei vend. nā si. itē lex, si qn̄. C. eodem titul. vbi vltra xv. dies iudex non p̄t tenere testem: principaliter inducit ꝙ iurare & deponere coniunctim requiruntur: & tunc inseparabilia, & primum fit pp s̄m. Vnde lex vult, quod iurati deponant. C. de test. l. vlt. in fin. & qui testa. fac. pos. furiosum. & quod ibi not. Nam quòd de indiuiduo non sufficit facere partē, inde est quòd imperfectum dicitur nullum. Institu. quibus mod. testam. infirm. Pro istorum opin. bene facit extrà. de senten. excom. cùm desiderес. in prin. & c. quod in dubiis. j. resp. Facit ēt optimè quod dixi in regula, non est sine. de reg. iur. lib. vj. In secunda parte quæstionis de teste, qui falsum deposuit non iuratus, fertur Dyn. tenuisse cōtrarium per l. vnicam, in fin. ff. de bonor. poss. ex testamento mi.

num examinari, sed ipsi noluerunt testificari: & sic succubuit? Dic ꝙ ei imputabitur, si non fecit eos cogi, secundum Uber. ff. de tab. exhi. locum. §. hoc interdum. siue cā sit ciuilis, siue criminalis. C. de test. si quando. ff. eod. l. j. §. j. Si autem petiit cogi, sed iudex non coegit, iudex damnum resarciet, ſm eum. ff. de mag. conue. l. j. ff. đ
a dam. inf. l. iiij. §. pen. [a] Sed nunqd testis, qui noluit iurare, tenetur?
15 Dic vt j. §. prox. ver. qd ergo si testis. † Sunt autem [b] testes produ-
b cendi de prouincia in Italiam, vel econuersò: vel de prouincia in prouinciam, vel de ciuitate in ciuitatem, si iudex id prospexerit expedire: si verò nolit, nec expediat vocare testes coram se, debet scribere iudici, sub quo degūt, vt eos recipiat, & secundū formā infrà traditam: & ille sibi mandabit quanta fides sit testibus adhibenda. Prius tamen quàm scribat, recipiat cautionem ab eo, cōtra quem inducuntur, quòd vadat vel mittat intra terminum cōpetentem ad videndum iurare testes: & hoc in ciuilibus causis. Nam in criminalibus præcisè cogentur testes venire ad iudicem, qui de causa cognoscit. Hæc probatur in Authen. de testi. §. quoniam sancimus. C. de fid. instr. iudices. extr. de fideiuss. constitutus.
c in fi. [c] & not. s. in tit. de iudi. deleg. §. iam nunc. ver. sed secundum
16 præmissa. † Scribet autem iudex iudici sub hac forma:

ADDITIONES.

☞ & maximè cum sua gl. quæ vult militē eē, & vt militē testari: licet nō sit ī numeris. Sic soluēdo ꝓriū de l. ex eo. ff. de mili. testa. quod ēt scripsi de priuil. c. pe. super j. gl. Et secūdum aliam solutionem, quam ibi scripsi, & quam veram puto, illa lex non facit: & dato quòd vera esset solutio contrarij, distinguens an sit iuratum: non tamen probat ad quod inducitur. ibi enim de commodo iurantis, quod sibi merito debetur, ex quo grauatus est iuramento: hic de commodo producētis. Fateor ergo, quòd ibi iurans miles est, & habet commoda militum: iste iurans testis est assumens illud officium, & iurando habet commoda testium, puta ius reuocandi domum, & sumptus. ff. de iudi. l. ij. §. legatis. de rescrip. statutum. §. pen. lib. vj. non per id dici potest producentem probare. Unde dominus Iaco. de But. qui in sua disputatione tenuit, quòd depositio post terminum facta valeat, illam legem non induxit, sed inter alia allegat, quòd licet productio testis spectet ad partem, examinatio tamen spectat ad iudicē, cuius debet intrare secretum. C. eodem titu. nullum. Addo, quòd etiam ad petionem eius, contra quem examinationem facere debet, vt not. in l. si quando. C. eodem titu. debuerat etiam aduersarius instare. Protelatio ergo iudicis procedat sine præiudicio producentis. ff. de iud. l. ij. §. in omnibus. Mihi placet distinctio Gul. in primo membro, & etiam in secundo: saluo quod no. ī. de dila. §. j. ver. illud quoque. in fin. Adde, quod Roma. consi. cccclxiij. incip. quo ad primum, tenet, quòd si sit statutus termin⁹ ad probandū, & testes iurauerint in termino, quòd valeat depositio facta, post terminū. Et ita dicit tenere Io. Cal. consi. j. sub rubr. de testib. Domi. de Rota conclusione ccxcij. & cccclxxi. Bar. de dam. infe. l. dāni infecti. §. Sabini. Bald. in l. si quando. C. de testib. & in rubri. C. si ex fal. instru. & l. Antistius. de acqui. hære. Anto. de But. in c. licet causam. de proba. de quo vide Bald. etiam consi. cccviij. incipiente, statuto cauetur. lib. iiij.

a §. penul. ¶ Ad literam fuit ver. ipsius Uber. de Bobi. vbi tractat de testib. circa medium.

b Sunt autem. ¶ Inchoant verba Tancre. vbi suprà, quæ prius fuerunt Azo. in Summa, versi. producendi autem sunt. except. versi. prius tamen.

c in fi. ¶ Vide quod ibi not. in glo. antepen. & quod super ea dixi. & quod not. de rescript. statutum. lib. vj. in gl. penul.

¶ Commissio receptionis testium.

TALIS tali salutem in Domino. Noueritis quòd inter talem & talem talis quæstio vertitur coram nobis, in qua actor ad suam intentionē probandam quosdam testes, vt asserit vestræ iurisdictionis producere intendit. Ne igitur iuris executio frustretur si probationis defectu, vel occultatione pereat veritas, prudentiam vestram duco attentius deprecandam, quatenus citatis his, quos idem, seu eius procurator vobis duxerit nominandos, receptoque secundum formam iuris & iudicij morem ab eis prius iuramento, super intentione, seu articulis, vel capitulis præsentibus introclusis, cogatis eos veritati testimonium perhibere, attestationes ipsas in publicam formam redactas, & nulli partium proditas, nobis sub vestro sigillo secretè inclusas per fidelē nuncium quanto citius transmissuri. Vel dic vt infra. in sequenti forma, hoc saluo: quia cum vnus iudex scribit alij, non præcipiet, sed rogabit: & is, cui sub præscripta forma scribitur, sua, non scribentis authoritate, illos examinabit: vt in præd. versic. sed secundum
a præmissa [a]. Et probatur hæc forma, extra. de fideiuss. constitutus. & C. de fid. instrum. Authen. apud eloquentissimum. Et vide simi
17 le. j. de iur. calu. §. restat. versi. quid ergo. † ¶ Potest etiam hoc cō
b mittere delegatus à papa [b], vel episcopus: vel etiam is, cui vniuersitas causarum est commissa alicui clerico, etiam in cathedrali vł collegiata ecclesia non instituto: quia constitutio ext. de rescrip.
c præsenti [c]. non extenditur ad auditores, sed iudices, prout ibi no. debet tamen esse alias persona idonea, vel discreta: vt extra. eo. si qui testium. & committet sub hac forma:

FORMA. Talis tali salutem in domino. Nouerit vestra discretio, quòd nos causam, quæ inter talem & talem super hoc vertitur ex commissione sanctissimi patris domini papæ talis, vel authoritate ordinaria, suscepimus audiendam, & fine debito terminandam. Verum lite coram nobis inter easdem partes legitimè contestata: præstitoq; de veritate dicēda, seu de calumnia iuramēto: factis quoque positionibus & responsionibus ad ea secutis, articulis etiam à partibus hincinde formatis per ea, quæ hincinde fuerunt proposita coram nobis de ipsius causæ meritis, loquere nequiuit ad plenum: quocirca discretioni vestrę, auctoritate qua fungimur in hac parte, committimus, & districtè præcipiēdo mādamus, quatenus testes, quos vtralibet pars producere curauerit coram vobis super articulis suis, quos sub nostro sigillo transmittimus vobis introclusos, vnà cum interrogatoriis partium earundem, intra spacium vnius mensis à receptione præsentium ꝯputandum per vos, aut alium, vel alios ad hoc idoneos, & neutri parti suspectos, altera parte presente, vel se per contumaciam absentate, prudenter recipere, ac eos secundum eadem interrogatoria iuxta datam à deo vobis prudentiam diligenter examinare curetis. Quod si forte alterutra partiū testes alterius reprobare voluerit, testes hincinde super reprobatione huiusmodi producendos intra quindecim dies post dictum mēsem immediatè sequentes, fideliter admittere, & examinare solicitè studeatis depositiones omnium eorundem testium cum articulis & interrogatoriis prædictis: nec non cum toto processu, quem super hoc coram vobis haberi contigerit, sub sigillis vestris fideliter introclusas, ad nostram præsentiam quanto citius transmissuri: præfixo nihilominus eisdem testibus termino peremptorio competenti, quo cum omnibus actionibus, iuribus & monumentis suis causam ipsam contingentibus per se, vel per responsalem idoneum compareant coram nobis: iustam dante Domino sententiam recepturi. Testes autē, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam cogatis veritati testimonium perhibere. Datum, &c. Et si cōmittatur duobus vel pluribus, potest addi: quòd si non omnes his exequendis interesse poteritis, alter vel duo vestrûm nihilominus exequantur. Præmissa forma probatur extrà, de proba. licet. extrà. de test. ad hoc. aliàs incipit præsentium. §. testes. & §. cæterum. lib. sexto. & capit. cùm clamor. & capitu. cum causam, quæ. j. de hoc suprà, de iudice deleg. §. sequitur. versi. quandoque etiam. Potes etiam addere clausulam illam, testes, maximè senes & valetudinarios, quos talis duxerit nominandos, admittatis: & depositiones eorum conscriptas ad nos destinare curetis: vt extra. de testib. cùm
18 olim. † ¶ Et nota, quòd in prædicta clausula, testes autem, &c. quæ habetur extra. de testi. cogend. capitul. primo. semper testes intelliguntur se subtrahere, quando non potest aliter veritas ha-
d beri, vel apparere in ciuilibus [d], in quibus cogitur quis testificari: ꝗa tunc celare veritatē, peccatum est. xj. q. iij. quisquis metu. ext. de cri. fal. c. j. nisi hāc præsumptionem alia elidat: puta quia est religiosus. & ideo magis veretur iurare: vel alia consimilia. In criminali autem, & vbi non est peccatum celare veritatem, non præsumitur se aliter subtrahere is, qui non vult testificari: ideoque cogendus non est, nisi manifestè malitia appareat: vt extra. de testi. cogend. peruenit. ij. Item in omnibus casibus, in quibus testes nō
e coguntur, cogi debent, si aliæ probationes deficiunt [e], etiam si
f non se subtrahunt gratia, odio, vel timore: vt eodem capitulo. [f]
† ¶ Sed

ADDITIONES.

a Præmissa. ¶ Vide quod ibi dixi in fine.

b Papa. ¶ Etiam si solùm datus sit ad testium receptionem, vt in cl. de off. dele. c. vno. quod dic vt ibi not. in j. gl.

c De rescrip. præsenti. ¶ Quam hodie non habemus. sed eius loco decre. statutum. eo. tit. lib. vj.

d In ciuilibus. ¶ Inchoant verba Inno. vsque ad fi. quæ vide in Decre. j. præalleg. super gl. ij.

e Deficiūt. ¶ Idem no. j. §. de testium. ver. sed nūquid frater. in fin.

f Ut e. c. ¶ Si actor dicit sibi alias ꝓbationes deficere, & re⁹ dicit ꝯriū: qs ꝓbet: dixi post Dama. de test. cog. sup gl. si qs puto vtrūq;, si velit ad ꝓbādū admitti. extrà de renū. sup hoc. vbi neuter ꝓbare velit vel possit, ñ video hoc tale ītereſſe, ꝙ stari nō debeat iuramēto dicētis, ꝙ aliter ꝓbare ñ pt. Bñ facit e. ti. vltra tertiā forti⁹ đ resc. statutum. li. 6. §. cum verò. in fi. vbi longe maius vertitur interesse aduersarij. faciunt etiam concordantiæ, quas ponit ibi glos.

19 †¶Sed quomodo tunc probabitur odium? Respon. per euidentiam, sicut & dolus. ff. de iud. si filius. Sed dici potest, quòd si testis admonitus nō vult testificari, præsumitur quòd odio, gratia, vel timore hoc facit: nisi priuilegio, vel alia ratiōe excusetur: & ideo est cogendus præsertim si apparent aliqua indicia, vel coniecturæ: vt quia testis vicinus est, qui non potest ignorare, nec vult testificari: vt in præd. c. quisquis. ¶Sed quis probabit odium? Videtur quòd qui illud allegat. C. quod met. causa. l. metum. Sed dic,
20 vt prædixi, attendendas esse circunstantias & indicia. †¶Sed opponitur ad hoc, quod s. dictum est, testes quos vtralibet pars, &c. Nam tunc demū debet quis exceptionem peremptoriam opponere, postquam actor suam intentionē fundauerit: vt C. de exce. si quidē. extr. de excep. cū venerabilis. in prin. ibi: præponere, &c. imò fatuus est, qui ante publicatas attestationes actoris, & antequam sciat illum suam intentionem probasse, exceptionem peremptoriam probat: vt no. extr. de testi. c. de testibus. & j. de exce. §. viso. ver. & not. Sed dic, quòd si reus ante apertas attestationes actoris velit probare suam exceptionem, hoc bene potest: vt in præ. c. de testibus. Et hoc cōmuniter obseruatur, gratia dirimen-
a darum litiū [a], vt tam actor quàm reus suos offerant articulos: & simul intra eundem terminum suas probationes super illis inducāt: vt extr. de proba. licet. versus princi. & extr. de test. ad hoc. aliàs incipit, præsentium, lib. vj. Et sic diximus in quæstione, quæ coram nobis inter commune ciuitatis Ariminensis ex parte vna, & archiepiscopū Rauennatem ex parte altera, super septem castris
b agitabatur [b]. De hoc j. de excep. §. dicto. ver. sed nunquid attestationibus. Vinc. no. extr. de testi. series. ꝙ si exceptio peremptoria sit talis, quæ non destruit principale, quin tenuerit: audiendus est eam proponens post publicatas attestationes: vt si probasti me tibi debere decē, possum opponere, quòd fecisti mihi pactum de non petendo: quia vtrunque potuit esse. Secus si dicit, dico ꝙ testes illi falsum dixerunt: tunc enim non auditur, nisi hoc probet per dicta testium iam productorū: vel nisi producat testes super corruptione: vt extr. de testi. sicut. ¶Sed secundum hoc qualiter agetur de falso, & qualiter testes improbabuntur? Respon. per dicta testium iam productorum, vel per instrumenta. extr. de fi. instru. cū dilectus. aliàs non nisi indirectè: vt extr. de testi. ex tenore. & in præ. c. sicut. Et sic potest intelligi C. si ex fal. instru. per totū.
c & C. de appel. per hanc. j. §. sæpe. ver. porrò [c]. †¶Sed quare oppo
21 nitur illa clausula, ꝙ si fortè alterutra, &c. Respon. quia is, cui cōmittitur, ꝙ recipiat testes super principali, non debet recipere super reprobatione, nisi sibi specialiter sit commissum: vt extr. eod. licet. iij. Nec obstat præ. §. testes. nec præd. decret. de proba. licet.
d quia ibi fuit specialiter commissum, vt ibi patet [d]. Protestationē autem super reprobatione recipere debet: aliàs sine illa nō bene procedit testium receptio. arg. ff. de iur. om. iud. l. ij. extra de offic. delega. præterea. Quandoq; etiam in Romana curia, vbi vt plurimum per procuratores litigatur, mittūtur positiones negatæ cū articulis inclusæ: vt principales super his interogentur: vt in ead. decre. præsentium. §. postea. & versic. præceden. quandoque etiam mandatur eidem, quòd videat partium instrumenta: & tunc additur sic, Et nobis significes, quanta sit fides instrumentis & testibus adhibenda. extra, de fide instru. c. iij. in fi. ff. de testi. testium.
22 §. j. †¶Potest etiam iudex [e] mittere notarium causæ, vel alium
e pro voluntate partium ad testes diligēter recipiendos, si hoc viderit expedire. extr. de test. cùm olim. de test. ca. j. puta quòd testis est infirmus, senex, vel ita pauper, quòd commodè nequit venire. extr. de testi. si qui testium. Vel est honesta mulier: vt C. de off.
f diuer. iudi. nemo [f]. Vel episcopus, aut alia sublimi præditus dignitate. vt ix. qu. j. nec honore. C. de episc. & cler. Authen. sed iudex. Vel aliàs est egregia persona. ff. de iureiur. ad personas. Quod dic vt j. §. proxi. ver. & nota quòd testis. & seq. ibi etiam nota vtrum iudex debeat mittere: si producens sit pauper, vnde versus: Si fuerit pauper testis, vetulusque remotus: Debilis egregius, aut qui
g producit egenus: Vt testentur ibi debebit mittere iudex [g]. Non tñ debet iudex nimis facilis esse ad committendum talia quādiu per se potest ea exercere: vt j. §. nunc tractandum prope principi-
23 um. †¶Cæterùm iudex, qui ad mandatum alterius testes recipit sic rescribet, & attestationes remittet:

FORMA. Talis tali salutem in Domino. Preces vestras prono exaudientes affectu, testes quos talis, de quo scripsistis, producere voluit, coram nobis citauimus, & ab eis iuxta morem recipiendorum testium prius præstito iuramento, eos super intentione transmissa, vel super articulis missis coegimus perhibere testimonium veritati: quorum depositiones per fidelem receptas notarium, vel per nos, & in formam publicam redactas, sub nostri impressione sigilli inclusas, vobis per latorem præsentium duximus destinandas. Hoc probatur in Authent. de testi. §. quoniam. C. de fid. instrum. iudices. C. de transact. l. penult. C de nonnu. pecun. l. fin. ff. de seruitu. sicut. & vide infrà, de remis. Et scias quòd is, qui testes recipit, debet rescribere, cuius authoritatis, cuius famæ, cuiusue conditionis sint, & de aliis circunstantiis: vt infrà. §. nunc
24 tractandum. versicul. hoc autem. †¶Hoc autem scias, quod si is, cui iuxta formam præmissam testium receptio commissa est, alteri id committat, non valet commissio, nisi partes id approbent expresse. Alii dicunt, quòd sufficit, si tacitè. Quæ dic secundum
h papam, & dominum meum: vt extr. eodem. causam quæ. j. [h] & tetigi j. §. nunc tractandum, versicul. debet quoque iudex. & suprà, de iudi. delega. §. iam nunc. versicu. item quid si. ¶In summa nota quòd si testes vocati coram iudice veniunt: is, contra quem producuntur, debet attendere, an sint tales, qui non possint testificari: puta quia sunt serui, infames, inimici, & huiusmodi: quæ dic vt s. §. primo. Quòd si altera pars neget illam causam esse veram, & petat testem examinari, & causæ discussio reseruetur in tempus disputationis: respondeat producens, quòd testis non est sub cō-
i ditione recipiendus [i]. De quo, & quæ sit forma proponendi huiusmodi exceptiones, dic vt s. §. j. versicu. item quòd est seruus. & seq. & eod. §. in fin. versicul. in summa. ¶Item, nota quòd in quibusdam casibus non sunt testes vlterius producendi: quod dic vt j. §. satis vtiliter. versi. hoc etiam no. Quandoq; tamen potest peti restitutio in integrū ad producendū nouos testes: vt j. de rest.
25 in integ. §. fi. versi. qd si in causa. †¶Illud quoq; non est prætermittendum, quòd cum committitur testium receptio intra certum terminum facienda: vt patet suprà, eod. §. in prima forma. sic intelligitur rescriptum, vt reus intra eundem terminum testes actoris contra se in principali producendos, si velit & possit, debeat reprobare: alioquin pòst non audietur contra illos: vt extrà, de proba. licet in princ. & j. §. sępe. versi. reus. nisi velit eos de falsitate conuincere, vt ibi: quia tunc auditur, dum tamen hoc protestatus fuerit ante productionem: aliàs enim etiam intra dictum terminum non licet: vt extra. de testi. præsentium. secundum Pe-
k trum de Samp. [k] Hoc non placet: quia bene post ipsum terminū audietur volens reprobare: vt patet extrà, eod. c. licet. iij. & infrà, de proba. in princi. quia nec tunc esset, qui recipere posset: vt suprà, versicu. sed quæritur. Nec obstat præd. Decre. de proba. licet. quia ibi terminus datus erat tam ad probandum, quàm ad reprobandum: vt patet extra. de testi. cùm causam. in princ. quæ loquitur de eadem materia cum illa. Ideoq; post terminum ibi non audiuntur reprobare volentes: vel illud fuit prouisio papę, propter præsumptionem, quæ erat contra Fauentinos: qui causa differendi negocium in testium personas obiiciebant. Irregulariter enim post attestationum publicationes fiunt reprobationes, nisi in casibus. C. de testi. Authen. si testis. & no. extrà, de test. cùm causam
l in glo. sed cùm hæc exceptio. [l]

ADDITIONES.

a Litium. ¶Et quia timent opi. Ioan. & Azo. de qua dixi eo. tit. fraternitatis. super iij. glo.
b Agitabatur. ¶Vide quod dixi de iur. calu. §. restat. versi. quid si aliquando. in fi.
c Versi. porrò. ¶Et patet in cle. eo. tit. c. ij.
d Ibi patet. ¶Et ibi post principium hoc scripsi post Inno. & Host. super versi. potuit.
e Iudex. ¶Reassumit verba Tanc. vbi s.
f Nemo. ¶Et de iudi. mulieres. in prin. lib. vj. quæ sine distinctione prædicta de mulieribus loquitur.
g Iudex. ¶Fuerunt Vincen. quos scripsi s. eod. titul. si qui testium. in fin.
h Causam, quæ. j. ¶Vt ibi plenius scripsi super gloss.
i Recipiendus. ¶Dicebat Vbert. de Bob. cuius fuerunt hæc verba, vbi suprà, vltra principium: quia actus legitimus, &c. ff. de reg. iuris. actus.
k Pet. de Samp. ¶In præ. decr. licet. sed non bene fuerunt eius verba recepta, quæ ego etiam ibi non curaui: quia non stetit in illis ponendo quod infrà sequitur. versicul. vel illud. non per disiunctiuam, vel, sed per aduersatiuam, sed. Item ibi scripseram post Innocen. & Hosti. quod habetur s. versicul. sed quare. vt ibi etiam dixi. Sed Per. dixerat, quòd si vtraque pars producat testes in principali: & actor impetret recipi intra certum terminum reprobatores, quos producere vult contra testes rei in principali productos, intelligitur ꝙ intra idem tempus reus reprobet testes actoris, si vult: aliàs non audietur. sed non stetit in hoc Petrus, vt pdixi.
l Hæc exceptio. ¶In gl. est vt s. remisi. dic vt dixi in Decr. ex parte. eo. tit. super gl. huiusmodi exceptiones.

SVMMARIVM.

1 *Forma computationis iuramenti à iudice testi faciendæ.*
Iurare cogi potest testis ad veritatem pro vtraque parte dicendam.

2 *Testis iurare cogitur à iudice, nulli parti suum testimonium reuelare.*
3 *Iudex, nec partes pati debent, testes iurare tantùm super articulis datis: quia tunc non admitterentur super contingentibus.*
4 *Testis inquisitus super crimine, aut super statu ecclesiæ, qua forma in quolibet iuramento vtatur.*
5 *Iuramentum testis fieri debet coram aduersario, nisi sit episcopus.*
6 *Testimonium à quocunque non iurato prolatum, an valeat.*
7 *Iuramento præstito scribendus est consequenter dies qua iuratum est.*

¶De Testium iuramento.

a 4.§.Sequitur [a] de testiū iuramēto videre. Iudex ergo,
cū testis iuraturus est, sic ei iuramētū cō
1 putabit. FOR. †Tu iurabis, quòd dices mihi, vel illi, cui hoc com
misero inquirendum, totam & plenam & meram veritatem, quā
credis vel scias de quæstione tali, quæ vertitur inter tales, & hoc
vsque ad finem litis quoties interrogaberis. 3.q.ix. hortatur. & in
Authen.eo.§.j.colum.vij. 35.quæst.vj. de parentela. & ca. episco-
pus. & c.seq. & tam super eo, super quo interrogaberis, quàm su-
per alio. extr. de accu. cùm dilectus.j. & c. qualiter.j. in fi. tamen ibi
loquitur in inquisitione: & quòd solam veritatem dices, non im-
miscens aliquid falsitatis. ij.q.4. nullam. 3.q 9. pura. nec aliquid de
tuo adiicies, etiam quod tibi bonum videatur. extr. de accu. quali
b ter.j. & c.seq. & hoc inuentum est, secundum dominum meum [b]:
quia cum quidam deposuisset veritatem, apposuit postea contra
rium in dicto suo: & cùm postea redargueretur de periurio, dixit
quòd non deierauerat: quia si plus erat, vtiq; tāti erat. Item, quòd
dices veritatem pro vtraq; parte. C. de episc. & cler. Authē. sed iu
dex. xi.q.j. nec honore. 14.q.v. non sanè. extra. de testi. veniens. 2.
in fi. Et qđ nec nec prece, pretio, nec amore, nec timore, nec pri-
c uato odio: secus de publico, vt quia odit opera sua [c]. 86. dist. odia.
d nec pro commodo, quod ipse vel habeat, vel habere sperat [d], te-
stimonium dicet. extr. eod. quoties. & c. licet. §. testes. xj.q.iij. qua
tuor. 4. q. 3. c. si testes. §. testium fides. extr. de testi. cog. cùm con-
trà. & c. seq. extr. de re iudi. cùm æterni. lib. vj. & in præ. c. de paren
tela. & c. episcopus, & c. seq. & ꝙ ibi dices veritatē, sicut scis. non
enim debet dicere per credulitatē, quod scit pro certo, vel econ-
trà: imò quod scit per visum, dicet de visu: & quod per auditum,
dicet de auditu: vt s̄. §.j. versi. idem quod non perhibet testimoni
um de. & versi. seq. & in præd. c. de parentela. & j̄. §. nunc tractan-
2 dum. ver. in examinatione. †¶Quidā etiā addunt, & bene, ꝙ nul-
li parti pandes testimonium tuū, donec publicatæ fuerint attesta-
tiones: vt 4.q.3. versi. qui falsò. extr. eo. fraternitatis. & ff. eod. qui
falsò. Et hoc ideo, ne ex istorum dicto alij testes, pducendi subor
nentur. extr. de testi. vltra. Si enim hoc non iuret, licet post depo-
sitionē iniungat̄ ei in virtute præstiti iuramenti, ꝙ nulli suum di-
ctū reuelet: nō tenetur ad hoc, cū hoc nō iurauerit: vt extr. de iu-
reiur. clericus. Vltimò aūt iudex dicat: Sicut ego dixi, ita obserua-
e bis: sic Deus te adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia [e]. Si autē in-
f ducitur ad probandum consanguinitatem [f], debet addere in iura
mento, ꝙ sic audiuit à suis maioribus, vt testificatur, & sic esse cre
3 dit: vt extr. eo. quoties. & c. licet ex quadam. †¶Illud aūt notan-
dū est, ꝙ nec iudex, nec partes pati debent, ꝙ testes iurent de veri
tate tantū super articulis datis: quia sic non valeret eorum testi-
monium super alijs, quę contingunt, sed super illis tm̄: vt s̄. §.j. ver.
item ꝙ deposuit. Sed debent iurare super articulis datis, & ēt sup
cā: & sic valebit eorum testimonium super omnib. ad cām facien
g tib. vt extrà, de testib. c. de testibus [g]. iij.q.ix. hortamur. extr. de ac-
4 cu. cùm dilectus. †¶Porrò in causa inquisitionis, aut inquiritur
super crimine, aut super statu ecclesiæ. Si super crimine, forma iu
ramenti erit talis, vt super crimine dicat plenè veritatem. ext. de
simo. licet Heli. Si verò super statu ecclesię inquiritur, duplex est
forma. Prima est, vt iuret dicere veritatē de his, quæ credit & scit
in ecclesia reformanda, exceptis occultis: vt extra, de accu. quali-
ter.j. in fi. Secunda est, vt iuret quòd ad inquisita veritatē respon
h debit: vt eo. tit. cùm dilectus. secundum Gof. [h] Ego verò talem in
hoc articulo trado formam:

FORMA. Tu iurabis, quòd super his, quæ scis, & credis in hac
ecclesia reformāda, vel etiā super aliis quibuslibet tam ciuitatis,
quàm diœcesis, & tam in capite, quā in membris quibuslibet su-
per vita & conuersatione ipsorum: & tam in spiritualibus, quàm
in temporalibus, exceptis criminibus occultis, excluso timore,
odio, vel amore, plenam & meram, quam scis, & credis mihi veri
tatem dices. & ad inquisita & interrogationes meas per ordinem
veraciter respondebis. Hoc dic plenius vt j̄. §. nunc tractandum.
prope fin. ver. porrò in causa. vsq; ad fi §. ¶Et not. quòd testis de-
i bet iurare præsente aduersario [i], vel se contumaciter absentante.
k quod dic vt j̄. §. nunc tractandum. in princ. & tactis Euangeliis. [k]
5 †Nisi sit episcopus, qui nō debet tāgere, sed inspicere. C. de epis.
& cleri. Authen. sed iudex. ix.q.j. nec honore. extr de iura calu. ca.
si. cui & debet mitti sacramentum, vt ibi. Quid de presbytero vel
diacono? Dic etiā ad eorum domum mitti: cùm sint in superiori
loco, & sint personæ egregiæ. ff. de iureiur. ad egregias. sicut fit
in iuramento calumniæ, de iura. calum. Authen. principales. Et si
l causa corā seculari iudice tractetur, iurabunt coram episcopo [l], si
cut aliàs contingit in laico, qui iurat coram suo iudice, cùm ad ali
am ciuitatem mittitur pro testimonio. C. de fid. instru. Authent.
apud eloquentissimum. & de episcopi licentia. extr. de iura. calu.
cap.j. Mittitur etiam hoc iuramentum ad senes & debiles. quod
dic vt s̄. §. prox. ver. potest etiam. Item si producens est pauper, iu
dex mittet testibus iuramentum, vel dabit eis expensas: quia tene
tur pauperib. prouidere. In Authent. de mandat. princip. extra de
exces. præla. sicut vnire. de conse. dist.j. omnes. xij.q.ii. aurum. For
tè aliud in delegato. Sufficit enim in eo, vt sibiipsi non exigat. ex-
m tra. de vit. & honest. cler. cum ab omni. & ibi secundum Vincē. [m]
6 †¶Et nota. ꝙ non valet testimonium à quocunque etiam reli-
gioso, non iurato prolatum. extr. eodem. nuper. & c. tuis. Omne
enim, quod testibus adstipulatur, verius constat, cùm id adiectio
iuratio

ADDITIONES.

a Sequitur. ¶Ponit & ampliat verba Tanc. tit. de iuramēto testiū,
& hoc vsque ad ver. porrò. coniunxerat aūt tractatum de exami-
natione, quem prosequitur j̄. §. ver. nunc tractandum.
b Secundum dominū meum. ¶In Sum. e. ti. §. qui debēt. post prin.
sed Azo in Summa huius tit. ver. est autem productoris. dicit in-
uentum esse eum, qui iurauit dicere veritatem, dixisse duo cōtra-
dictoria: & sic dixisse certum esse, quod veritatem dixit.
c Opera sua. ¶Verba Host. vbi s̄.
d Sperat. ¶Intromittit in tertia persona.
e Euangelia. ¶Quod diebus feriatis hoc iuramentū recipi non de-
bet, nisi cùm timetur mors vel absentia: vide j̄. de fer. vltra prin.
ibi: Item si fortè. & ver. quid si tunc.
f Consanguinitatem. ¶Per testimonium de auditu.
g De testib. ¶De hoc satis scripsi eod. tit. per tuas. super j. glo. & vi
de j̄. §. ij. in j. col.
h Secundum Gof. ¶In Sum. eo. tit. sub verbo, iurare debent.
i Aduersario. ¶An sufficiat vocari dnm̄, cū procurator contestat[a]
est litem. Item, & quid si ex duobus procuratoribus datis in soli-
dum cum clausula, ꝙ nō sit melior. & c. produxi testes ille qui nō
fuerat contestatus litem. scripsi eo. tit. c. ij.
k Euangeliis. ¶iij.q.ix. hortamur. & Patet id, qđ de epo sequitur. Vi
de quod de hoc & de consuetudine Italiæ not. in clem. de hæret.
c.j. §. porrò. in gl. ij. Quid si in actis scriptū est, testē corā iudice iu-
rasse partibus præsentibus, præsumitúrne vt debuit iurasse, s. cum
Euangeliorum tactura? Materiā dilatare potes per not. s̄. eod §.j.
ad fi. ver. sed qđ in prædictis. & ver. seq. & iura ibi allegata ne repe
tam, cōiter tenetur. ꝙ præsumat̄ tactura in tantū ꝙ transferat on[a]
probādi in negantē. Cū enim talis negatiua habeat coarctationē
loci & temporis, bene cadit in intellectū testis. De quo satis scrip
si de elect. bonæ. super j. gl. l. sm cursum. Facit ad id decr. prædicta,
bonæ. §. porrò. de renun. in præsentia. ff. de pac. iuris gentiū. §. qđ
ferè. C. ne vxor pro ma. l. ij. Vigor autē præsumptionis insurgit ex
persona notarij: & de hoc vbi s̄. remitto ex persona iudicis, qui ad
talia debet aduertere. de testib. c. fraternitatis. in fi. & c. tam literis.
ibi recipiatis legaliter. Itē præsentia partis, contra quā, quæ tacē-
do videtur factum approbasse, cū prohibere potuisset iuramen-
tum, si fiebat sine tactura. Facit quod not. de præsumpt. c. nónne.
Et per hæc tria fit responsum ad not. de elec. vt circa. ver. coram.
in iij. gl. in fi. lib. vj. cùm in illo iuramento hæc tria nō concurrāt.
Non obstat decr. tuis. hoc eo. titu. per quam patet, ꝙ expressa de-
bet fieri remissio iuramenti. Non enim hic loquimur de iuramē-
to, sed de forma in illo seruāda, sine qua iuramentum bene obli-
gat ad periurium: vt not. xxij.q.j. in summa. Facit qđ dixit in quæ
stione de teste non iurato, qui deposuit falsum: & super regula,
non est sine. lib. vj. Si verò de iuramento testis aliud non apparet
nisi quia in attestationibus scriptum est, Talis testis iuratus, exa-
minatus. & c. dicas illud non sufficere: tum quia assertio illa est de
præterito: nec per eam apparet præsentia iudicis, vel partis con-
tra quam, nec dies: de quibus constare debet. eod. tit. c. ij. de pro-
ba. quoniam. Non obstat lex Theopompus. ff. de dot. prælegat.
ad quam respondet, vt dixi in quæstione prædicta. parte secunda.
ver. non obstat lex. Adde ꝙ hanc addit. sequitur Alex. consil. xlii.
lib. 4. Et vide verba additionis huiusmodi circa finem, per Oldra.
consi. 323. incip. circa primum.
l Coram episcopo. ¶Vt patet 14.q.2.c. quanquam. & vide quod
ibi nota. in gl. sed qualiter.
m Secundum Vincen. ¶Qui hoc not. eo. tit. c. si qui. vt ibi scripsi su-
per gloss. sed quarè.

iurationis affirmat: vt xxij. qu. j. omne quod. Potest tamen à parte iudicis authoritate remitti: vt in præ. c. tuis. & not. C. eo. iusiuran.
a di[a]. nisi cùm agitur de matrimonio disiungendo. arg. extr. de eo, qui cogno. consan. vxo. suæ. super eo. Secus si de coniungendo. arg. extr. de clandest. desponsa. c. ij. Quid si testis deponit non iuratus: & pòst iuret quòd sic est, sicut dixit? Respon. T. & Gof. dicunt non valere. argu. pro eis C. eod. iusiurandi. Dominus meus & alij contrà, & hoc est, si est bonæ famæ. arg. pro eis de consec. dist. 4.
b si non sanctificatur. & est quæstio venerealis [b]. ¶Quid ergo si te-
c stis non vult iurare? Dicit Vbert.[c] ꝙ inde tenetur. nam testificari, munus est publicum, & necessarium. ff. quemadmo. testa. aper. l. eum. & l. sed & si quis. in prin. extr. de crimi. fal. c. j. vnde debet dānum resarcire. ff. de admi. tuto. quidam. in fin. l. tutor. C. de excus.
d tuto. quoniam [d]. Sed Ioan. de Deo [e] iura hæc intelligit in princi-
e pali persona, cuius malitia testis abfuit, vel nō iurauit. extr. de testi. cogen. peruenit. j. ext. de testib. intimauit. & c. constitutis. j. Te-
7 stes autem aliter puniet: vt dicam ĵ. eod. §. de testium. †¶Iuramẽto autem præstito subsequenter scribitur dies, qua iuratum est.

ADDITIONES.

a Iusiurandi. ¶Per quam legem Iaco. de Are. tenuit contrarium in suo opere. iij. colum.
b Venerealis. ¶ xlvj. & vide quod dixi eo. tit. c. de testi. post princ.
c Dicit Vber. ¶De Bobio, ibi de testibus tractat circa medium, vbi continuus est iste ver. quid si quis. s. §. proximo.
d Quoniam. ¶Subdit ipse Vbertus, quomodo probabitur istud interesse: quærant quos mundi labor exagitat. vide quod dixi s. e. §. j. C. ad fi. versi. sed quid si causam.
e Ioan. de deo. ¶In Cauill. lib. v. sub rub. de quarta productione.

SVMMARIVM.

¶De Articulis testium.

1 *Testes in iudicio producens, debet suam intentionem in scriptis pandere, super qua testes examinantur.*
2 *Positionibus ab actore in iudicio formatis, eodẽ modo & reus suas formabit.*
3 *Agendum est in iudicio secundum loci consuetudinem.*
4 *Admitti non debet ad probandum quod probatum non releuat causam.*
5 *Constare debet prius de facto, quàm disputetur de iure.*
6 *Agens contra possessorem ecclesiæ, vel alterius rei, debet articulos formare, & docere de iure suo, non de iure possidentis.*
7 *Causa possessionis nihil habet commune cum proprietate. & sunt diuersæ.*
8 *Pronunciare debet iudex in iudicio de illa re, de qua cognoscit, & non de alia.*
9 *Articuli obscuri in iudicio prolati super testimonijs per iudicem sunt declarandi, & coram quibus.*
In libello & articulis pauca & necessaria poni debent.
10 *Producenti testes vtile est articulos dare, super quibus intendat illos ꝓducere.*
11 *Probare volens intentum suæ productionis, quam in iudicio facit, qua verborum forma vtetur.*
12 *Mulier volens in iudicio probare contractum matrimonium cum quodam, quibus verbis probabit.*
13 *Forma probationis, qua vti debet volens se abbatem alicuius loci probare.*
14 *Probare volens testem tempore suæ depositionis fuisse inhabilem, per quæ probare debeat.*
15 *Volens se dominum alicuius fundi probare, quibus allegationibus vtetur.*
16 *Reus volens actoris testes reprobare, quos formabit articulos.*
17 *Plures occurrunt casus & negotia, quàm possint econtrà articuli formari.*
18 *Articuli per verba affirmatiua fieri debent.*
Negantis factum, aut cursum causarum, nulla est probatio.
19 *Articuli in iudicio proferendi, quo casu sub disiunctione sint formandi.*

a
1 5. §. Nunc videndum [a] à nobis est de articulis. Super quo scire debes, † quòd qui testes ꝓducit, debet suā intentionem

ADDITIO.

a Nunc videndum. ¶Sciẽdū, ꝙ ars articulādi inter causidicos summum tenet gradū in curia Romana, & maximè in beneficialibus deuolutis: & caueant curiā intrātes, quantumcunq; sint magni Iuristæ, ne suo capite in principio suo hanc artē assumant, sed antiquis aduocatis assistant: vel secum habeāt ꝓcuratores expertos. Et qa ex pdicta cā circa hunc §. instare intēdo, ipsum diuido in sex partes. ¶Prima ponit diuersa articulorū nomina, & diuersas obseruantias circa illos, inter quas ponit, ꝙ in certis formis ñ dātur. ¶Secunda ibi: siue igitur. ostēdit, ꝙ articulare est cōmune actori & reo, quandoq; simul, q̃nq; diuisim. ¶Tertia ibi: item agens. dicit articulos fundandos super iure dantis. & circa hoc vnā q̃stionē prosequitur. ¶Quarta ibi: porrò. tractat de additione & approbatione ipsorum, & approbationis effectu, vnam circa hæc quæstionem interserẽs. ¶Quinta ibi: vt autem. formas articulorum ponit super quinq; causis pro actore, sextam addendo pro reo. Sexta & vltima ibi: hoc quoque, quatuor circa hoc notanda submittit. ¶Et circa primum quare dicat articul⁹: vide qđ scripsi eodem tit. præsentium. libro sexto. super gl. articulus. Est aūt nomẽ diminutiuum, designās aliquod particulare à genere suo, per debitas circunstantias decisum. Ad hoc ff. de præscript. verb. l. naturalis. §. j. in fi. ibi explicitus est articulus ille: do vt des. Ad idem de offi. deleg. super quæstionū articulis. C. quorum appel. non reci. l. ab executore. in fi. in Auth. vt nulli iudi. §. pen. ibi: supplicia, quibus articuli dissoluūtur. ¶Refert demùm autor consuetudinem locorū, in quibus nec positiones, nec articuli dāt, sed dat petitio, Sed cōstat, ꝙ in quibusdā fit econuerso: qa ñ datur petitio, sed dātur articuli, qui tunc duplici officio fungi videntur, s. petitionis & proprie. & in illis interdū obtentū, ꝙ articuli verba generalia, vel verba iuris sicut petitiones continere possunt: vt quod poterat petitio, articulus ei succedens possit. ff. de noxal. actio. §. & si is. Insti. de act. §. fuerat antea. Si ergo in petitione talia admittuntur. ff. de rei vend. in rem actio. & patet ex not. de libel. obl. ca. ij. ergo & in tali articulo. Inquātū tamẽ de articulo iuris loquor, distinguo: quòd si simpl̃r cōtineat merū ius nullo sensu corporis ꝑ testẽ ꝑceptibile, bene repellitur: & ſm hoc procedat qđ dicitur ĵ. §. nūc tractandum. ver. quid ergo si quis. & ĵ. deposi. §. vij. vers. xiij. ¶Vbi autem quid in ariticulo continetur quod aliquo sensu coporis ꝑcipi possit, licet annectatur conclusio iuris, quę necessario ex narratis sequitur: tunc procedit articulus, & recipientur super illo testes. Recipietur ẽt talis positio. Exemplum pono, vel articulo, ꝙ possedi talẽ rẽ mobilem tali titulo, & bona fide spatio triennij in concussè: & ideo sum dominus, admittar. Deponẽt testes qualificantes hoc factum sensui submissum, ex quo ius resultat, licet in articulo expressum. Melius tamẽ videtur illud relinqui depositioni iuris: cùm de illa parte testis interrogari nō debeat. ¶Per eūdem modum defenduntur articuli super cōsuetudine fundati ꝯ obiectionem, ꝙ consuetudo est ius. j. dist. consuetudo. Nam consuetudo dicere potest tria, actum frequentatum, habitum generatum, & ius vtroq; collectum. de primo xxv. quę. ij. ita nos. C. de episc. audi. l. iij. De secundo, Instit. de rerum diui. §. pauonum. & §. seq. Feræ enim, quę redire consueuerunt, quasi alteratam & habituatam habent naturam. Et dici solet consuetudo altera natura. ff. ad Maced. l. j. in prin. ibi not. Et idem de consuetudine patrisfamiliās in loquendo & vtendo. Primum, ff. de le. j. si seruus pluriū. §. j. Secundū de optio. leg. l. ij. in fi. Ad idem de ingressu proconsulis. ff. de off. procons. l. iij. §. penult. De tertio in pręc. c. consuetudo Instit. de iur. natu. gen. & ciui. §. constat. Cùm autem sermones ad aptandi sint materiæ, vt sint vtiles: de verbor. sig. abbate. ff. loca. si vno. in prin. & fami. ercisc. & puto. §. j. C. de do. ante nup. l. fi. Et articulus, qui probandus offertur, semper referatur ad factū: Fiet de ipsa relatio ad consuetudinem facti, non iuris. ff. de verb. oblig. stipulatio ista. §. hoc quoq;. & de condi. & demon. quibus diebus. §. dominus. Sic etiam recipietur consuetudo in l. de quibus. ff. de legi. dum dicit moribus & cōsuetudine introductū. & l. cùm de cōsuetudine. illa ergo, quæ includit consuetudo longa, obseruantiam s. longi temporis, vel tanti, quod de ꝯrio non est memoria, q ẽtè, pacificè scientibus & patientibus aduersariis: ista sunt facti, & probari possunt: ergo & in positiones & articulos deduci, vt dixi suprà proximè. ¶Adhuc ꝯ articulos de consuetudine opp. eos ñ recipiendos: quia non exprimunt illam inductam de cōsensu illius, qui poterat legẽ condere. Et, ꝙ respondetur illud procedere in cōsuetudine, q̃ habet vim legis, id est, per q̃ iudicatur īter illos, inter quos nō assueuit: vt plenè scripsi extra. de consuet. c. fin. super vlt. glo. Ista procedit solùm inter præscribentẽ, & illū, ꝯ quẽ præscribitur. Et hoc est contra naturam legis vel consuetudinis, quæ habeat vim legis. ff. de legib. l. iura non ad singulas, & vide quod not. iiij. dist. c. in istis. §. leges. & benefacit ad propositū de ꝯstit, c. j. lib. vj. vt patet consuetudinem rationabilem esse posse sine papæ scientia, & ligare. ¶Adhuc opponunt aduocati, ꝙ saltẽ est necessaria illius scientia, cui per consuetudinem vel præscriptionem acquiritur. Et inducunt l. j. C. de acquir. poss. cuius verba Canonista vide extr. de præben. accedens. in j. glo. Sed respondetur, illud fallere, quādo inferior quasi ex quadam peculiari causa suo superiori præscribendo acquiret: vt ff. pro soc. l. ij. de acquir. poss. §. idem acquirimus. de vsucap. l. Labeo. pro empto. l. qui fundum. §. fi. & l. ij. §. Celsus. Cùm igitur Romana ecclesia habeat potestatis plenitudinem in omnes ecclesias. ix. q. iij. c. penult. & vlti. de vsu pal. ad honorem. de censi. cum instantia. versi. quia nos. facit ij. q. vij. puto. & not. xxj. dist. in nouo. de priuil. si papa, ver. cum enim. lib. vj. quod habent inferiores ecclesiæ, ab ipsa habent quasi in peculio separatum à rationibus dominicis domini permissu quo casu non est necessaria domini indiuidua vel specialis scientia, vel specialiū rerū expressa concessio: sed sufficit generalis: vel, quod plus est, sufficit illud non adimi. ff. de pecu. l. depositi. §. vlti.

S & l.

i cundum papam, extra.de re iudic.cùm Bertoldus[i]. Hoc tamen reprobo: vt s̃. prope principium huius §. ibi, licet auem dixerim.
8 †¶Cautiorem quoque examinatorẽ eſſe oportet, vt dictum cuiuſlibet teſtis integrè in ſcriptis faciat redigi, quod quidã non faciunt. nam ſcripto dicto primi teſtis, dicunt quòd ſecundus vel tertius idem dixit per omnia, ſicut primus: quod quidem curia reprobat.arg.C.de vete.iur.enuc.l.j.§.fina. Et dominus Clemens papa quartus tale teſtimonium non admittebat. Poſſet enim replicari, ſi teſtes dicunt idem: ergo non valent: videntur enim ſubornati, quia vnum eundemq́ue ſermonem proferunt: vt s̃.§.j. verſicu. item quòd teſtes.idem licet ſcribens ſe ad mentem retulerit, non ad verba. Hoc proſequere plenius ſecundum dominum meum: vt nota.extra.eodem, cùm cauſam, quæ.j. & de verbor.ſignificat. nihil

ADDITIONES.

a c.j.¶ Ibi ſoluitur in vltim. gloſſ.& idem in verſicul. ſtatim allegato.
b Secundum Vinc. ¶Qui hoc nota.in capitulo, cùm olim. ſtatim allegat.
c Adhibita.¶Secundum Pyle.rub.iij.ver.ſed bonus.& Bonagui.rubri.pen.
d Vel non.¶Vt quia doctus eſſet: & qualiter ſuper primo, & qualiter ſuper ſecundo, & ſic de reliquis, reſpondere deberet.
e Tullius in topicis.¶Hoc inducit Azo in ſumma hui⁹ tit.ver.hos autem omnes.
f Illud. Ouidii Metamor.ij.lib.
g In fi.¶Et hoc ibi ſcripſi poſt Innocent. & Hoſtien. in gloſſ.nota. quòd ex quo. vltra medium. verſicul. ille etiam qui teſtes.vſque ad finem.
h In prin.¶Solutionẽ collige ex no.de app. cùm parati.& hic quæ ibi dixi ſuper iii.gl.& vide quod dixi de proba.poſt gloſ.& vide j. de re mili.§.vtilæ.ver.ſed nunquid.
i Bertoldus.¶Ibi plenius dixi ſuper glo.ſed qualiter.

a nihil obstat[a]. †¶Sed pone produxi in causa tres testes, qui simul
9 iurauerunt simul deposuerunt, simul interrogati fuerunt: quæri
tur an valeat, quod agitur? Et videtur q sic, quia non inuenitur
prohibitum.ff.e.l.j.ergo videtur concessum.extr.de transla.inter
corporalia.C.de religio.& sump.fu.statuas.ff.ex quib.caus.maio.
necnon. §.j.ar.contra:quia vnum eundemq; præmeditatum ser-
monem dixisse videntur:vt s. Debent enim testes examinari se-
creté:vt s.in princi.huius §.& hoc verius est, vt ibi probat.Item
diligentius iudex in arduis & grauibus examinet, quàm in leuib.
& vilibus, quia circa maiora maius periculum vertitur:vt xlij.dis.
b quiescamus.ff.de Carbo.edict.l.j.§.3.Et ideo in eis cautius est[b] a-
gendum.7.q.2.c.2.lxj.di.miramur.in auth.de mand.prin.in prin.
§.sit tibi.colla.3.extr.de procura.querela.&diligentius examinet
leues, q graues personas: vt s.ver.considerare.& arg. xlvj. distin.
sunt nonnulli.in fi.Sit etiam cautus, vt si viderit articulos esse pro-
batos, testium refrænet multitudinem:cauté tamen.quod dic vt
10 s.restat. vers.pen. †¶Examinator quoque fideliter se habeat in
inquirenda veritate, ne damnet animam suam, vt quidam faciũt
quia à testibus partis, quam obtinere volunt, nõ quærunt de cau-
sa scientiæ:ab aliis verò quærunt, non solùm de causa sciẽtiæ, ve
rumetiam de causa causæ, vt testes capiant in sermone:quod fie-
11 ri non debet, nisi vbi sunt suspecti. †¶Tabellio autẽ sic se habe-
bit.nam scriptis titulis seu articulis, hoc modo:

FORMA. Anno & mẽse & die tali, talis articulos exibuit infra
scriptos, super quibus petiit testes suos interrogari. Articuli ve-
rò sunt hi: Intendit probare, &c. deinde recepto etiam sacramen
to testium, & die, qua iuratum est, scribat eorum depositiones
hoc modo:

FORMA. Anno, mense, & die talibus, P. testis iuratus super pri
mo articulo sibi lecto & exposito, quod incipit, Intendit proba-
c re talis contra Titium, &c.[c] dixit vera esse, quæ in ipso articulo cõ
tinentur. Interrogatus quomodo sciret, respondit, quòd inter-
fuit electioni de illo factæ in ecclesia Biterensi, & etiam consecra
tioni eius: & quia vidit eum agere & contrahere, vt episcopum,
in rebus episcopalibus, & ab omnibus pro episcopo haberi. Item
super tali articulo, qui sic incipit: & c. sibi lecto & exposito, dixit,
&c. Et sic super omnibus articulis interrogetur, vt prædictum ẽ:
& quæratur de causa secundum formam interrogatoriorum, s.
§.proxim.positorum. Responsiones, qualescunque fuerint, re-
digantur in scriptis sub prædicta forma. Quo facto alij testes eo-
dem ordine super eisdem articulis eodem modo examinentur,
12 & eorum dicta in scriptis similiter redigantur. †¶Et aduerte dili
genter, quia vbi à teste de causa scientię, vel de circunstantiis ali-
quibus extra principalem articulum ex officio, vel iuxta partis, cõ
quam testis producitur, interrogatoria queritur: his verbis tabel
lio debet vti, Requisitus vel interrogatus, quomodo sciret, vel
de hoc quomodo scit: respondit sic. ar. ext. eo. cùm causam, quę.
& c. ad hoc. li. vj. aliàs incipit, præsentium. 4. q. 3. c. si testes. §. item
serui respon. Vbi verò super articulo principali deponet: tũc nõ
vtatur his verbis, sed dicat: Talis iuratus super tali articulo sic di-
xit. extr. de probatio. tertio. Nam hic nulla fit quæstio, seu inter-
rogatio: vnde non est necessaria responsio, sed solùm legitur te-
sti articulus, vbi est certa facti positio siue assertio, quam sequi de
bet dictum simplex: vt 3. quęst. 9. c. pura. extrà eodem. quoties. &
cap. cùm tu. & ca. veniens. & c. significauit. & c. cùm clamor. Siue
depositio: vt eodem tit. cùm venisset. cùm in tua. Albericus. licet
ex quadam. & c. pręsentata. extr. de probatio. quoniam contra. Si
ue vltranea asseueratio: vt extr. eo. series. & in prædi. c. iij. non de-
bet examinator super articulo principali quærere, vel aliquid fa
cere, per quod testis valeat informari, vt iam dictum est arg. con-
d trà. quòd super eo debeat testis interrogari. extra. eod. per tuas[d].
13 †¶ Vt autem hoc plenius caueat, nota secundum papam, & do-
e minum meum [e], quòd in testium examinatione quædam consi-
deranda sunt circa examinatorem testium: quædam circa ipsos
testes: quædam circa eorum dicta. Circa examinatorem hoc attẽ
dendum est, vt sit prudens & expertus, diligens & attentus: fide-
lis & cautus. Prudens & expertus, ideo dixi, vt prudenter & dis-
creté attendat, quod sit testis officium, & quæ eius verba, & ipsius
qualitatem & vultum. Officium namque testis quod primo iu-
dex attendere debet, est, dicere plenam veritatem sine adiectiõe
falsitatis super eo, super quo producitur, & hoc iurat. quod dic vt
s. eo. §. sequitur. Debet autem testis eam veritatem dicere super
articulo, super quo inducitur, quam quinque sensibus percipere
f potest, s. visu, auditu, gustu, tactu, & odoratu[f]. †De visu probatur
14 s. §. primo. ver. item quod non prohibet. quod fiet sic: Si enim
quæstio est inter aliquos, an aliquis rem aliquam tenuerit, vel cu
ius coloris sit, tunc debet testis deponere de visu, & dicet sic: Ego
vidi q P. de facto tenuit talem rem: nec est necesse vlterius quæ-
rere causam scientiæ, vel sui dicti, cùm iam reddiderit eam: nec a-
liam bonam valeat assignare: non tamen est inutile de aliis circũ
stantiis quærere ab eo, puta, vbi eras quando vidisti, & quãdo au
diuisti, & qui erant tunc tecum, & de similibus. Hæc tamen non
sunt causæ dicti sui, sed circunstantiæ ad veritatem plenius inda-
gãdam. Si verò testis dicat simpliciter, P. tenuit de facto talem rẽ:
nec dicat, vidi, adhuc valet eius dictum sine causæ redditione, p-
latum, si non fuit de illa interrogatus. Quod dic vt s. §. primo.
ver. item quod interrogatus. & j. eo. ver. viso. Præsumendum em
est pro teste, quòd illam reddidisset, si interrogatus fuisset. prima
quæstio. vij. c. sancimus. sed nec ipse debet esse iudici nimis verbo
sus. s. §. j. ver. item quòd est verbosus. Vtile tamen est tunc quæri
de causa dicti sui: nam si dicit, Scio quòd nullus dubitat, vel quia
15 sic omnes dicunt: †Vel scio, quia scio: insufficiens causa est: vnde
non valet eius dictum. sed si dicit, Scio quia vidi: tunc bona est. I-
dem quoque est quando quæritur de colore. ideoque cæcus ne
quit in talibus testificari, quia ibi non potest bona ratio per eum
reddi, nisi visu: quo sensu cæcus caret. quæ dic vt in præalleg. ver.
item quòd non prohibet. & sequen. ¶ De auditu quoque is qui
audit potest testificari. si enim quæritur, an quis habeat vocem al
tam vel submissam, & planam grossam vel gracilem, bonam vel
malam: hic reddenda est ratio de auditu, nec alia sufficiens esse
potest. Potest quoque reddi ratio de auditu, cũ quæritur, de qua
materia aliquis prędicauit, vel legit, vel concionatus est. Idem ẽt
est, quando quæritur de venditione rei, vel de obligatione cuius
cunque alterius contractus inter aliquos initi, in quibus nulla su
16 ficiens ratio reddi potest, nisi de auditu. †Nam si tunc diceret:
Scio, quia vidi, falsum dicit: quia vox vel verbum videri nequit,
g sed audiri sic: quamuis Aristoteles dixerit[g], quòd voces aliæ albę
aliæ nigræ. Idem etiam est de aliis sensibus, qui tali actui congrue
re nequeunt. ¶Hinc est, quòd omnino surdus, quantumcunque
oculatus & linguosus, nequit de hoc testificari. Inst. de testa. §. te-
stes. Sed in primis casibus, in quibus non de auditu, sed de visu cã
quæritur, bene potest surdaster: tamen qui difficulter audit, si nõ
17 sit omnino surdus, potest etiã in his testificari. †¶ Quid de mu-
to? Non videtur, quòd aliquo casu possit ferre testimonium: vt
in præ. §. testes. & C. qui testam. fa. pos. mutus. nisi forsan, exem-
h plo Zachariæ[h], sciret literas: & per scripturam redderet testimo
nium, vel quia signa indubitata haberet, per quæ ad plenũ intel-
ligi posset. C. eodem titulo. l. discreti. ff. de leg. 3. l. nutu. extrà. de
spon. cùm apud. & c. tuæ. arg. tamen contrà, quòd testimonium
nequeat per scripturam proferri. extrà, qui ma. ac. poss. à nobis. v.
quæst. 2. c. relatum. 3. quæst. 9. testes. & ca. chartæ. extrà, de coha.
cler. & mu. tua. Sed illa vera sunt in his, qui fari possunt. extrà, de
spon. tuæ. tunc enim de se loquatur. de consec. distinctio. 4. cùm
pro priuil. Sed nec tunc sufficit, nisi per iudicem examinentur, q
considerare habet vocem testis & pallorem: vt dixi suprà eodẽ §.
versicul.

ADDITIONES

a Nihil obstat. ¶Ibi plenè scripsi super j. gl. sequens ver. ad literam
fuit Alber. Gal. eo. ti. versi. pone quæstionem. & per errorem ibi
duplicatum est. Adde, quòd domi. Ant. & Ab. in d. c. nihil obstat,
tenent opi. Clementis, & do. Ant. in c. 2. de regular. Bal. no. in l. fi.
§. refutatoriis. C. de app. non damnat, sed dicit quòd notarij me-
lius facerent extensè scribere. & idem facit Host. in d. c. nihil. vt i-
bi refert Abbas. De teste verò, qui dicit, dico vt ille dixit, vide eũ
dem Bal. in l. testium. C. de testibus.
b Agendum. ¶De elec. vbi periculum. lib. 6.
c Titium, &c. ¶Respicit articulum positum. in §. nunc videndum.
ver. in primo.
d Per tuas. ¶Nullum absurdum, licet dicatur super tali articulo in
terrogatus testis, &c. & sic seruatur.
e Et do. meum. ¶Qui hoc no. in decre. cùm causam. e. ti. illa tamen
ibi dicendo, hic remisi.
f Et odoratu. ¶Adde quòd quæ nõ claudũtur sub aliquo ex quin
que sensibus, non cadunt directè in testimonio. Bal. in l. qui testa
mento. §. & veteres. ff. de testamen. Additio. Et qualiter testes de
ponant super his, quæ magis percipiuntur intellectu, quàm sen-
su, vide Bal. consi. cclxxxvj. incip. Thema proponitur. versi. supe-
rest igitur. in col. pen. in 2. vol. Hen. Ferran.
g Dixerit. ¶Hoc dixit in lib. Topicorum. & intelligit, quòd est vox
clara, & obtusa vel acuta, vel grauis. & vide s. §. j. & ver. item quòd
non prohibet. in fine.
h Zachariæ. ¶Lucæ 1. c.

a versicul. ꝯsiderare etiam [a]. ¶Si dicas, cùm edictũ de testibus prohibitorium sit: cæcus, surdus, & mutus ex præmissis admitterentur, quia expresse non prohibentur. ff. eod. l. j. Respondeo, prohibiti inueniuntur: vt in præd. §. testes. & ff. de testa. l. qui testamen-
18 to. Sed & si non inuenirentur prohibiti, † habeo tamen veram & naturalem rationem, qua impediuntur. ff. de iudiciis. cùm prætor. §. non autem omnes. Et talis ratio pro lege seruanda est. 1. distinctio. consuetudo. Instit. de iure natura. §. quod verò naturalis ratio. Et scias, quòd quandoque de auditu auditus: quæ dic vt in præd. vers. item quòd non paribus. & seq. ¶De gustu etiam testis deponere debet: vnde si quæratur de aliqua re, an dulcis fuerit, vel amara: necesse habet reddere testimonium de sensu, qui ei congruit, s. de gustu. Si ergo asserat rem talem esse, nequit cãm scientiæ reddere sufficientem, nisi de gustu: vt dicat, Scio, quia gustaui: nec aliquis aliorum sensuum hic aptus esse potest. Vnde Iob trigesimo quarto, Auris verba probat, & guttur escas gustu diiudi-
19 cat. † ¶De tactu testimonium reddetur: vnde si quæritur, an res aliqua aspera sit, vel lenis, vel suauis, vel mollis, vel dura, non potest reddi testimonium, nisi de tactu. Asperitas enim rei corporalis, vel suauitas non comestibilis, nec videri, nec audiri, nec gustari, nec odorari potest. Hic ergo vtile est quærere causam dicti, quæ non est sufficiens, nisi vna, vt dicat, scio, quòd est aspera vel lenis, quia eam tetigi seu palpaui. arg. 21. q. 4. c. j. in fin. ibi: Palpate
b & videte [b], &c. ¶De odoratu etiam testis deponit. Vnde si quæratur, an aliqua res odorifera, vel fœtida sit: hic nõ potest reddi causa dicti, nisi vna, s. de odoratu, vt dicat, Scio, quia odoratus fui eam 23. q. 4. Nabuchodonosor. in princip. extr. de sacra vnction. c. vnico. §. ad exhibendum. Potest tamen iudex ad circunstantias procedere, & quærere, an aliæ res essent vicinæ, ex quibus malus vel bonus odor posset exhalare: & an tempore, quo odoratus fuit species, esset ingurgitatus vino, vel cibo vsque ad crapulam: vt
20 sic potius ex seipso, quàm ex speciebus fœtor euaporaret. † Nã ex nimia ingurgitatione olet os. ff. de ędil. edict. l. qui clauum. §. is cui. Vtile est igitur talia, & his similia, hoc casu, & pcedentib. quęrere. Nam non omnia membra idem habent officium, nec vnius officium est alteri attribuendũ: vt 89. di. singula. ext. de hær. cùm ex iniuncto. Et laborabit iudex quibuscunque modis potest ad veritatem & falsitatem inuestigandam: vt suprà eodem. §. proxi. ver. item de tempore. dum tamen congrua sint, & pertinentia, & quæ possint negocio adaptari. extrà. de test. ad hoc. aliàs incipit, præsentium. lib. vj. Si tamen omittatur, non minus valet dictum
21 testis: vt s. ver. de visu. † ¶Debet ergo iudex seu examinator esse diligens, vt verba testis attendat, & eius qualitatem: vt j. ver. viso & sequent. & vultum: vt s. eodem §. versi. considerare. & locum, & tempus, causas, personas, & circunstantias, & alia, quæ dic vt s. §. proxim. dixi. Attendere debet etiam præsumptiones: nam attestationes, quæ non valent, quandoque ratificãtur per expressum consensum, & etiam per tacitum. arg. 4. quæstion. 3. c. si testes. §. si quis testibus. licet aliud sit in substantialibus in litis contestatione, & simili: extrà, de lit. contest. capit. vnico. Attestationes enim vires sumunt ex partium pactione, ita vt si alterutra partium opponat attestationes non valere: quia nõ sunt in hoc iudicio productæ: talem exceptionem tollet replicatio pacti. arg. extr. de testibus veniens. 2. & ff. de re iudic. si conuenerit. ff. commun. diui. iudicem. ff. de no. ope. nunc. l. j. §. & post operis. & sequen. Et hac ratione considerata, dicunt quidam, quòd is, cui commissa est testium examinatio, potest eam alij delegare, si partes expresse cõsentiant: vt tetigi s. eodem. §. qualiter autem. versic. hoc autem.
22 † ¶Fidelis etiam & cautus debet esse, vt fideliter in scriptis veritatem redigi faciat, sicut proferetur à teste, nihil mutando, vel detrahendo: & diligenter vulgare in Latinum interpretetur: nec dicat testem dixisse, credo: vbi dixit, scio, vel ecõtrà: s. §. 1. ver. item quòd deposuit. & s. eo. §. sequitur. prope prin. Taliter enim poterit dictum testis in scriptis redigere, quod aufert ius habẽti: quo
c casu ad restitutionem obligabitur [c]. Extensiuè ergo scribat: nec dicat, talis dixit per omnia sicut primus: vt sup. ver. cautum. ¶Viso quæ circa examinatorem consideranda sunt: sequitur videre, quæ circa personas testium sunt attendenda. Et quidem attendẽdum est, an sit inimicus, vel mulier, vel minor, vel infamis, & sic de aliis. quæ prosequere, vt s. §. j. Non enim debet aliquid dicere odio, vel amicitia, vel timore, vel prece, vel precio: vt s. §. sequit. & §. 1. ver. item quod amore. Circa eorum dicta, etiam considerandum est, an aptam causam sui dicti reddant: vt s. ver. vt autem
23 hoc. & seq & s. §. j. versi item quòd non reddit. † ¶Quid ergo, si quis petit fundum rei vendicatione, & testis. qui iurauit super tota causa dicere veritatem, dicat sic: scio quòd P. est dominus rei petitæ: nũ quid est sufficiens tale testimonium? Respondeo, non: imò reus absoluetur, nisi actor aliud probet: quia talis testis non
d reddit testimonium de facto, sed de iure, quod ei non licet [d]: nec
24 necessarium est, cùm ius certum & limitatũ sit. † Alius enim est testis iuris vt aduocatus: & alius testis facti, vt testis de quo hic loquimur. Debet ergo testis interrogari qualiter scit ꝙ actor sit dominus, & ex qua causa habuit dominium. extr. de fide instr. ca. cùm Ioannes. Et si respondeat, quòd ex causa emptionis, vel alterius contractus, interrogetur à quo emit: quia nec omnes vendere possunt. xij. q. 2. alienationes. Interrogetur etiam de quãtitate precij, & an res fuerit tradita, quia sine rei traditione non acquiritur dominium. Instit. de rerum diui. §. per traditionem. & §. vendítæ. C. de pactis. l. traditionibus. Et an hoc vidit, & præsens fuit. ext. de consuet. cap. 2. & s. §. j. versic. item quòd non paribus. Et an in totum, vel pro parte, & pro quota parte emerit: & de multis aliis
25 quæ occurrere possunt: vt s. §. proxi. ver. in quinto. † ¶Item nõ bene dicitur, Vidi ipsum dominum esse: vt ff. de interro. actio. ꝗa
e plerunque [e]. Veruntamen si testis dicit, Vidi quòd talis gessit se pro domino talis rei tanto tempore, intelligit quòd sufficiat ad præscriptionem: bene probat vtile dominium, etiamsi non reddat causam, quia ab eo non quæritur. ar. C. de præscrip. 30. annorum. si quis emptionis. Attendat etiam iudex an testis dicat veritatem de his, quæ quinque sensibus corporis percipi possunt, vt s. dixi. Vnde non quærat: vt quidam faciunt, an P. sit dominus talis rei, & an sit iracundus, vel ebriosus: ad hoc enim & similia non tenetur respondere. Nam secundum papam & dominum meũ,
f nullo sensu corporis [f] apprehendi potest, quòd P. sit dominus alicuius rei, vel quòd sit iracundus, vel ebriosus: sed oculo mentis tantùm, s. ratione: vt extr. de sacra vnctione. c. vnico. §. quia verò. & ver. in vertice hoc apprehendi potest. Ipsa etenim ratio ex his quæ mediantibus corporis sensibus apprehendit, bene pt ipsum P. ebriosum, vel iracundum, vel dominum iudicare: ipse tamen ñ adducitur in iudicem, sed in testem, non iuris, sed facti, ergo non assumat partes aduocati: vt iam s. dixi. Quod si fecerit, non præiudicat eius dictũ, neque valet, nisi vltra procedat, vt videlicet sufficientem causam sui testimonij reddat, sic dicens: Scio P. dominum talis panni: quia vidi & præsens fui, quando ipse emit lanam de qua facit pannum. Hoc enim casu probat dominum, non ratione

ADDITIONES.

a Versicul. considerare etiam. ¶Dixit ergo Alber. Galea eod. titul. versicu. penult. quòd si testis scriberet dictum suum, concludens & iurans sic esse, prout scripsit, non valeret testimonium. 3. quæ. ix. testes. v. quæst. 2. relatum. Idem Gof. eo. tit. ante fi. & Hostien. eod. titul. §. super quibus. ad finem. vers. quid si testis scribat. & de hoc dixi eod. tit. c. de testibus. in princ.

b Videte, &c. ¶Luc. vj. Adde quòd testis deponens de visu, debet deponere de visu corporeo, & non mentali: & reddere rationẽ ex inspectione intẽtiua, & nõ speculatiua. Bal. in l. j. ff. de his, quæ in testa. delen. Item adde, quòd testis interrogatus quare sciat, & dicat, quia vidi: eius dictum non probat. Bal. in l. j. ff. de his, quæ in test. delen. in 2. col. in prin.

c Obligabitur. ¶Vide quod scripsi de proba. quoniam. in gl. no. ꝙ ex quo. vltra medium. ver. ille etiam.

d Licet. ¶De iure intellige vt dixi supra, §. nunc videndum. in principio.

e Plerunque. ¶Rof. Bene. vbi tractat de confessoria, plenè prosequtur in 2. col. & Io. de Bla. vbi tractat de rei vend. in fi. dicens testes qui deponunt aliquem esse dominum rei mobilis, quia emit & per triennium cõtinuè possedit: vel immobilis. quia emit, & per decem vel viginti annos continuè possedit: videri falsos, quia deponunt, quod impossibile est eos scire. Aut enim de ciuili, aut de naturali possessione loquuntur: ciuilis consistit in animo. C. de acquir. poss. nemo ambigit. qui animus per testem sciri, vel videri non potuit. Testis autem deponere debet de eo, quod scit. C. e. ti. l. testium. ergo reprobandum eius dictum si deponit de naturali illud idem: quia impossibile est illum cõtinuè decem vel xx. annis. pedib. insedisse possessioni rei immobilis. vel continuò tenuisse per triennium rem mobilem animo possidendi. Item ex pte testis impossibile est eum continuè id vidisse: & sic non diuertisse à loco, nec dormiuisse. Ad vtranque etiam possessionem dictum eorum referri non potest, quia naturalis & ciuilis simul nõ potest esse continua, propter naturalem, vt est dictum. & facit ff. de seruit. l. seruitutes. 4. Ex quib. concluditur per tales testes, nec directum dominium per vsucapionem, nec vtile per præscriptionem esse probatum: cum non cadat in intellectum continua possessio. Ad hanc cauillationem responde per id quod no. j. de proba. §. j. ad fi. ver. sed quæritur qualiter. Adde quomodo per testes probetur possessio, Ale. cons. li. & cx. lib. 1.

f Corporis. ¶Solo, vt statim subdit.

tione primæ partis dicti sui, in qua dicit eum dominum, quod videre non potuit, sed iudicare tantùm, vt dictum est: imò ratione tantùm secundæ partis, in qua dixit, quòd vidit & præsens fuit, & cætera. vt supra. in qua reddit causam iustam & sufficientem sui iudicij. Nec est malum, si testis, vel ratio bene & verè iudicat ex his, quæ sensibus corporis apprehendit, quod iudex concordet cum eo, ex quo sufficientem causam reddit, aliter non. ¶Idē
26 etiam sentias, si sic dicit: Scio † istum hominem ebriosum esse, qa fui cum eo multis annis conuersatus, & quolibet die me præsente & vidente bibebat vinum purum sine aqua, & in tanta quantitate, quòd vix transibat diem sine ebrietate, quia ita soporabatur quòd non intelligebat se ad plenum, nec vti poterat ratione. Valet enim tale testimonium, non ratione primę partis, in qua dixit ipsum ebriosum: sed ratione secundæ partis, in qua sufficientem causam sui testimonij siue iudicij sui reddidit, vt prædixi. ¶Idem quoque est si sic dicit: Scio P. iracundum, quia multo tempore steti cum eo, & vidi, & audiui, quòd de facili mouebatur, & irascebatur sine iusta causa, & specialiter cum suis malè respondendo, vultum atrocem, & quandoque pallidum, quandoque rubeum ostendendo, maledicendo, comminando, percutiendo, & seipsū dilacerando. Hoc enim valet testimonium, non ratione primæ, sed secundæ partis, vt præmissum est: & idem est in similibus obseruandum. extr. de rescrip. inter cæteras[a]. † ¶Hoc quoq; notan-
27 dum est, quòd quædam sunt, quæ non solùm ad iudicium rationis sed etiam testimonium ad sensum corporis trahi possunt: vt si testis dicit: Scio quòd P. talem rem tali tempore possidebat, vel iustè possidebat. Nam possessio, maximè quando adiungitur iustè, aliquid iuris habet. ar. in hoc quod no. extr. de conces. præbē. proposuit. §. auditor. ad fi. habet & multūm facti: vt ibidem. Vnde & dictum testimonium sic est intelligendum, possidebat, id est, d̄ facto tenebat, & ei corporaliter incumbebat, quia talis est communis intellectus huius verbi, quem sequi debemus. arg. extr. de spons. ex literis. j. extr. de verbor. sign. intelligentia. Sed dices, à simili dicendum est, quòd ad iudicium rationis spectat, an P. bene vel malè, cauet: & an res sit odorifera, vel fœtida: & sic de similibus. Respondeo, non est ita: quia hæc tantùm sensibus corporis propriè apprehendi possunt. licet in his secundum quod sensus magis vel minus in hominibus vigent, possit vnus melius & fortius apprehendere, quàm alius. Et ideo magis vel minus ei credē dum est in hac parte: & hoc in sensu visus manifestè apparet. Aliquis enim habet curtiorem visum, quàm alter: ideoq; magis creditur ei, qui habet curtiorem de visu ad propinqua, quàm illi qui habet longiorem de visu ad remota. Vnde & in testimonio sensum sæpe ratio iuuat, & adminiculum præstat: quare etiamsi de testimonio visus seu inspectionis agatur, magis credendum est il-
28 li testi, qui perspicacius & subtilius videt, quàm alij. † ¶Hinc est, quòd in talibus magis credendum est iuueni, qui habet perspicacem & subtilem visum, quàm seni, qui visum habet obtusum. Puta, quando agitur, vel quæritur, vtrum mulier arcta sit, vel apta ad viriles amplexus, quod per mulierum inspectionem perpēditur ac iudicatur: vt extr. de fri. & malefi. fraternitatis. in princ. & c. fin. de probatio. c. penulti. xxvij. q. j. nec aliqua. aliquæ mulieres in talibus expertiores & peritiores sunt aliis: vnde eis magis credendum est. l. di. vt constitueretur. ibi: experto cre. & c. & in tali casu sufficit, ꝙ testis dicat, Vidi & palpaui eam arctam: quia solo sensu corporis, scilicet visu & tactu, hoc apprehenditur. Et hoc est, quod dicitur, Sæpe manus, vel oculus fallitur obstetricum: vt in prædic. concordan. idem est, secundum Innocen. papam, cùm q̄ritur, an quis frigidus sit, & impotens ad coeundum: sed tamen n̄ videtur, quòd hoc de facili apprehendi possit per solam inspectionem. Vnde secundum quosdam, & hic requiritur alia certa solennitas, priusquam matrimonium dissoluatur: vt extr. de frigi. c. fi. Sed dominus meus dicit, quòd illa solennitas est seruanda, q̄n agitur de maleficio. Frigiditas autem, vel alia impotentia, quandoque per solam inspectionem probari potest: vt ipse no. ext. de frigi. & male. c. j. & c. laudabilem. super quibus autem iudex interrogabit testem, dictum est s̄. §. proximo. ¶Porrò in causa inquisitionis capitula, vel articuli fiunt, super quibus testes examinant: vt extr. de accus. qualiter. 2. §. debet. Vt autem expertos vtiliter in talibus instruamus, formam inquisitorij, secūdum quod testis
b in causa inquisitionis examinetur, supponamus[b].
29 ¶FORMA inquisitionis. † Quæro à te, an scis vel credis, vel fama est, episcopum vel clericum aliquem ciuitatis vel diœcesis fecisse concessionem super quacunq; re spirituali pro pecunia, vel alia re temporali data, vel promissa, vel retenta, vel ex pacto seu conuentione. 1. q. 2. quàm pio. extr. de simo. c. cùm ecclesia. Item an scis, vel credis, vel fama est, quòd aliquis dederit aliquid episcopo pro eo quòd est incontinens, vel pro eo: quòd habet, vel habuit concubinam, vel sustinuerit eum pro aliquo alio commodo temporali. extr. de vita & honesta. cleri. ca. vt clericorum. §. prælati. extr. de simo. nemo. Item, an scis, vel credis, vel fama ē, quòd episcopus aliquid receperit, & habuerit per se, vel per aliū tacitè, vel expressè vel clericus aliquid dederit, vel promiserit ꝑ se, vel per interpositam personam pro beneficio ecclesiastico obtinendo, vel vt eligeretur, vel precibus illud contulerit. 1. q. 1. reperiuntur. & c. sunt nonnulli. extr. de simo. c. ad hæc. c. sicut. extrà de æta. & quali. c. tuam. Item an scis, vel credis, vel fama est, quòd episcopus monuerit clericos suos super vita & honestate, & diligentia in diuinis officiis, & aliis: & quod delinquentes puniuerit, vt in præ. c. vt clericorum. respon. j. xij. dist. de his extr. de censi. §. sanè. lib. 6. Item an scis, vel credis, vel fama est, aliquem clericum cuiuscunque status, vel ordinis concubinam habere, vel ei cohabitare, vel eam suis expēsis in domo vel extra tenere, vel ad aliquam accedere, vel ad se venire, vel cum aliqua suspecta muliere consortium vel colloquium habere. extr. de cohabi. cleric. & mu. c. 1. 2. & seq. C. de episc. cleric. auth. episcopus. 32. dist. presbyter. lxxxj. dist. Item igitur an scis, vel credis, vel fama est aliquem eorum aleatorem esse. extr. de vi. & hone. cleric. extr. ne cler. vł mo. c. j. C. de episco. & cler. authen. interdicimus. vel blasphemū. extr. de elect. male. c. 2. xxv. distin. c. vnum orat. §. aliàs, ea demum. in fi. & c. seq. xxj. dist. deniq;. 24. q. 3. si igitur. & c. seq. vel vsurariū. xlvij. dist. non licet. & c. sequen. extr. de vsuris. præterea. vel coniuratorem seu conspiratorem. xj. q. j. coniurationum. & c. seq. extrà, de re iudic. cùm I. & A. de iud. c. exhibita. vel alienatorem rei ecclesiasticæ. xij. q. 2. monemus. & tribus c. seq. extrà. de reb. eccl. alie. vel non. si quis presbyterorum. vel obligatorem. extr. de pi. c. j. & 3. C. de episcop. & cle. sancimus. primo. in prin. vel malè administrantem, vel res ecclesiasticas dilapidantem, & consumentem, vel malè dispensantem. xxviij. dist. de Syracusanæ. extr. de simo. licet Heli. 3. q. 2. quia ea. extr. de accus. c. fin. extr. de offic. del. venerabilis. Item, an scis, vel credis, vel fama est, quòd sacrista, vł thesaurarius, vel custos vasa vel vestimenta, & alias res vel ornamenta ecclesiæ: puta libros, vel alia diuino cultui dedicata bene seruauerit: & si aliqua de mobilibus diminuta sunt, & per quem, & quare, & quando, & qualiter. extr. de offic. sacri. ca. vnico. & de offi. cust. c. vnico xxv. dist. perlectis. in fi. & de off. arch. ea quæ. 12. q. 2. c. alienationes. & sic quære super singulis officiis de his, quæ ad quemlibet eorum noueris pertinere. quod dic vt in præ. c. perlectis. & 21. dist. cleros. & extr. in ti. de officiis. Item, an scis, vel credis, vel fama est, quòd officia diuina deuotè horis competentib[9], & solenniter celebrentur: & an in singulis ecclesiis mos ecclesiæ diœcesanæ, vel metropolitanæ in diuinis seruetur. extr. de celeb. miss. c. j. & c. dolentes. 12. dist. de his. & de consec: dist. 2. institutū. Et an intersunt exequiis mortuorum: & an tenent ecclesias vel cœmiteria, vel eucharistiam, vel reliquias, & alia huiusmodi mūdè & lautè. extr. eo. cum creatura, respon. j. & c. sanè. de custo. eucharistiæ. ca. 1. & 2. Et qualiter baptizant, vel pœnitentias iniungunt: & an ad hæc facienda prompti sint, vel negligentes: & an aliqui ob hoc sine pœnitentia vel baptismo decesserint. extr. de bapti. c. j. de consecr. dist. 4. de catechumenis. & c. ne quod absit. ext. de pœni. & re. c. fi. xvj. q. vj. si quis presbyter. & c. seq. Item, an scis, vel credis, vel fama est, aliquem esse in ciuitate, vel diœcesi, hæreticum, vel suspectum de hæresi, vel conuenticula per tales fieri: vel an scis domum, vel prædium, vel antrum, vel locum vbi conueniant: vel an scis, vel credis, vel fama est, aliquem esse receptorem, vel fautorem, vel credentem, vel defensorem, vel laudatorem, vel vice eorum ministrantem eis, quo ad victum vel vestitum, & alia necessaria. extrà. de hæret. excommunicamus. primo. §. credentes. & cap. si aduersus. & c. sequen. in princ. C. de sum. tri. l. secunda, & 3. C. de episcop. & cler. conuenticula. 30. dist. si quis ex. & c. sequen. C. de hære. cuncti. & l. Arriani. & l. seq. & authent. creden

ADDITIONES.

a Inter cęteras. ¶Hoc ergo intendit per superiora distinguere iudicium à testimonio. Dicere ergo, Ita iudico: vel, ita mihi videtur: n̄ valet in his, quæ solo sensu corporis percipiuntur. In illis autem quæ ratione mentis percipiuntur, licet causata ab aliquo sensu corporis, illo expresso bene procedit talis ratio dicti in teste. Adde huic additionem quam scripsit Ale. cons. ix. xv. & cons. 74. lib. j. & cons. xlvij. & lxxxij. lib. 4. & cons. cxlv. lib. 2. Adde tu, quòd testis deponens quoad oculum intellectus, nisi reddat rationem eius, quod per sensum percipitur, non probat. Bal. in l. j. ff. de his, quæ in testa. delen.

b Supponamus. ¶In inquisitorium autem, quòd fit ipsis inquisitis cū generaliter in capite, & in membris inquiritur de statu ecclesiæ, vide j̄. de inquisitio. §. nunc tractemus. ver. licet autem.

credentes.35.q.vj.episcopus in synodo. Item, an episcopi & clerici sint assidui in officiis: & an surgāt ad matutinas horis competentibus, & anintrent chorum honestè, cū cappis, vel sine cappis, cum superpelliciis, vel sine: si dormiunt in cōi dormitorio, & comedunt in communi mensa: si acceperunt aliqua de possessionibus ipsius ecclesiæ, auctoritate propria: si episcopi vel capituli negligentia aliqua de possessionibus ecclesiæ sunt alienata. extr. de vit. & ho. cle. quoniam. cum suis concor. Item, an scis, vel fama est, aliquos esse simoniacos, periuros, dilapidatores. extra. de simon. licet. de re iudic. cùm I. & A. Item quæratur de singulis, in quibus consistit honestas clericorum. Quę dic vt extra. ne cleri. vel mo. c. j. vigesimatertia. distinct. de his igitur. & dixi in reperto. in tit. de vita & ho. cler. & de aliis, sicut inquisitoris diligentia viderit expedire. videlicet, an aliqui sint adulteri, vel incestuosè coniuncti: & sic de similibus. iij. q. iiij. consanguineorum. xxv. q. ij.
3 8 c. ij. & vj. qu. j. infames. † ¶ Ex præmissis ergo patet, cùm inquiritur de statu ecclesiæ, & tā de capite, quàm de membris iurant testes super omnibus his, quæ sciunt vel credunt in sua ecclesia reformanda, tam in capite, quàm in membris, exceptis occultis criminibus, meram & puram dicere veritatem: vt extrà, de accusa-
a tio. qualiter. j. §. fin. [a] & c. cùm dilecti. Adde siue fuerit interrogatus, siue nō. Addunt etiā quidam, ꝙ non reuelabunt dictū suū alicui, donec testes fuerint publicati: vt s. sequitur. Est & alia forma, quę nō seruatur, scilicet. quòd non respondebunt veritatē ad inquisita: vt præ. c. cùm dilecti. Sed hoc potest prestari ab eo, contra quē inquiritur: precedeus verò à testibus. Quidam autem, vt omnem fraudem excludant, vtrumque iuramentum faciunt præstari, tam ab his, contra quos inquiritur, quàm à testibus. De hoc vide s. §. sequitur. Vbi autem inquisitio sit super certo crimine, nō debent testes deponere de occultis, vel manifestis, nisi de his solùm, de quibus facta est copia infamato: vt eodem. titul. qualiter. ij. §. debet.

ADDITIO.

a §. fin. ¶ Et ibi in fine scripsi, ꝙ licet non debeant occulta crimina reuelare, occultas tamen circunstantias manifestorum criminū reuelare tenentur.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non debet attestationes partibus non vocatis publicare.*
2 *Publicatio attestationum qua forma fieri debeat.*
Postquam renunciatum est testium productioni, vel conclusum in causa, non possunt alij testes induci.
3 *Attestationibus publicatis, non sunt alij testes super eisdem articulis producendi: & in quibus casibus fallat hæc regula.*
4 *Petēs post attestationum publicationē, testem interrogari, an obtinere debeat.*
5 *Testes iidem an sæpe possint ante attestationum publicationem induci.*
6 *Testes recepti ad æternam rei memoriam, & secūdum formam iuris publici, si post attestationum publicationem producuntur, recipiuntur solùm ad defensionem, non ad actionem.*
6 *Nouus articulus quatuor modis dici potest.*
8 *Articulus nouus dicitur. qui dependet à veteri.*
9 *Testes quo pacto petantur in iudicijs iterato recipi.*
10 *Attestationibus publicatis, an possint in causa criminali testes induci.*
11 *Reo audiente si testes actoris deponant, vel econtrà, quid iuris.*
12 *Testibus publicatis, si perdantur attestationes, possunt ipsi iterum produci.*

¶ De attestationum publicatione.

8. §. Satis vtiliter & compendiosè docuimus qualiter sint testes examinandi: nunc autem dicamus qualiter
examina
a examinati sint publicandi [a]. Et quidē testibus productis
tis partes debent renunciare testium productioni. Cautè tamen, postulent attestationes publicari, vel saltem
vt j. §. fin. quo facto
1 pars producens: & hoc redigatur in actis. † ¶ Iudex igitur volens
attestationes publicare, vocabit partes: quia eis non vocatis, non
debet aperire, vel publicare, extr. de re iudi. c. cū I. & A. ff. de min.
in cāæ, §. j. ff. ad le. Iul. de adult. si postulauerit. §. de quæst. maximè
ea ꝯ q̃ sunt ꝑducti: q̃ fortè, imò sine fortè, in aperitione volet ali-
quid ꝓtestari: vt extr. de testi præsentiū. & j. §. prox. in prin. Fis er-
go præsentibus, vel per cōtumaciā absentibus. quia fortè tūc ha-
bentur pro præsentibus: vt extra. de testi. in nomine. & C. de iudi.
properandum. cùm autem. extra. de do. & contu. veritatis. in fi. &
de eo qui mit. in pos. causa rei ser. eum qui. præcipiat notario, ꝙ
legat coram se, & coram partibus publicè in iudicio dicta testiū
b in tali causa receptorum, vel ipsemet legat [b]. Et si sunt multè at-
c testa, vel prolixę, sufficit vnā ꝓ omnib. legere [c], quo facto, dicat iu
dex: Hæc sunt tales attestationes, habeatis eas pro publicatis, vel
2 eas publico, & hoc totū redigatur in actis. † ¶ Publicatio autem
scribetur sic:

FORMA. Lectæ & publicatæ sunt hæ attestationes coram tali iudice, vtraq; parte præsente, & testium productioni renunciante. Hoc autē verum est, nisi aliqua partium aliquid rationabile ꝓposuerit, quare non debeant publicari: puta quia nō fuit facta legitimè remissio ab his, quib. commissa fuit testiū examinatio vel huiusmodi. Hoc autē no. quòd postquam renunciatum est testium productioni, vel conclusum in causa, nō possunt alij testes induci: quòd dic, vt j. §. fi. Item non sunt testes inducēdi postquam sufficiens productio facta est: vt s. eo. §. qualiter autem. vers. quar-
3 ta. & seq. nec postquā dilatio lapsa est: vt in eo. §. † ¶ Nec etiā attestationibus publicatis super eisdē articulis sunt testes producēdi regulariter: vt e. ti. intimauit. & c. fraternitatis. hoc fallit in casibus. ¶ Primus, si inter alias personas agaē: vt extra c. cōstitutus. & ca. præsentata. Quid si à sentētia lata inter me & te, tertia persona appellat, vel contradicit executioni: vt extr. de re iud. cùm super. nūquid post illā testes in causa appellatiōis super antiquis articulis producere poterit? Argu. ꝙ sic. extra. eod. c. veniens. ij. extr. de præben. dilecto. in fi. ext. de fide instru. §. instrumentum quoque.
d & in præd. capit. cùm super [d]. Vinc. dicit [e] quòd non, nisi præsens
e fuit in priori iudicio, & tacuit: nec sibi negata fuit licentia de suo iure docendi. ff. de re iudic. sæpe. extr. eod. quāuis. secus si ignorauit causam ad se spectātem agi. arg. ff. de accus. si cui. §. iisdem. ext. de his. ¶ Secūdus, si sit diuersus modus agendi: vt extr. c. veniens. ij. & ca. cùm in tua. ¶ Tertius, si sit nouus articulus diuersus pendens ex veteri, eod. tit. fraternitatis. Quod dic vt not. eod. tit. tam literis. secundum papā. Quartus, si primæ attestationes sunt amissæ: vt infrà versicu sed quid. ¶ Quintus, si mutatur iudicium. & id velit is contra quem producuntur. extra. eod. præsentata. C. eod. l. fi. ¶ Sextus, si obscurè & cōfusè deposuerunt, eod. tit. cùm cla-
f mor [f]. † ¶ Quid ergo, si peto post publicationem testem interro-
4 gari? Respondeo, videtur fieri debere. ff. de quæstio. repeti. ar. cōtrà. ff. eo. produci. Dic de iure non debere fieri parte præsente, sed de consuetudine, & etiam ad postulationem iudicis, sic. & tunc non vt addat, sed vt etiā dictorum rationem dicat, secundum Al-
g beri. Gal. [g] De hoc not. in authen. eo. §. quia vereor. & §. nunc vi-
5 dendum. † ¶ Sed nunquid ante publicationem possunt iidem testes sæpe induci? Argum. quòd sic. extra. eod. constitutus. ij. in fin. ca. cùm causam. Arguitur tamen quòd sit in optione rei, an velit eundem testem denuò recipi, an ex prędictis attestationibus procedi. eod. tit. præsentata. C. eo. l. fi. §. si autem. Et hoc puto, vt nunquam idem testis denuò possit, nisi ex causa induci: vt si fortè primò non fuit de omnibus recordatus: in auth. eo. §. quoniā verò multi. colla. vij. ff. de quęstio. repeti. vel si non fuit plenè examinatus: vt in præ. c. cùm clamor. & c. per tuas. aliàs tanquam suspect⁹ repellitur. quarta. quęstione tertia. si testes. §. produci. ¶ Septim⁹, si testis synodalis deposuit coram capitulo, deponat iterum coram delegato. extra. de test. cog. præterea. ¶ Octauus, si examinator neglexerit interrogare super aliquibus articulis sibi datis: vt s. §. nunc videndum. in fi. ¶ Nonus in causa matrimoniali secundum quosdam indistinctè. eod. tit. series. & j. ver. in causa. ¶ Decimus, si detur in integrum restitutio, vt iterum producantur. De quo dic, vt j. de restitu. in integr. §. vlt. versi. quid si in causa. ¶ Xj. in absentia probanda. extr. de testi. ex tenore. in fin. ¶ Xij. in causa appellationis. extr. de fide instrument. cùm Ioannes. & not. C. de except. exceptionem. in authent. ibi posita. ¶ Xiij. in crimine falsi. extr. de testi. sicut. & de proba. licet. & j. §. proxim. ¶ Xiiij. in adiectione pro valore & deceptione. extr. de test. cùm causam. ¶ Xv. si nondum didicit quis testificata, quamuis fuerint publicata: vt iam dicam. ¶ Xvj. secūdum quosdam, si iudex indiscretè publicauit: &

ADDITIONES.

a Publicādi. ¶ Tāc. fecit rubricam de testiū publicatione & reprobatione, cuius verba multum ampliat auctor, & secundum eam prosequitur infrà §. ij.
b Ipsemet legat. ¶ De facto seruatur, qđ legiē aliquid de vna attestatione in principio, & de vna in processu, & de vna in fine: sine hoc tñ satis est iudicē ꝓnūciare illas ꝓ publicatis haberi: & tunc ñ dicentur lectæ, &c. sed dicetur, ꝙ iudex pronuncianit partibus præsentibus attestationes pro apertis, & publicatis haberi, & decreuit ipsarum copiam partibus fieri.
c Omnibus legere. ¶ Et dicebat Aegid. sic seruari Bononiæ.
d Cùm super. ¶ Vide quod ibi dixi post Inno. in gl. magna ante medium. ver. & si publicatæ.
e Vincen. dicit. ¶ In præ. c. veniens.
f Clamor. ¶ Adde tu, an testis declarādo dictum suum debeat hoc facere cum nouo iuramento. Item an hoc debeat fieri vocatis, seu citatis partibus: vide Bal. in l. hæredes palàm. §. sed si notam. ff. de testamen.
g Arber. Gal. ¶ eo. tit. ver. sed pone volo. & Aegi. eo. lib.

uit:&sic intellige extr.eo.series.quia hoc debet volenti produce
6 re,præiudicare.†¶Xvij.si testes sunt recepti ad æternam rei memoriam,& publicati secũdum formam traditam, extr.de testi.significauit.Nam tunc solùm recipiuntur ad defensionem,& non ad actionem:vt not.ibi.& secundum papam eod.titu. Albericus. Et probatur iste casus eo.tit.veniens.ij.prope fin. maximè si nullus fuit tunc vocatus ad videndum iurare testes, nec aliqua solennitas adhibita:vt in præd.ca.significauit.& eod.titu.in nomine.& sic obtinuit. Aliqui dixerunt esse tunc in optione eius cõtra quẽ producti sunt, an velit primis attestationibus stare, an velit testes,vbi viuunt, iterum examinari: vt eodem titulo. præsentata. & ca.veniens.secundo.& C.eodem.l.fin.Quod non placet:quia ad aliud tunc fuerunt inducti, & nunc ad aliud: vt præmisi.extra. eo.cùm causam,quæ.& extra iudicium: & fortè inter alias personas:vt in prædict.cap.veniens.extr.de fide instr,inter.§.instrumẽtum quoq;.& s.dixi. Argu.tamen contra prædicta s.§.nunc tractemus. prope finem, ibi; sed certè hoc. De publicatione autem, quæ fit ad æternam rei memoriam,not.j.de edit.instru. §. ostenso.versicu.quoniam.& seq.& §.vt autem.versicul.fine scriptura. ¶Xviij.si princeps id expressè per rescriptum suum cõcedit:vt j. de in integ.restitu.§.vlti.versi.quid si in causa.¶Xix. quia publicatis testib.possunt testes reprobatorios producere, in authẽ.eod. tit.§.si verò.j.§.proximo.¶Xx.in causa inquisitionis. Sic intelligunt quidam extra. eod. cùm clamor. Dic vt ibi not. secundum
a papã a. De hoc j.de inquisition.§.nunc tractemus. versi.sed nunquid.¶Xxi.quia publicatis attestatiõibus,potest exceptio peremptoria proponi & probari:vt suprà.§.qualiter autem.versicu.sed
7 opponitur.†¶Illud autem notandum est,quòd quatuor modis potest dici nouus articulus. ¶Primò,si in causa principali petii à te equum:in causa verò appellationis peto bouem,& super hoc volo testes producere,& tunc non sum audiendus:quia hic articulus est penitus alienus, & separatus à primo: vt nota. in prædi. ca.cùm Ioannes.& extr.de testib.cap. fraternitatis. ¶Secundò,si quis super re litigiosa priuilegium impetrat, super quo similiter nullus auditur,quia non valet priuilegium tale:vt eodem titulo, causam quæ.& extrà,de lite penden.ca.fin.¶Tertiò,vt si egi contra te,qui succidisti arbores meas,ex l.xij.tab. de arboribus succi. siue ex lege Aquilia;&post in causa appellationis velim agere interdicto,quod vi aut clàm.nouus est articulus:quia ab eodem dependet.ff.de iureiu.duobus.§. colonus. Vel si primò egi locati,& pro arboribuus incisis,propono arborum furtim cæsarum.ff.locati.l.si merces. Vel si egi primò furti pro rapina, in causa appellationis possum proponere vi bonorum raptorum,quia est coniũcta primæ.ff.vi bono.rapto.l.j.in princ.xiiij.quæstion.v. pœnale. Sed hoc,quod in prædict.decre.dicitur,non habet hic locum,scilicet,quòd testes noui vel antiqui recipiantur:quia postquam actum fuit vna via, altera excluditur: vt ff.de tribut. quod in hæredem.§.eligere.Quod dic,vt j. in tit.de ac. seu pe. §.j.versi.si verò plures. ¶Quartò.dicitur nouus articulus.id est,de nouo propositus:prius tamen competebat,sed oritur ex veteribus:&de tali loquitur prædict.cap.fraternitatis.Ille autem articulus quandoque proponitur à reo, & quandoque ab actore. A reo proponitur in causa appellationis. Verbi gratia,agis contra me vt tradam quod tibi vendidi: excipio quòd non teneor, quia de præcio non satisfecit:condemnor.appello:in causa appellationis occurrit articulus vetus,hic scilicet non tradere:assero tamen quoddam nouũ, scilicet quòd non purè,sed conditionaliter vendidi,nec conditio est completa:vt in prædict.capitul.cùm Ioannes.circa princi.Vel si vis facere quartam productionem testium,iudex nõ admittet: appellas.ego appellatus propono nouum casum dependentem ex veteri,scilicet quòd non debent testes recipi:&quod ideo nõ fuit quarta productio admissa,vt effrænata testium multitudo vitaretur:vt extr.de testi.capit.significauerunt.Vel sic:Tutor datus se excusat,dicens se gerere tres tutelas:quare excusatur à quarta: condemnatur:appellat.in causa appellationis ad excusationem asserit nouum, scilicet se gerere vnam tutelam, ita negotiosam & diffusam,vt loco trium habeatur,ff.de excusa.tut.tria.j. & ij.& l.si is,qui tres.§.eum,qui.Vel sic:Agis contra me, dicens quòd in minori ætate mihi prædium vendidisti sine decreto : ideoque non valere.Ego dicebam à maiore factam: demùm condemnatus,in causa appellationis dico à te maiore ratam habitam : vt C. si maior fac.ra.ha.l.fin.
8 †¶Cæterum ab actore proponitur nouus articulus dependens ex veteri: vt verbi gratia, obligasti mihi Digestum pro centum,quæ tibi mutuaui, secundò obligasti illud Titio tertiò,nouasti mihi obligationem:ego ex illa nouatione petii illud pignus : opponit se secundus creditor dicens, quod sibi prius fuit obligatum,quàm nouatio huiusmodi facta esse: succũbo,&appello:in causa appellationis propono articulum, qui tamen prius competierat,dicens quòd debeo potior esse,quia mihi prius pignus fuerat obligatum:&super hoc possum nouos te

b stes b producere, vel antiquos: secundum præalleg.decre.fraternitatis.Hæc probantur ff.qui po.in pign.hab.l. iij. in prin.Vel sic, Agebam contra te, & tu condemnaris:iudex tamen omittit condemnationem expensarum,quia illas non petiit:appellas à sentẽtia in causa appellationis peto expensas: ecce nouus articul⁹, qui primò competebat dependens ex prioribus. C. quando prouo. non est ne.l.fi.Vel sic:Aliqua ecclesia petit decimas à templariis, qui opponunt priuilegium de non dandis decimis: ecclesia succumbit:&in causis appellationis proponit,quòd priuilegiũ non obstat, quia tanto tempore decimas perceperit, quod iam contra priuilegium est præscriptum:& super hoc nouo articulo probando,quod prius competebat,& depẽdebat etiam ex antiquis: testes admittuntur in causa appellationis.extr. de priui.accedentibus.
§ An iudex qui examinat testes possit dicere testi literato φ dictū suum scribat, & sibi det in scriptis. Bar. φ sic in l. Theopompus. de dote prælega. Goffr. in secunda de testi. extr. de testi. tenet φ non. idē tenet Hostiē. in summa de testib. §. super quibus. quid si testis scribat testimoniū, Bald. in l. iusiur. dicit φ si testis dictū suū legit iudici potest habere locum opinio Bart. si verò non legit, sed dat dictum suum in scriptis sub sigillo suo, nō valet. allegat quod no. in c. de testibus. extr. de testi. in nouel. & in c. per tuas. extr. eo. tit. vide ĩ. ver. quid si testis tradat scripturam.

§ Nota φ si testis affirmat capitulum. & adducat rationem dubiā probat. Bar. in l. Labeo ff. de supellec. lega. Bartol. in l. de tutela. C. de in inte. rest. dicit quòd etiam dictum testis in ratione non releuat probationem. c. in præsentia. de prob.

§ Nota φ mulier nō pt esse testis in testamēto. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa. sed an admittatur contra testamentum, & ad ipsum impugnandum. Albri. in dicto §. mulier. dicit φ non, & sic dicit fuisse terminatum Paduæ: & ita dicit Dy. tenere: & φ omne aliud instrumentum confectum coram masculis non posset reprobari per mulieres quod no. nisi essent multo plures numero, & notæ authoritatis & fidei.

§ In l. si quando. la 2. C. de bo. vacan. lib. x. in text. sigillatim. nota ad statuta dicentia in maleficiis non valere dictum testis nisi sigillatim deponat de loco: quia si dicit de loco in inquisitione ꝓtento, vel accusatione non dicitur sigillatim deponere. cum sigillatim & singulariter expressionem importet, vt hic, & l. si quis ita. de bonis proscr. & ita non est singularis expressio, quamuis referatur ad illud, ergo &c. vide ĩ. de prædiis curial. lib. x. l. j. per Ange. de hoc ver. not. in c. de testi. lib. x. vide in tex.

§ In l. si quando. C. de testi. Baldus quærit. assignatus est mihi terminus ad proban. x. dierū, an testes possint produci in isto termino aduersario vlterius non citato. vř φ sic. cū dies interpellet ꝓ homine. Contrarium tenet Bald. in l. quoniam ante Kalendas. de verb. oblig. fac. gl. in clemen. quamuis. de appella. Alibi tamen addit Bar. φ si in vltima die fit productio, non est necessaria alia citatio partis, quia vltima die quælibet pars videtur admonita. ita notauit in l. item illa. de consti. pec. nec expectabo extremitatem vltimæ diei, quia sufficit quacunque hora diei, vt notatur in dicta clement. quamuis. de appel. Ioan. Andre. in additio. & Pau. de Leaza. & ideo cauti aduocati faciunt assignari terminum & admoneri partes quòd assistant singulis diebus & horis, quod maxime est necessariū, si pars habeat habitationē in partibus remotis.

§ Item quęritur, quid si iurant in termino, sed deposuit post terminum. Bar. in l. damnum. §. sabini. de dam. infec. & ideo caue ne producas testes vltima die termini, ita quod volendo instare nō possis cum quacunque instantia facere testes examinari. sed Ioann. Andre. in additio. Specul. dicit quòd vtraque pars potest instare quòd iudex examinet, & cum examinatio sit in iudice, & non in parte, quòd neutra pars potest alteri obiicere culpam, cum vtraque pars sit in culpa. & hoc verum si sit statutus terminus ad opponendum, quia tunc non valet depositio postea facta tex. est in capitu. præsentium coniuncta glos. de testi. quo casu habet notarius necesse scribere diem depositionis, nec sufficit scribere diem iuramenti: quia quando aliquid potest valere vno die non alteiuro, de necessitate debet scribi dies. capitulo, abbate sane. de re iudica. lib. sexto. & aduerte si dispositio testis non traheretur ad iuramentum, cum in depositione pars non sit præsens nec citata ad audiendum deponi, & ipsa depositio sit maximi præiudicij, de necessitate sequeretur quòd dictum non valeret. oportet ergo de necessitate dictum à iuramento sustentari, & ad ipsum trahi. & hæc est subtilis ratio & noua Bald. fac. quod nota. Bald. in l. secunda. C. vt lite penden.

§ Testis interrogatus quomodo scit, respondet quia certum est, pcerte non probat, quia non deponit per sensum corporeum. potest enim certum esse ex vehementi opinione quę potest esse falsa, vt l. cum quidam. §. quod dicitur. de acquiren. hæredi. Bart. in l. si quis ita. ff. de testa. tutel.

§ Testis deposuit talem possedisse talem fundum: interrogatus de causa dicit quia vidi, an sufficit. fac. gl. in l. ob causam. §. fin. ff. de testi. quòd sic. & Inno. c. cum causam. extr. de testi. sed quid si dicit talis tenuit de facto talem, an probet? ibi dicit quòd sic. sed quid si interrogatus de causis scienciæ dicit quia vidi, an probet? Inno. vbi s. quòd sic.

§ Testis qualiter debeat interrogari & deponere super dominio alicuius rei, nota. Bar. in l. qui testamēto. §. & veteres. ff. de testam. & l. j. ff. de his quæ in testa. delen. Ray. in l. Titię. de solutio. & l. quidam in suo. de conditioni. insti.

§ An in publicatione testium debeant iterū esse alij testes quā illi quorum testimoniū publicatř? Bal. in l. iureiu. de testi. dicit φ sic. allegat ad hoc glossam in l. solum. de testi. & remittit ad nota. per ipsum in l. gesta. de re iudic.

§ An possint produci etiam post aperturam & publicationē vbi dicta ipsorum sunt nota iudici, non parti. no. in c. cum clamor. de testi. & gl. in l. cum de indebito. in prin. ff. de probat. Bar. in repetitio. auth. at qui semel. de probat.

§ Iudex vel notarius qui manifestat dicta testium partibus antequam sint publicata, incidit in pœnam falsi. l. j. §. is qui depositam de falsis. Dynus & Iaco. de Are.

§ Quomodo quis possit testificari de officio suo, Inn. in c. non sine. de arbi. Bart. in l. deferre. §. j. de iure fisci.

§ An vsurarius possit eē testis in testamento, Bal. in l. j. C. de testa.

§ An per testes singulares possit probari quem fore vsurarium manifestum, Bal. vbi s.

§ An ille qui accepit pecuniam mutuo ab vsurario possit contra eum testificari, Bal. in l. dictantibus. C. de testa.

§ In l. solam. C. de testi. an sit bona redditio causæ scio quia scio, vel scio quia ita est. Respondeo quòd non, quia per ipsum nihil habem᷒ vltra dictum. vnde dicere est est, vel non non, non est aliud dicere nisi simpliciter sine ratione, cap. & si Christus. de iureiuran. fa. l. pro hærede. & l. seq. de petitio. hæredi. vbi dotalem doctrinam, quod omnis causa siue ratio aut est à priori, id est ab initio, aut à posteriori, id est ab effectu, aut est ex quadam continuatione, vt in præscriptione. oratio ergo quæ significat causam est quædam propositio non denotata per simplicem affirmationē, vel negationem.

§ Quæro nūquid de æstimatione rei credatur testi sine redditione causæ & rationis: loquor quando nō est interrogatus de causa. Bal. in l. ij. de rescindē. vendi. de hoc Barto. in tractatu suo testiū dicit φ quandoque creditur quandoque non creditur. nā vbi requiritur diligens inquisitio & ꝑspicax examinatio de æstimatione, vt puta de æstimatione fundi vel domus, nō creditur sine redditione causæ: si autē non requiritur diligens inquisitio Sed talis examinatio cadit in capite cuiuslibet generosi hominis, vtpote valor furti vel aliarū rerū, tunc creditur φ probat sine redditione causæ: vnde si dicit talem rem communiter valuisse tantum in tali tempore, licet non adiiciat φ viderit tanti emi vel vendi, communiter statur testimonio eius, secundum eum.

§ Item quęritur vtrum testis qui dicit se vidisse aliquem pręscripsisse probat præscriptionem. Bar. dicit quòd si testis dicat se vidisse tanto tempore possidere quod est præscriptum, probat. si talis est præscriptio, in qua non requiritur titulus: aliàs secus. ego dico quòd præscriptio non probatur ex ratione testis, sed ex ratione legali. vnde testis probat precium quod est facti, præscriptio autem probatur per visum testis, quia est inuisibilis, sed ex præsumptione resultat. vnde incongruè dicit se vidisse præscribi, nisi ponatur visus pro intellectu: & tunc potius est iudicium quàm testimonium. si ergo dicit se vidisse possidere longo tempore, probat possessionem talem: sed si dicat se vidisse præscribi nō expresso de possessione, non probat, quia deponit non de iure sed de facto. facit quod notatur in l. stipulatio. §. ij quoque. ff. de verbo. obli. & cap. fraternitatis. extr. de testib. per Ioan. Andre. in nouel. cum ibi nota.

§ Quæro quomodo potest probari ciuilis possessio per testes, cū nō possit ratio scientiæ visciue, reddi, cū ciuilis possessio nō videatur. Respōdeo inuisibilia cognoscuntur per ea quę vidētur. vnde per actus congruentes tali possessioni probatur talis qualitas eius. vt extr. de priuileg. c. cum olim. per Inno. l. litibus. C. de agrico. & censi. l. Titia. de solutio. vij. quæst. j. pontificem. l. ij. de seruitu. & aqua.

§ Quid si testis reddit causam per credulitatē, an probet? Respōdeo si talis credulitas est causata à sensu inferente credulitatem, probat: alias nō. l. j. de vent. inspi. c. literis. ext. de præsumptionib᷒. ex hoc no. quòd hoc verbum credo non destruit testimonium cui adiūnatur alia congrua ratio.

§ Quid si testis prius annectit rationem quàm dictum, dic vt suprà dictum est.

§ Item quæritur an per rationem visus possit reddi ratio de quolibet sensu, Dicunt quidam quòd sic, quia sensus visiuus ponitur pro quolibet sensu. vt l. testium. ĩ. eo. & idem dicit Bar. in ratione scio quia tetigi. nam tactus ponitur pro omni sensu exlcōi vsu loquendi. ergo si testis dicit φ fuit post terrium sonū campanæ interrogatus quomodo scit respondet, quia vidit vel quia tetigit, per talem rationem probatur sonus: & sic per vnum sensum probatur alius sensus, & comprehenditur differentia & notitia sen-

suum; quod est ꝯ naturalem rationem: quia cuilibet sensui respõdet proprium sensibile siue obiectum, vt not. Inno, in dicto cap. cum causam. & not. Barto. in l. diuus. de militari testamento. fac. l. qui testamento. §. fina. ff. de testa. si tamen est sensus multum affinis sensui visus, & de quo homines communiter loquerentur ita tunc potest testimonium sustineri, quia tunc ratio posset adaptari.

§ Quid si testis dicat aliquem fecisse aliquid ad sui defensionem, & non fuit interrogatus de causis scientiæ, an probet. & videtur quòd non, quia istud non potest constare testi de plano, sed per multas circunstantias, vt notatur in l. j. C. vnde vi. Barr. consuluit contrarium. nam sese defendere est quædam necessitas quam testis potuit videre inesse per coarctationem loci & temporis & per imminens periculum. vnde istud non est iudicium intellectus, quia visus est causa proxima & immediata huius iudicii, & oculata fide apprehenditur. quare huic dicto statur per gl. huius legis. & ita tenet Bar. in consiliis suis in consilio quod incipit, quidam masiolus.

§ Item dubitatur de teste qui super ætate interrogatus rñdet per aspectum corporis. Bar. ꝙ nõ probat, quia in aspectu potest quis decipi, & quia potius ē iudiciū quā testimonium. ita dicit in consilio lxxxv. quod incipit, In quæstione. & hoc tene, sed meliori ratione, quia si sententia lata ex aspectu non probat plene, nec ergo testimonium ex aspectu. l. minor 25. annis ex aspectu. ff. de minori. facit quod not. Bart. in l. de ætate. C. de mino. vide circa hoc Ioann. Andre. in titulo de teste. vbi ponit ab probandum ætatem consilij mei.

§ Item testis deponens de negligentia quia villa neglexit capere malefactorem, & interrogat de causa, an probet. Barr. quòd non, quia negligentia non sentitur nec videtur: vnde exponens testis non deponit de aliquo sensibili, nec per aliquod sensibile: ergo non probat. ita dicit Bart. in cõsilio sexagesimotertio. quod incipit, charissime domine. Circa hoc vide Bal. in l. cum hi §. si integ. de transac. & Io. An. in c. cum causam. de testi. In cõtrariū fac. qđ no. ṡ. e. l. fi. gl. dum dicit simpliciter affirmatio, &c. sed non ob. quia leges allegatæ non loquuntur in teste: quod est notabile. Item scias quòd suspecta ratio suspectum facit dictum ext. de causa possessio. cum ecclesia.

§ Quæro quando iudex habet arbitrium de iure & de facto, an possit credere testi malam vel nullam causam reddenti. Credo ꝙ non, quia bonus vir esse debet, licet cum arbitrio, & non temerarie, non fundans se in ratione. ff. de verb. obli. l. continuus. §. cum ita. si tamen ratio non esset plena, tamen persuasiua potest cõscientia sua inhærere non ratione arbitrij. ar. c. statutū. de rescript. c. cum æterni. Istud etiā arbitriū operatur vt possit recipere testes die feriata & iuris ordine prætermisso. hoc enim operantur illa verba de iure & de facto, quasi dicat ad istar arbitratoris à lege deputati. arg. not. per Inno. in c. quintauallis. de iureiuran. & clem. j. de offi. deleg. Barto. in l. filiusfam. ff. de donatio. Ba. vi ṡ. vide etiam ad hoc ea quæ notauit Bald. in l. conuenticula. C. de episcop. & cleric.

§ In l. testium. ff. de testibus. Quid si testis interrogatus dicit vera esse, interrogatus quomodo scit, dicit quia vidit, & tamen est talis actus qui non potest videri: vt sermo hominis, vel quod consistit in odore. vel gustu, an sit legitimum testimonium? videtur ꝙ non, quia talis causa & ratio est inepta & impertinens, quia non est expressa per talem sensum qualis requiritur. In contrarium videtur, quia dicunt doctores quòd nomen visus est generale pro omni sensu: & est ratio, quia continetur discretio quæ inest cuilibet sensui. vnde dici potest quod genus sit visus quod repræsentatur in qualibet specie sensuum. Quidam tenent quòd hoc verbum visus probet non solum in eo quod videtur, sed & in eo qđ per ipsam discretionem sentitur. dici potest quod in actu in quo visus & alius est coniunctus sensus est, bona ratio & causæ redditio, vt in stipulatione vbi videre personam stipulantis est coniunctum cum verbo audire: sed vbi est omnimoda differentia. tunc secus: quia de vno separatorum non infertur ad aliud, l. si maritus de dona. inter virum & vxor. vnde per verbum visus non redditur ratio gustus, quia sunt omnino differentia. Quid si dicat, scio, quia sensi vel percepi per sensum corporeum. videtur quòd ista sit bona ratio, si vlterius non est interrogatus, quia videtur intellexisse de sensu congruo & apto ad talem apprehensionem veritatis. Contrarium dico ratione nimiæ generalitatis & obscuritatis, & idem dico si testis dicit vera esse per tactum, quia tactus est in omni sensu. nam dicit Aristot. quòd omnis sensus est tactus, in 2. de anima, vbi loquitur propriè de obiecto tangibili. & Inn. in c. cum causam. extr. de testi. Bal. etiam dicit in l. j. ff. de his quæ in testa. delentur. quòd triplex est visus.

§ Quid si minor post publicationem testium petat se restitui, vt testes producat, Bar. in l. j. §. nunciatio, ff. de oper. no. nunti. & l. minor. ff. de minor. & l. vbi. de eden. ponit & quærit an possit. Quid de rustico & muliere, not. in l. j. Quid si minor restituitur, an eodem modo aduersarius suus maior poterit etiam ipse producere, Bar. vbi ṡ.

§ Quid si publicatis attestationibus reperitur omnes testes dixisse se nihil scire, an non obstãte publicatione poterit iterato pars alios testes producere, Videtur quòd non, per Nicola. de Neapo. decima. collatio. titulo. quid sit inuestitura. qui dicit quòd sic, per illum text.

§ In l. Celsus. de vsucap. quid si testis dicit quòd talis possedit à x. annis citra. dic quòd non probat. l. j. §. quod autem. de aqua quotidi. & æstiua. secus si diceret à decem annis, & citra, vt ca. licet. de prob. per Hostien. & Ioan. And. in nouel. super verbo, & citra. idē est si testis dicat possedit istis decem annis proximis. nam ista propositio etiam verificabitur si vna die dicti temporis possederit. & sic non probat, vt dicto §. quod autem. debet ergo testis dicere à decem annis citra, & per ipsum tempus: vel possedit per tempus decem annorum proximè præteritorum. hoc enim dicto perfectionem totius temporis significat. vt l. vrbana. §. pernoctare. ff. de verb. signifi. idem si testis dicat, talis possedit iam sunt decem anni, iste non concludit quòd modo possideat de necessitate, sed consequenter eodem modo quo supra dixi: quia ipso allegante possessionem, præsumitur continua possessio ciuilis, vt dixi ṡ. Itē tu reus qui inducis præscriptionem ad tui defensionem, facias articulum quòd tu possedisti per decem annos proximè elapsos & finitos tali mense & die, ita quòd concludat tempus elapsum ante litis cõtestationem vel ante litem motam. nam si aliter formaretur, & testis post litem cõtestatam diceret talem possedisse per 10. annos proximè elapsos, intelligeretur à die redditi testimonij, & sic concluderetur tempus quod post litis contestationem fluxit, nec esset probata præscripsio. dicebat Goffredus ꝙ si testis diceret possedit per decem annos & vltra, quòd istud vltra importaret illud tempus iudicij, ar. l. hæc adiectio. de verb. signific. & in hoc residet Io. An. in dicto c. licet. de probatio. quod non placet quia cum hæc adiectio vltra, & plus, sit incerta in teste, nihil operatur, l. cum furti. ff. de in litem iuran. Aduertat etiam aduocatus actoris qui allegat præscriptionem ad fundandam suam intentionem, cum articuletur se possedisse per decem annos finitos tali tempore, vel inchoatos tali tempore, vt sic se ad certum tempus referat; alias si testis diceret vidi possidere per tempus decem ann. non constaret qui essent illi decem anni. potuit enim esse ꝙ illi testes senserunt de decem annis ante titulū, vel vnus de decē & alius de aliis, & sic probatio dubia releuat probantem, vt in ca. præsentia, de prob. & l. inter stipulantem. §. j. de verb. oblig. Bart. in dicta l. Celsus.

§ Testis productus in causa ciuili an possit ab eisdem articulis produci in causa criminali, & econtra, & nunquid alii testes super eisdem articulis in causa criminali produci debeant. Bar. in l. ij. §. hæredes. vi bonorum rapto.

§ Dicta testium sunt interpretanda in mitiorem partem. Innoc. in c. eam. de rescri. & in dubio contra producentes, vt ibidem per Hosti. in c. dudum. de electio. fac. l. fi. de prætor. stip.

§ Nota quòd post mortem testium possumus opponere contra personas ipsorum. Innoc. in ca. quoniam frequenter. vt lite non contestat.

§ An testes debeant cognoscere ꝯtrahentes. not. in auth. de instrumen. caute. §. si quis, &c. & l. iij. de testi. & ca. cum causam. de testi. Bal. in l. fi. §. sin autem. C. de iure delib.

§ Nota quòd si plures sunt testes non idonei, vel non multū boni quòd multitudo supplere debet quod in fide deficit. l. 3. §. eiusdem. de testi.

§ An valeant testes recepti per aliquem iudicem contra absentē citatum tamen ad domum. sed non comparentem. Io. An. in nouella, in reg. præsumitur. de re. iu. lib. vj.

§ Nota ꝙ postq̄ pars induxit testes ad reprobationē testium alterius, non p̄t pœnitere producens: nā cum pro vtraq; parte iurēt, 14. q. 5. nõ sane potest esse ꝙ ea dicerēt isti testes reprobatorij q̄ potius facerent ad cõfirmationem suorum testium quam ad reprobationem. ita no. Inn. in c. præsentium. ext. de testi.

§ Item nunquid ille qui protestatus est se velle dicere contra testes possit à tali protestatione recedere. no. ibid.

§ Quæ differentia est vtrum dicam testes corruptos falsum dixisse, an dicam solum falsum dixisse. Bartol. in l. diuus. de re iudica, & l. si cui. de fund. instruct. & instrum. leg. Bald. in l. prima. C. de condit. indebi.

§ Queritur, pone ꝙ quidam petit se in integrū debere restitui, ꝯ sententiam, allegans dolum, & corruptionē, puta quia testes dicit corruptos falsum dixisse: modò probat de falsitate, sed non de corruptione, an sufficiat. Bar. dicit quòd non sufficit alterum probare, & subdit quòd tunc videtur se adstringere quādo loquitur per adiect

peradiectiua, quia dixit corruptos falsum dixisse, secus si loquatur pro copulam. vt si dicat ꝙ fuerunt corrupti & falsi, quia tunc nō deducit cōnexè, sed copulatiue, secuudū eū. sed Io. An. in dicto c. licet. in nouella dicit, ꝙ cōnectere & copulare idē sunt. Tu dic ꝙ nō videtur se adstringere, l. scio. & l. appellatio. & de prob. l. circa. nō obs. c. licet. quia ibi erat astrictio legis & hominis nā si nō excepisset, & verū nō fuisset admisū ad opponendū cōtra personas, cum iam per papā esset interlocutū cōtrariū, & sic nō obstat obiectio cū de corruptione est obiectū in psonā etiā est obiectio de falso, & obiectio in dictū, vt l. si quis. de testib. vbi do tibi istam regulā, ꝙ ad qualitatē probādam nō astringit se nisi tunc vbi qualitas vitiat speciem actus vel exceptionē, vel facit aliquē admitti ad id ad quod alias nō admitteret. Item do tibi aliā regulam, ꝙ quando plura requirunt loco causę finalis vnius, tunc omnia sunt probanda connexim, vt in authent. de fideiussor. §. hic si quis. versic. ex vtroque: secus si resideant plures causæ finales, vt not. in capitul. vt circa. de electio. lib. vj. in versicul. probare. nota quòd in criminali se astringens ad ea quæ non sunt de natura punitionis nihil agit, vt dicto cap. licet causam. in glossa. credi. Bal.

§ Quomodo & quando possim reprobare testes per me productos. Inn. in c. cum venerabilis de excep.

§ In l. quoniā liberi. de test. Bal. quærit quomodo p̄t probari cōiuratio. Respōdeo hoc casu ꝓbabit p socios. c. fi. extr. de test, cog.

§ An testes recepti in causa ciuili valeant in causa criminali, not. in l. si quis ad se. ad l. Iul. de vi. C.

§ In l. imperator Adria. de sta. hom. quærit Bal. an mulier p̄gnans cogatur venire ad testificandum: dicit ꝙ non, allegat l. ij. §. si verò propter valetudinem ff. si quis cautio. hoc verum, si propter iter est periculum quod deponat partum aliàs secus.

§ An eadem ratione coram iudice comparere teneatur. Ia. Butr. vbi s. & dicit quod non.

§ Quid si testis iurat se nihil scire de causa, an debeat admitti? Nicola. de Neapo. in l. si victum. de re iudi.

§ An liceat iudici recipere testes volentes corrigere errorē suū, in l. si postulauerit. §. ideo. de adul. & l. repeti. in prin. ff. de quæsti. & l. quicquid astringendæ. de verb. obl. per Bar. Ia. de Butri. in l. fi. C. de test. & auth. at qui semel. eo. ti. Bal. ibi. in dicta auth.

§ De testibus singularibus plene no. Bal. in l. testiū. de testi. & in l. de quibus. de legi. vbi quęrit an per testes singulares probetur iurisdictio, vel cōsuetudo. & nota ꝙ illi sunt singulares qui nō possunt in suis depositionibns simul iungi: & hoc contingit propter diuersitatem quę potest contingere in omnibus prædicamentis: sed illi non sunt singulares quorum depositiones licet diuersæ, possunt tamē simul iungi ad vnū quid probandū. Et primo ponitur exemplum in prædicamēto qualitatis, vt vnus dicit purè, ali⁹ sub conditione: vnus singulariter, alter subalternatiue: & apud legistas qualitas est quicquid inducit alternationem subiecti siue loci siue temporis siue quodcunque accidens, l. aut facta. §. qualitas. de pœnis. Et in cæteris prędicamentis ponit exemplum. Item quęrit quid si testes deponunt idem dictum, sed sunt varij in ratione an sint singulares. Bal. vbi s. Iaco. Butri. in l. ob carmen. §. fin. de testi. item quando testes inducuntur ad probandum vnum quid certum, si est ita quòd non possint esse plura facta, sed vnū solum, vt homicidiū, & tunc sunt contrarij ratione connexitatis. idem in probatione iurium, si testimonia sint incompatibilia. c. licet causam. extra. de probat. secus si possunt esse plura facta. nam tunc ex differentiis istis & similibus efficiuntur singulares. not. Bar. in l. Labeo. de supellect. leg. & l. j. in fi. ff. quemadmodum test. aperi. & subdit ꝙ in quolibet prædicamēto p̄t reddi ratio entis & nō entis. & si testes cōgrua interpretatione verborū possunt interpretari nō præsumūt esse singulares, sed si interpretatio est cū quadā suppletione, licet nō præsumatur falsitas, tamen nō probant, vt c. cum tu. de testi. In prædicamēto carentię l. ij. C. quando fiscus vel priua. & iste nihil habet quod non sensu, sed opinione vicinorū probat: vnde fama probat inopia. Item maleficium in obscuritate noctis commissum est difficilis probationis, vt l. si cū except. §. in hac. ff. quod met. caus. & præcipuè quando subiacet omnium sensui, vt puta visus, auditus, tactus, odoratus & gustus. Bal. vbi suprà. Cynus in l. fina. C. quæ sit long. consuet. & l. j. C. de emanci. lib. & in Specu. de inquisi. §. primo. versi. quid si vnus testis. Gofr. extr. de testi. §. sed quid si agatur. & in Specu. de inquisitio. §. nunc tractemus. versi. quod si vnus testis dicit Iaco. Butri. & Cynus in l. testium. Bald. in dicta l. prima. C. de testi. & Iacob. Butri. in l. ob. carmen. §. fina. ff. de testi. vide eundem Bald. in l. prima. C. de testamen.

§ Quando opponitur testi quòd est infamis, debet adiici quòd tempore quo deposuit sic habebatur & reputabatur, nec sufficit simpliciter opponere, & dicere ꝙ tempore quo deposuit erat infamis Bar. de hoc in l. j. C. de testa. idem dicit de exceptione quæ fit contra iudicem vbi s.

§ An notarius cōputet in numero testiū, nota. in l. Domitius ff. de testa. & l. hac cōsultissima. C. qui testam. face. po. Bal. sic dicit ꝙ vbique requiritur numerus testium, si probatio debet fieri per ipsos testes, & non per scripturam, tabellio debet esse in numero testiū. & ita debet intelligi l. Domitius. si aūt ꝓbatio debet fieri p ipsam scripturam, tunc tabellio non est in numero testium. Bald.

§ Si testis nō vult venire ad deponēdū in aliqua causa, forsan criminali, ad instantiā alicuius, vel forte timore iudex potest procedere ꝯ ipsum testē ꝙ accepit pecuniā ob testimoniū nō deponēdum: & ob hoc poterit condemnari de falso, & sic timore veniet ad testificandum. Bar. in l. j. in prin. ff. de falso.

§ In l. nullū. de testi. dicit Bal. ꝙ varians & vacillans debet puniri: quod debet intelligi quando variat in iudicio dicendo modò aliquid se scire, modo nescire, modò plus scire, modò minus scire, l. qui varia ff. e. sed quid si extra iudiciū dicit vnū, & in iudicio dicit aliud, Bar. dicit ipsum puniri, in l. eos. de fal. gl. in dicto c. cum causam. extr. de testi. dicit quòd dictum in iudicio valet quicquid extra iudicium dixerit. hoc tenet Bal.

§ Item no. ꝙ testis quandoq; cōmittit fraudem, & quandoq; cōmittit falsum: primū cōmittit in tacendo, vel in loquendo versutè nō dicendo plenè factū, vt l. Lucius. de his qui not. infa. secundum committitur in loquendo, & vtrobique debet puniri, vt hic & l. presbyteri C. de epis. & cle.

§ Item nota ꝙ testis periurus punit ex officio ex eadem instantia & quærit gl. an poterit iterato accusari de falso. gl. dicit quòd sic, & idem Bal. licet Cynus contra.

§ Item nota ex verbo intrando secretū, ꝙ testes sunt examinādi in secreto. sed in publico sunt publicandi, l. solā. C. e. dicit Nicol. mata. ꝙ in factis arduis cōsiliū ē ꝙ examinent testes corā personis fide dignis. pro hoc fac. l. curent. ff. eo. quod prodest ne possit dubitari an notarius scripserit verū necne: tn̄ isti testes debent iurare tenere secretū, ar. l. si quis aliquid. §. iusta. ff. de pœnis. sed qd si in publico aliquid ē factū, & est iuratū tenere secretū, quomodo poterit illud probari. Ioā. An. in c. literas. de prob. dicit quòd ille qui vult illud probare aut est falsus quia mētitur, aut periurus quia reuelat, & ideo ei non creditur.

§ Quæro quomodo poterunt puniri clerici à iudice laico, Rn̄deo est speciale quia delinquendo in iudicio adstringūt se foro.

§ Quid si iudex Perusinus coram quo vertit quæstio de necessitate iuris, remiserit examinationē testiū iudici florentino, de consensu partium, & is qui testis receptus est florentię commisit falsum, modò quærit quis iudex eū puniet. dicic Bal. ꝙ iudex Perusinus p̄t eū punire etiam inquirendo, nā testimoniū istius testis etiam aures iudicis Perusini offendit, & hoc operatur fictio. scilicet ꝙ delictum commissum sit in territorio perusino. Item nunquid punitio facta à iudice perusino excludat iudicem florētinū. Iaco. de Bel. disputauit in simili, & tenuit quòd sic, de quo Cynus in l. j. C. vbi de crimine agi oportet.

§ Item quęrit quid de nūcio qui retulit se citasse extra territoriū cum non citauerit, nūquid poterit puniri extra, si est intus. Bal. dicit quòd non. vide ipsum qui multa dicit.

§ Vide circa materiam testiū not. per Bal. in auth. sed iudex. cū l. presbyteros. & l. conuenticula. C. de epis. & cler. vbi multa de testibus, & Bar. in tracta. de teste.

§ Nota ꝙ impuberes possunt esse testes nō ad puniendū, sed ad inquirēdū. notat ī l. fi. C. ad Sillan. Bar. in l. maritus. ff. de quæstio.

§ An periurus habeatur pro falso, Bal. in l. iureiurandi. de iureiu. & dicta l. Lucius. Albri. in dicta l. iij. §. lege.

§ Nota ad saluandū aliquando dicta testiū qui loquunt obscurè & impropriè, Albri. in l. sed & si possessori. §. itē si iurando, de iureiu. Bar. in l. ij. de his qui ex publicis ratioci. lib. x.

§ An producens testes de alia iurisdictione teneat eos nominare. Albric. in l. nō ex oīb. de arbi. not. ī l. iii. §. lege Iulia ff. de testib.

§ Testis debet deponere de veritate, & nō de credulitate, & pro vtraq; parte debet deponere. & Bar. in l. his ipse. de acquir. hære. & quis dicatur credere, & quæ sit iusta causa credulitatis, Bal. in l. cum quidam. §. j. de acquir. hære.

§ Quid de vsurario periuro & criminoso, Alb. in l. testamentum. & l. in testibus. ff. de testib.

§ Testis dicit verū est ꝙ est cōsuetudo, interrogat⁹ de rōne, dicit quia sic vidit practicari, id est audiuit. interrogatus si potuisset fieri ꝙ nesciret: dicit ꝙ sic, an probet, Bar. ꝙ sic in l. de quib. de legi.

§ Testis vn⁹ dicit ante guerrā, alius verò post guerrā: de hoc per Bar. in l. ij. si cer. pe. & l. qui ante Kalendas. de verb. obli. Bal. super cōmo. circa fin. de pace Constā. dicit ꝙ dictū Bar. est trufa. Bal in l. insulā. solu. mat. dic ꝙ concordia testium est facienda solum eo casu quando sunt in pari numero, per Inno.

§ Testis primus dicit ꝙ tale quid fuit in præsentia quinq; testium & nominat ipsos. Deinde secundus dicit ꝙ fuit in præsentia pluriū, sed nō nominat ipsos, an præsumātur illi testes qui fuere no-

mi nati per primum.Ioan.An.in c.qualiter & quando. de accu.& idem Inno.ibidem.

So Testis reddit rationē,q̃a sum vicin⁹,valétne,Bal.in l.cōuēticula.de epis.& cle.vbi aliter dicit quā Bar.& no.in l.j.ff.si certū pet.

So An proxeneta possit esse testis in causa sui officij,gl. in auth.de testi.§.quoniā vero.& c.j.de testi.lib.vj.Bal.in l.omnibus.C.de testi. & Cynus in l.C.de fals.

So Testis deponens de credulitate an probet,Albr.in l.ob carmē.in fi.ff.de testi.& l.si arbit.ff.de probat.

So Quando testes dicunt vnū eundemq́; præmeditatū sermonē,Bal.in j.consti.C.§ fin.Albri.in l.testium.§.idemque.ff.eo.ti.Bal.in constitutione de pace constan.limi.hoc.

So Testis secundus deposuit sic,dico p̄ oīa vt dixit primus, an probet.Albri.in l.ædiles.§.loquuntur ædiles.de ædil.edic.& l.fi.C.de precib.Impe.offe.& l.j.de condi.indeb.licet Spec.teneat cōtrarium.de hoc per Albri.in l.deinde.de liberis exhibē.& Albri.in l.de minore.§.tormēta de quæsti.& in l.iurisiurandi.C,de testi.Dominus Val.in cōmēto suo quod fecit super pace constā,circa fin.Bal.in l,ex facto.in fi.de vulg.& pup.Spe.in ti.de teste.Bal.in l.ampliorem §.pen.de app.Io.An.in c.Archid.ob.dever.sig.in nouel.

So Quid si testis tradat scripturā in qua sit testimoniū suum,& dicat,sic ista est veritas,in c.per tuas.de test.tenet quòd hoc non valet. vide s̃.ver.an iudex qui examinat,&c.

So Testis primò dixit vnū,deinde in eodem iudicio vel in alio dixit cōtrariū cui dicto debet stari?Inn.in c.veniens.extr.de testi.in vltima colūna,videt̃ dicere ꝙ nulli stet̃ & vt falsarius puniat̃.Cōtrarium videtur sentire ꝙ stetur secundo dicto, ext.de accusatio.ca.cum oporteat.in fine.secundæ columnæ. sed ꝙ videatur stari primo dicto,& non secundo ,videtur sentire gl.in c.per tuas.ext.de testi.& Albric.in l.qui falsa.de testi.& quòd no.in auth.qui semel. de probat.

So Testes asserentes vidisse vno ictu Titium committere adulterium, licet viderint successiue vnus post alium,non dicuntur deposuisse falsum,arg.l.Arethusa.ff.de stat.homi.quia simul dicitur parere,licet pariat vnum post alium.

So An post publicationem testium, ante tamen didicita testificata possint produci testes super eisdem capitulis vel directo contrariis.Ioan.And. quòd non in clementi.testi.de testi.& respondet gloss.in capitul.constitu.el ij.de testib.idem videtur dicere in cap.fraternitatis.nona.quæstione tertia.in nouel.Bar.videtur tenere contrarium in authent.qui semel.C.de prob.vide Ioann.de Lign.in dicta clemen.testi.& Inn.in c.vltra tertiam.de testi.

¶Bald.de Teste.

SI tēpore iuramēti testis est habilis,tēpore depositionis inhabilis,vel ꝯ:quid quid iuris? R̃ndeo: Conditio testis duobus tēporibus inspicitur,s.tempore iuramēti, pp̄ solennitatē: & tēpore depositionis,pp̄ veritatem: sed media tempora non nocent. arg.ff.de hær.inst.l.sed & si in cōditione.§.solemus.ff.ad Carb.l.j.§.duæ causę.ver.q̃d si testis erat.in §.j.huius ti.G.¶Sex differētiæ faciūt testē singularem,persona,res,cā,locus,tempus: sed est diuersitas in istis.Itē circūstantiæ,vbi testis debet interrogari de eis. §.tā dicendū.ver.q̃d si vnus.G.¶Et tā testes actoris debēt recipi,q̃ rei.j̃.de ꝓb.§.testes.& nomina testiū ñ tenet̃ qs dicere aduersario.j̃.de īstr.ed.§.duplex.& casus in quibus ñ valet ꝓbatio,vide j̃.de instr.edi.§. casus. si testis dicit se nihil scire de veritate & fama.Et ideo postea deponendo super fama, refertur ēt ad articulos non probatos:vide j̃.de sen.ad fi.ver.illud no.ꝙ testis.Et aliam quæstionē de teste deponente super fama vide j̃.§.fi. ¶An testes examinati super prima causa, non tamen aperti, possint aperiri per iudicem appłonis,anverò potius pereāt,vide j̃.de app.ver.an testes examinati. ¶Frater in cā fratris p̄t testificari in ciuili:sec⁹ in criminali,& secus si habitarent simul:quia oēs cohabitantes excluduntur.Nā omnes cohabitantes dicuntur domestici.ver.sed nunquid frater.& ver.largè dicuntur. G.Et secus, si agitur iniuriarum: quia iniuria cōmunis est toti⁹ agnationis.ff.de iniur.l.lex Cornelia.in prī.& C.si rector prouin.l.j.Bal.circa cohabitationē, vide Inn.in c.in literis.de testi.Cy.&Me.C.eo.l.parentes.¶In causa vniuersitatis admittuntur singuli de vniuersitate in defectum aliorum testiū.versic.sed nunquid in causa.G.hoc verum,si causa est vniuersitatis proprietate & vtilitate.ff.de contrahend.emp.l.sed Celsus.Si autem vtilitate est singulorum: vt vsus nemoris, villæ:tunc non est idone⁹ testis ille, qui hoc commodo vti debet:quia causa sua est.Facit quod no.ff.quod cuiusq; vniuer.l.sicut.per gloss.& in l.non tantùm.ff.de rerum diui. ¶Procurator contractus potest testificari pro domino.ff.de iure fisci.l.deferre.§.idem decreuerūt.Idem in procuratore iudicij,finito officio.Vide eo.§.ver.sed pone quòd administrator. G.Quod procurator contractus possit esse testis:adde Bal in l.qui testamento.§.quæcunque.ff.de testa. ¶Impubes non potest testificari ad solennitatem actus,sed fact⁹ pubes potest testificari ad veritatem de eo, q̃d cecidit in sensum impuberis.ver.item excipitur, quòd est impubes.G.Item ad testimonium impuberis procedit iudex ad inquirēdum:& facit semiplenum iudicium.C.ad Syl.l.fi.quod no.Bal.¶Religiosus nō potest esse testis sine licentia superioris.ver.itē excipitur,ꝙ est monachus.& ver.itē ꝙ est.ver.& mo.¶Si testis dicit se infamē,elidit testimoniū suum,licet non sit iuratus sup hoc:vt not.Inn. ext.de accu.c.inquisitionis.dicit Spec.ꝙ cautus est,q̃ sibi sup hoc defert iuramētū.ver.quid si testis.G.Itē ꝙ tenetur quis respōdere, an sit infamis.secūdum Iac.§.iam de. per G.¶Si causa est coram iudice Perusino , & testis examinatus in ciuitate Senarū ex remissione deponit falsum ibi:an iudex Perusin⁹ puniet eū:Dic ꝙ sic:quia ipse videtur offendi, qui habet exinde iudicare.vers. quid si aliquis Bononien. G.Vide j̃.de iura.calum.§. si iudex. ¶Si iudex cōmisit notario,ꝙ reciperet testes,& testis ab eo recept⁹ accusatur de falso:qui testis dicit se nō dixisse quod scriptum est,an quo ad condemnationē falsi stetur dicto notarij?Et dicit ꝙ nō. ver.sed pone ecce.G.Tu dic vt p̄ Cy.C.de fal.si quis decurio.quia si iudex fuisset præsens,magis præsumitur ꝓ scriptura.arg.C.de testa.l.oīum.Facit quod no.in l.j.in fi.ff.quemadmo.testa.ape.per Iac.Bal.¶Visus,est quasi sensus generalis.Idem Cyn.& Iac.in l.testiū.C.de testi.& l.nomen. Visus omnes sensus cōprehendit. Itē & ratio intelligitur.ver.item quod perhibuit.¶Iuramentum testis extenditur ad dependentia & connexa,non ad extranea capitula.vers.itē quod depo.G.¶Super articulis malè formatis non potest apertè ꝓbare,nec supplere defectū articulorū.ver. quid ergo capitula.G.j̃.§.positio.¶Si ago ex mutuo, & testes nō probāt de numeratione mutui,sed de cōfessione,nō probāt.ver.sed pone egi.G.Et facit q̃d no.Accur.ff.depo.l. publia.in fi.in gl.j.no.Et ideo in libello nō est intentanda sola numeratio,sed numeratio & cōfessio,secūdū G.&hoc verū in mutuo:quia in ipso confessio est species:id est,modus & forma cōtractus p̄ se:sed in aliis est species ꝓbationis: quia in aliis ꝯtibus non oritur actio ex cōfessione, sed ꝓbatio:aliàs esset frustra:& species ꝓbationis nō est necesse ꝙ in libello exprimatur,sed species cōtractus sic,cōtra facit ff.de ver.ob.l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.Sol.ibi nō negabatur cōfessio,sed numerationē factā fuisse. Bal. Cōfessio enim est ꝓbatio: & q̃ ꝓbat confessionē, ꝓbat ꝓbationē ꝓbationis immediatæ ad ipsum factū.Vñ aliud est,ꝓbare cōfessionē,& aliud ꝓbare p̄ ꝯfessionē.Et ita intelligo illū tex.Assumitur ergo nouus mod⁹ & casus,videlicet ꝙ si notari⁹ debitore approbāte scripsit,q̃d debitor cōfitetur se ab eo mutuū recepisse,non probatur numeratio, sed mutuum ciuile tātùm:nisi addiderit illa verba: & idē habuit & recepit:vt no.j.gl.in l.si ex precio.si cer.peta.&l.iuris gentium.§.q̃d scire.ff.de pac.& l.si ex cautio.C.de nō nu.pec.Hæc autem verba & habuit,& recepit:bene probāt numerationem notario testante.Sec⁹ aūt si sola pars in sua scriptura domestica hoc dicat: puta,q̃a scribit sua manu se habuisse & recepisse,& ꝙ habuit & recepit Nam inculcatio verborū est:& sola probatur cōfessio: vt l.Cai⁹.§.fi.ff.de vsur.&Bar.in d.l.si ex cautione.Attende etiam,ꝙ illa verba,habuisse & recepisse,licet sint præteriti plusquam perfecti:tamen solum ad tempus conditi instrumenti referuntur. Casus est ibi,s.in §.Chrysogonus. Et si aliud diceremus, nunquam debitor posset probare pecuniā numeratā non esse:quia adstrueret negatiuam nō coarctatam loco & tēpore. Vnde omnis testis volens eā ꝓbare,diceret falsum,secūdū Inno.in c.cùm ecclesia Sutrina.de cau.pos.& ꝓpr.¶Qñ dicatur testis variare,no.& in ver.& no.ꝙ dr̃ testis variare.G.Vide not.per Bar.C.de testa.l.hac cōsultissima.§.penult.¶Testis,q̃ deponit corā iudice incōpetenti.p̄t p̄riū deponere coram competenti.ver.sed quid si cōpertum. G.Vide simile s̃.de rescrip.præsen.§.primò igitur.ver.item excipitur ꝯ rescript.G.¶Si testis admiscet falsum circa id quod tangit medullam facti,vel variat effectum,non valet in aliquo dictū suum:sec⁹ si in tali falso nō mutatur effectus.vers. item ꝙ aliquid de suo.G.Vide j̃.de lit.cōtesta.§.ij. ¶An filij cedentis possint testificari pro cessionario.ver.sed pone,mutuaui.G. ¶Nō præsumitur testis rogatus,nisi deponat de rogatu ver.sed quid in p̄dictis. & vers.quid ergo. sub §.j.G. Testes rogare,nil aliud est,quā denūciare,vt assistant. ver.quid ergo.G.ff.de testa.mili.l.diuus.¶Si scriptura testamenti,vel depositio testium, dicit testes fuisse præsentes, sed nō dicit eos fuisse rogatos:an valeat testimonium?not.in ti.de teste.§.j.ver.quid ergo,si dicatur in testamento. G. ¶An de consuetudine sit necesse,ꝙ testes instrumenti sint rogati.vers. item quòd non fuit. Dicit G. quòd licet de consuetudine generali ponatur, tamen ad cautelam fieri intelligitur. vide j̃.de instru.edi.§.j. ¶An officio iudicis possint recipi probationes lite nō cōtestata? sic in mercenario: secus in nobili,si tendit ad cōdemnationē,vel æquipollens.§.nunc tractemus.ver.xxx.G.¶Vbicunq; iura dicūt posse ꝓcedi lite ñ ꝯtestata,intelligitur altera parte absente:sed vtraque parte p̄sente exigitur ordo iudiciorū:eodē §. ver.illud aurē. Alleg.gl.ext.qui filij sint leg.c.per venerabilē.G.¶ Valet hæc responsio,

ſponſio,ſi qs interrogat⁹ reſpondeat,credo vt in tali inſtrumẽto ꝯtinet,in §.qualiter.ver.quid ergo.& ver.ſeq.G.& vide ĩ.de inſtr. edi.§.ita reſponſio.¶Ante aperturam teſtium p̃t fieri milleſima productio teſtiũ,niſi iudex refrenet ratione numeri teſtiũ,vel niſi pars renunciauerit vlteriori productioni.in §.qualiter.verſi. 4. autem.ſecundum Vincen.G.¶Termino dato ad producẽdos teſtes,ſatis ſit,ſi teſtes iurant.verſi.is quoq;.¶Poſitiones& articuli ſunt ſumẽdi de mẽte libelli.in §.ſeqtur.verſi.ſciẽdũ.G.Et hoc videtur verũ in actore:ſecus in reo.vt ĩ.de poſſeſ.§.forma.vide ĩ.đ dila.§.j.¶Debet dari parti copia articulorũ,verſ.ſiue igitur.& ibi tractat đ termino ad articulandũ.G.¶Articuli impertinẽtes ſunt repellẽdi.verſ.& no.ver.cæterũ aũt.G.Vide ĩ.de reg.§.ꝓbatio.& ĩ.de li.ꝯteſt.§.2.¶Ad colorandum poſitionem in poſſeſſorio p̃t fieri capitulum proprietatis.ver.ſed pone ago.G.dicit Spec.conſulo,quòd in libellis & articulis pauca & neceſſaria ponantur.C. de appell.l.ampliorem.ver.ſed pone auditor.G.¶Poſitio poteſt fieri verbis negatiuis,quia fit ad interrogandum partem:ſed articuli debent fieri verbis affirmatiuis, quia fiunt ad interrogãdum teſtem:& ad probandum. melius & apertius ꝓbatur affirmatiua, q̃ negatiua.ver.hic quoq; aduertendũ.G.¶Quid ſint articuli, vide Io.An.in c.cũ eccleſia Sutrina. Et de differentia inter poſitiones & articulos,vide ĩ.depoſi.§.poſitio.&: vide ĩ.đ ſentẽtia.§.ſed pone,ꝙ poſt ſentẽtiã.& ſ̃.e.§.ſup articulis.¶ An articuli poſſint formari diſiũctiuè:ver.item articuli.¶ An teſtis examinatus ſup vno capitulo,omiſſo aliquo ſuper illo,ſit reexaminandus.ver.illud aũt ñ eſt.G.¶ Semp qñ vis formare interrogatoria teſtium, vide §.iã de interrogatoriis.ver.habita ergo.G.¶Interrogatoriũ teſtis eſt formandum ſuper capitulis.eo.§.& ver.G. ¶ Teſtis debet interrogari de omni eo,per qđ repelli p̃t.dicto §.iam.verſ. & breuiter.G.¶Teſtis debet interrogari de tẽpore,nõ de qualitate tẽporis:niſi pſona ſuſpecta.dicto §.iã.ver.itẽ de tẽpore. Et qd de loco,vide ĩ.de inſtru.edi.§.an locus ſit.¶Sufficit teſtem probare factũ ſine tpe,niſi ſit quæſtio de tẽpore:vt in pręſcript.& in aliis. ver.itẽ de tẽpore.G.¶Teſtes variãtes ſuper tpe,ñ intelligũtur ꝯtrarij.ſed plura facta intelliguntur,ſi factũ eſt reiterabile:niſi pars in interrogatorio dixerit, ꝙ hoc ſemel tãtũ factũ eſt.Si aũt factum eſt reiterabile,ſunt ꝯtrarij.ver.quid ſi vnus.G.Si autem nõ eſt factum inſtantaneum,ſed ſucceſſiuũ,vt guerræ,nuptiæ , & ſimilia: tũc etiam intelligendo de eodem facto,poſſunt teſtes ſaluari: vt no.ff.ſolut.matrim.l.inſulam.per Iaco.& l.2.§.veluti.ff.ſi certum petatur.per Bar.& hoc vbi agitur đ ꝓbãdo ſpecifico facto. Si aũt agitur de probãdo facto & in genere,puta hæreſim:nõ nocet diuerſitas tẽporis,vel loci.Facit qđ no.ff.de teſti.l.ob carmẽ.§.ſi.ſecundũ Iac.Butr.¶An ſi teſtis quod primò aſſeruit, poſtea ſe credere dicat,vitietur dictũ eius? Dic ꝙ ñ,ſi cauſam ſcientiæ adiecit: aliàs ſic.Vide e.§.verſi.in ſumma.G.Quia cauſa & rõ viuificat dictum:vt l.ſolã.C.e.¶Qualiter teſtis examinetur ſup v.ſenſib. corporis,& qualiter ſuper dñio,vide plenè in §.nũc tractãdũ. p tres columnas.vbi declarat Inn.ext.e.c.cũ cãm.& hoc ibi omnino vide.G.¶Omne teſtimoniũ aut eſt de dictis,aut de factis, aut de rebus.De primis p auditũ : de ſecundis per viſum : de tertio p alios tres ſenſus redditur ratio. Bal. Et teſtis productus ad probationẽ dominij,debet deponere ſuper facto,nõ ſuper iure.C.de probat. l.cùm tres.per Cyn.De probatione poſſeſſionis,vide ĩ.de proba. §.continua.¶ Quando teſtis loquitur per verba iuris , poteſt interrogari de diffinitione.§.iam de hoc.verſ.item ſuper tit.G.ff.de ver.obli.l.ſtipula.§.quia.Bal.¶Forma,qualiter teſtes ſint examinandi ſuper inquiſitione.e.§.ver.porrò.& de forma inquiſitiõis. ¶Quod dicatur nouum capitulum,& qualiter intelligatur l.per hanc.C.de tempo.appell.§.ſatis vtiliter.verſi.illud autem.& ĩ. de appel.§.id,in quo.cum ſeq. ¶Poteſt pars capituli probari,tamen totum capitulum non probatur.in §.publicis.ver.pen.G.¶ Si atteſtationes ſunt perditę,quid iuris.ver.ſed quid de teſtibus.¶Renunciare teſtibus,eſt ꝯcludere,quo ad teſtes producendos , non quo ad alia.§.ſi.verſi.itẽ nota. vide in §.ſi vna. ¶ Etiã mille teſtes ſingulares non probant,niſi ſemiplenè.Spe.de inquiſi.§.nunc dicendum. ver.ſi autem.G.Dixit Placen.ſe,nunquam legiſſe,quod vnus teſtis ſemiplenam faciat probationem.Nã hoc verbũ Semiplena,non reperitur in textu aliquo: bñ tamẽ reperitur quod facit indicium.ff.de proba.l.cùm probatio.Sed illa lex loqtur in teſte non integro.ſed G.allegat contrà Placen.l.Theopompus. de dot.præle.quæ non dicit hoc: quia ibi facit plenam fidẽ. Nã fides eius ibi erat approbata à teſtatore:& ſic ab eo, qui totum poteſt. De hoc ĩ.de ꝓbatio.§.ſi.verſi.vltimo nota.G.Finaliter dic,vt dixi in l.admonendi.ff.de iureiur.in criminali.Dic vt l.marit⁹. ff.de q. per Barto.vide ĩ.de inquiſitio.§.teſtes ſingulares.& ſ̃.§. ſex differentiæ.¶Si vna pars renunciat teſtibus,altera non, an dilatio tũc erit communis? Dicit Azo quòd ſic:quia non nocet renunciatio. Itẽ in inſtrumentis , & ideo talis renunciatio non habet vim concluſionis in cauſa.C.de iudic.auth.iubemus,per Azon.Spec. dicit contrà,argumen.ff.de cõtratabu. l.ſi poſt mortem.§.ſi.ver. penulti.& ſi.Tunc autem dicitur concludi,quãdo omnibus peractis renunciatur allegationibus iuris: vt not.in d.auth. ſecundũ Azo.Si autem renunciatio non eſt generalis , ſed eſt renunciatũ tali inſtrumento,valet talis renunciatio:quia fit ſuper certo.C.de fide inſtru.l.3.Bal.¶Lata ſententia ex cauſa famoſa,ſi teſtis,q appellauit,interim tulit teſtimonium,deinde appellationem deſeruit, vel proſequẽdo ſuccubuit:an medium teſtimonium valeat? Dic vt nota.ff.de infami.l.furti.§.j.per Accur.& Gul.& Iaco.¶In actis ſi nõ reperitur aliter, ꝙ teſtis iurauerit,niſi ꝙ in actis dicitur, Talis iurat⁹ ſic depoſuit:an pręſumatur iuraſſe? Dicit Accur.ꝙ ſic. ff.de dote præ.l.Theopõpus.In cõtrariũ videtur:quia facit mentionem de alterius documento,de quo nõ apparet.Itẽ quo ad iuramentũ ſcriptura nõ habet diẽ,neq; conſulem.Bal.¶Nunquam reperitur,quòd notarius poſſit recipere iuramenta teſtiũ ſine cõmiſſione iudicis.Ita dicit Accurſius,C.de teſtamen.l.hac conſultiſſima.§.penul.in gl. ordinaria. Nec etiam inſtrumenta vel confeſſiones.C.de liberali cauſa.l.iubemus.in gl.ord.Recipere enim pertinet ad iudicem: ſcribere verò tantùm ad tabellionem. Vide in glo.3.l.2.vel 3.C.de iure fiſ.lib.x.Bal. ¶Valet dictum teſtis, licet nõ ſit citatus,ſed ſponte comparuit, ſi aliàs eſſet fide dignus: quia citatio teſtis ñ eſt de ordine iudiciorum,nec requiritur,ſi teſtis eſt præſens.ff.de his,qui.vt indig.l.poſt legatum.§.is verò. in gl.ordi.Vide ſ̃.de reo,§.præſumitur. & ĩ.de cita.§.præſens. ¶ An magis credatur teſtibus affirmantibus,quàm negantibus.ff.de ar. l.diem proferre:§.ſi plures.& in c.j.de præben.lib. vj.vide Innoc. de verbo.ſignifica.cap.quid ſit nouale.¶An magis credatur vicinis,quàm aliis , dic quòd ſic in his quæ vicini melius ſcire præſumuntur.C.quando fiſ.vel priua.l.2.in gl.ff.de quæſt.l.de minore. §.j Dic vt dixi poſt Bar.in l.2.ff.ſi certum petatur.Bal.¶Teſtis ꝓductus ab vna parte,officio iudicis cogitur iurare pro vtraq; parte:& productus ſuper vno capitulo,officio iudicis poteſt cogi iurare ſuper tota cauſa.C.de eden.l.2.per gl.Bal.Vide ĩ.de proba.§. aduocatus.¶Clauſula,de teſti.cogendis, non ſemper apponitur in literis.§.penulti.verſi.illud autem.G.¶Iudex non debet committere notario id,in quo tota vis cauſæ eſt.in §.non tractandum de inimicitia.vide omnino de re iudi.cùm I.& A.per Inn.

¶De Tabellione. Rubrica.

CIRCA tabellionem,nil ad pręſens tractare intendimus. Nam quis eſſe poſſit tabellio,& qualiter,& per quos,& vbi creetur,&c. Ad hanc materiam pertinentia dicem⁹ ĩ.in ti.de edi.inſtru.§.reſtat.& §.poſtremò. Præterea qualiter ſuũ debeat exercere officium per totum hunc librum plenius informatur.

a ¶De Executore [a], Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Executor multis modis dici poteſt, & qui non poſſint huius officium expedire.*
Executoris officium eſt publicum,nec per ſeruum poteſt expediri.
2 *Executoris officium permittitur in cauſis eccleſiaſticis per clericos expediri.*
3 *Officium executoris eſt quæ ſibi ſunt iniuncta implere.*
4 *Miniſterialis falſam referens ambaſiatam,qualiter,& quo iure puniatur.*
5 *Executor vim inferens,an teneatur de crimine concuſſionis.*
6 *Præſcriptio interrumpitur executoris conuentione.*
7 *Executoris conuentio habetur pro litis conteſtatione.*

* NVnc de executore * pauca videamus, dicentes , Quid ſit executor.Quis eſſe poſſit.A quo eligendus,ſeu conſtituẽdus ſit.
b Quod ſit eius officium.Et quis executionis ſuæ effectus [b].Eſt aũt executor officialis p quẽ litis executio, & ipſi⁹ cãæ p̃paratio iubẽte ſuo iudice expeditur.C.de accuſ.ea quidẽ.4.q.4.c.nullus.§.aliquãdo.ext.de app.cùm parati.Exequitur enim lites,& eas pręparat,quia facit partes in iudicio comparere,& teſtes cõuenit,& reliqua facit,quę cauſis expediendis proficiunt vſq; ad earum finẽ: vt C.de iudiciis.l.antepe.& l.fin.C.de ſportulis.l.j.in authent.col. vj.de iudiciis.§. his qui cauſas p̃parãt.Vocatur aũt in iure diuerſi.
c modè vt no.ĩ.de cita.§.ſeqtur. ꝓpe princi. ver.qñq; per nũciũ [c].

† ¶Poteſt

ADDITIONES.

a Habetur in libro authenticorũ rubrica de executoribus q̃ nõ mireris in hoc viro ñ eſſe allegatam : quia membra inferiora nil inſtruit,ſaluo quod dicã ſuper quarto mẽbro. nec Azo ibi de materia ꝓſeqtur:ſed in Rucrica C.de ſportu. & ſump. &c. ſequitur de executorib⁹ litiũ. & ibi in prin.proſequitur aliqua de mẽbris quæ hic ponũtur.& vide ĩ.verſi.ſi officium.& duos vltimos ver.
* Nũc de executore.¶Effect⁹ pp breuitatẽ nõ diuidit,vt ſolet,p §.
b Eſt autem.¶Sciendum,ꝙ diuerſæ ſunt ſpecies executorum:aliqui litium,de quib.hic:de aliis dicam in fine.
c Nuncium.¶Et per Azo. in Summa de ſportu.in princip.

3 †¶Potest autẽ executor esse is,q liber est,& ñ seruus:quia publi
cũ est eius officiũ,qđ per seruum non expedit.ff.de regu.iur.ĩ his
officiis.& arg.C.tab.& scri.l.3.§.fi.ff.de test.in testamẽto.§.seru⁹.
Ipse enim est quasi testis,imò plus:qa sibi soli credit: vt 4.q.4.§.a
liquãdo.& j̃.de accus.§.j.vers.fi.& seruus non potest esse testis,in
auth.de testibus.§.si verò dicat.4.q.3.c.si testes.§.item secũdũ.Si
tñ seru⁹ de facto ad hoc electus est,& publicè pro executore ha
bitus:dũ pro libero habetur,gesta p eum valẽt.ar.ff.de of.pt.Bar-
bari⁹.3.q.7.c.infamis.§.tria,ꝑpe prin.arg.ꝯ.C.quib.cau.in integ.
a rest.ñ ẽ nec.si tutor a.Item pt executor esse maior 25.ann.nõ mi
nor.arg.ff.de mu.& hono.ad rẽ.Sicut etiam in decuriõe ꝯtingit.
ff.de decu.spuriũ.§.fi.& l.nõ em.Sed videt,quòd sufficit ætas 20.
anno.sicut in arbitro:vt de arbi.cũ lege.& fortè sufficit,ꝙ sit ma-
ior 17.ann.ff.de postu.l.j.§.pueritiã.¶Itẽ ꝙ possit esse minor. est
arg.ff.de re iud.quidã.& ar.ff.de testa.qui ætate.C.qui testam. fa.
pos.si frater tu⁹.ff.de testi.l.testium.§.lex Iulia.quæ est 4.q.3.ca.si
testes.& hoc quidã tenent vt sufficiat in ministeriali ætas 14. an-
no.ad similitudinẽ testis:vt in præ.§.lex Iulia.¶Item mascul⁹, nõ
b fœmina.ff.de tut.fœminæ b.¶Itẽ laic⁹,nõ clericus C.de test.ꝯsul
2 ta.ext.ne cle.vel mo.c.2.&4.†¶Quandoq; tñ videm⁹in qbusdã
c locis , in causis ecclesiasticis hoc officium per clericos expediri.c
¶Est autem eligẽdus p magistrum scholarum, vel p magistrum
scriniorũ sacrorũ:vel vbi est de cõsuetudine p officiales ciuitatũ.
Item talis,q ẽt sit locuples,& vitæ probatæ : vt non sit verisimile
eum velle peccare:aliàs nõ ipse,sed eius elector posset pro eo te
neri.in auth. de iud.§.is qui causas pparat.aliàs est versi.sub §.nul
lo.Nam mala electio est ĩ culpa. ff.ad mu.qd ergo.ff.de neg.gest.
nã & seru⁹.§.fi.& generaliter qlibet iudex potest eũ eligere.extr.
d de appel.cùm parati.& de offi.delega.prudentiã.respon.j.d Offici
um aũt ei⁹ est implere, quæ sibi iniuncta sunt:siue decreta fuẽrit
circa lites expediẽdas p iudicẽ,cui fuerit deputatus.in auth.de đ-
e fen.ciuita.§.ex ꝓuincia.& de iudi.§.is qui e.Itẽ de officio eius,vi-
de j̃.de accu.§.j.ad fi.ver.hæc autem.Præmissa vera sunt in execu-
tore litis,nõ in executore sententiæ:de quo habetur j̃.de execu.
sen.& de app.§.in quib.ver.v.Et no.ꝙ fas est iudicib⁹, & maiores
pœnas,&corporales maculas imponere executorib.si malè fue-
rint circa lites versati:vt sciant causas non esse deludendas nec lu
f cri gratia aliquod eis vitium imponendum:vt C.de spor.l.j.in fi.f
4 †¶Sed quæritur,qualiter & quo iure punietur ministerialis fal
sam referẽs ambasiatã. Et potest dici ꝙ teneatur lege Cor.de fal.
Nã falsitas est immutatio veritatis : vt ĩ auth.de instr.cau.in prin.
ff.ad l.Cor.de fal.Paul⁹.& probatur e.ti.l.j.versi.sed si quis ob re
nunciandum.cuius legis pœna est in ea l.§.fi.& eligẽs etiã teneri
videtur:vt s̃ ver.est autem.& facit ff.de custo.reo.diu⁹. Vel dic ꝙ
si pecuniam recepit,vt falsam ambasiatam renũciaret:tunc tene
tur lege Corn.de fal.vt in prin.vers.sed si quis ob renunciãdũ.Si
verò nõ pecunia corruptus,sed aliàs id fecit:tenetur actiõe in fa-
ctum ad interresse: vt ff.ad leg. Corne. de fal.qui nomine præto-
ris. Sic & in iudice refert, an ferat precio, vel gratia sententiam:
vt C.quando prouo.nõ est necess.venales.quę est.2.q.6.c.ei qui.
§.diffinitiua.ff.ad Trebel.seruo inuito,§.cùm prætor.Vel dic hãc
dubitationem expediri p præ.l.de sportul.vbi dicitur.si malè fue
rint versati,&c.q falsũ cõmitit, malè versatur. Vtrũ executor
possit vim inferre.& quid iuris sit circa hoc,no. secũdum papam
g ext.de priuile.cùm olim g.†¶Sed nunquid tenet de crimine cõ-
5 cussionis:vt ff.de concuss.l.j.&2.q.j.eadem leg.& l.concussionis.
Sed dic.quòd non obst.hoc quod retulit se citasse,cùm ñ citaue-
rit:sed si occasiõe sui officij aliquid recepit,tũc sic: vt in præalleg.
6 concor.& 33.q.j.c.militare.in fi.†¶Executoris autem ꝯuentio-
ne interrumpitur præscriptio: licẽt hoc nõ faciat simplex postu-
latio corã iudice ꝓposita:vel libelli oblatio,vel pcũ porrectio,ẽt
facta corã principe.pterquã in actionibus annalibus. C.de præsc.
30.vel xl.an.sicut.& l.cùm notissimi.in prin.& §.illud ẽt procul-
dubio.C.qñ li.prin.da.lit.con.fac.l.j.Sed nũqd hoc est verũ,etiãsi
h libelli oblatio ñ pcesserit?Respon.Vtiq; h:qa p̃ leges hic ñ distin-
7 guũt,sed simpliciter loquũt.†Executoris em ꝯuẽtio pro lit.cõ-
test.habetur.ff.đ act.& ob.ꝯstitutionib⁹.Vel dic necesse esse libel
lũ præcedere, sicut & libell⁹ pcum præcedere debet rescriptũ su-
per hoc ab Imperatore cõcessum.ad hoc vt annales actiones fa-
ciat ppetuas.C.qñ rib.prin.da.l.2.Itẽ lit.ꝯte.sine libello facta,nul
lam faceret interruptionẽ,cùm pinđ sit ac si facta ñ esset.in auth.
de exhi.& intro.reis.vñ multò min⁹ id faciet illa executoris ꝯuẽ-
i tio.ar.in præal.§.illa ꝓculdubio.Quidã tñ ꝯ̃i,& in lit.cõtest.& in
k executoris ꝯuẽtione k.¶Sed nunquid extenditur hic effectus ñ
tantùm ad actiones in rem,verum etiam ad actiones in personã?
Respõ.sic.arg.præalleg.l.sicut.cuius principium in omnibus acti
onib⁹ loquit:vnde facit totam legẽ generalẽ.& ar.ff.de pub.de p̃
cio.cum suis ꝯcor.Quia eadem ratio est in vtrisq;: vnde idẽ i⁹ est
censendum.ff.ad l.Aquil.illud.extr.de consti.translato.Alij tamẽ
contra.ar.ff.de eo,per quẽ factũ est.l.fi.Itẽ est alius effectus: quia
l facit rem litigiosam:vt C.de litigio.auth.litigiosa l.Itẽ ppetuat iu
dicis iurisdictionem.ext.de off.deleg.gratum.& c.relatum.& de
m appe. vt debitus m. De executore ad ꝓuidẽdum alicui deputato,
n no.j̃.de act.seu pe.§.super actionibus n.Item de executore testa-
menti,j̃.de edi.instr.§.nunc verò.

ADDITIONES.

a Si tutor.¶Solue quòd hæc lex loquitur in errore singulari: præ-
cedentia iura in errore communi.
b Fœminæ.¶Et ff.de reg.iur.fœminæ.lib.2.
c Expediri.¶Multum hoc seruat curia Rauenas,& Venetiarum.
d Respon.j.¶Et arbiter etiam,quo ad causam, de qua in eum com
promissum est.ff.de arbit.sed si interpellatur.§.j.
e Is qui.¶Potest ẽt nudã cautionẽ ab actore recipere de lite cõte-
standa intra duos mẽses:aliàs damnum rei in duplo resarciet.De
hoc quomodo satisdatio ista hodie ñ est in vsu,viđ j̃.đ satisda.§.j.
f In fi. ¶ Vbi ponitur triplex distinctio iudicũ circa pœnas istorũ.
g Olim propter.¶Vt ibi post eũ,& hoc scripsi sup verbo.portarũ.
h Respon. Vtiq;.¶Secundum Accur.in præd.l.sicut.C.de pscr.30.
an.sed vt ibi no.gl.p executionem. Mart.tenuit opi. contrariam
quæ sequitur distinctionem Iac.de Aret.&dictum Pet.de Bel.ibi
vide per Cyn.
i Quidam tamen contrà.¶Vt Otto Papien.dicit Pil.rubr.per quas
perso.fiat contestatio.
k Conuẽtione.¶Quod sic libelli obla. faciãt interruptionẽ, đ his.
C.de lit.ꝯte.auth.offerat.in vlt.gl.vide 3.q.3.c.induciæ.§.offerat.
in gl.fi.& in ꝯcor.de exhi.& intro.§.illud.in gl.f.reo.e.in gl.q̃tum
ad hoc illa pars distinctionis. Iac.de Are.ad quam remisi,quod in
præscriptione solum odiosa procedat hęc opinio contraria,satis
placet,vt sic executoris executio sine libello,& litis etiam conte
statione interrumpant illam in suæ negligentiæ odium præcedẽ
tis:cum satis p prædicta pateat euigilatũ actorem,& non negligẽ
tem. & hoc maximè indubitatum , quando citatio talis fuisset, q̃
fecisset rem litigiosam.per cle.de qua statim dicam:tamen secun
dum canones illa præscriptio cum mala fide 30.vel xl. annorum
non ꝓcedit.de præscri. vigilanti.& c.fi.& sic inforo ecclesiastico
illud membrum distinctionis non procederet. Adde , quòd per
citationem interrumpatur præscriptio.Bal.cõsi. cxlvj.lib.j.Adde
tu,quòd per denunciationem factam domino à colono, interrũ
pitur præscriptio.c.quoniã frequẽter.§.si super.ext.vt lite nõ cõ
testa.Item per denuntiationem extraiudicialem interrumpatur
præscriptio:vide do.Abb.Sicu.in c.2.ext.de præscrip.quòd non.
l Litigiosa.¶Quod intellige, vt in cle.vt lite pen.c.2.
m Vt debitus.¶s̃.tit.de ele.§.restat.in 3.co.& quod dixi s̃. de dele.
§.finitur.in prin.
n Actionibus.¶ ver.in summa.vsq; ad fi.§. Et isti dicunt executo-
res.gratiarũ:&diuersas ipsorũ formas plurimas scripsi đ ꝯcess. pb.
si soli.in prima gl.lib.vj.& Imol.no.in fi.vltimæ gl.de ipsarũ effec
tibus.Item sunt executores sentẽtiarum.& de his j̃. parte 2. ante
fi.rubr.de sen.execu.& vide quod no.C.de execu.rei iud.l.pen.

¶Bal.de Executore.

MAIOR 14.annis potest esse nuncius publicus. ver. post autẽ.
G.ff.de iud.l.fi.¶Qua pœna teneatur nũcius faciens falsam rela
tionẽ,& ver.sed quæritur.C.de spor.l.2.& de cust.reo.l.diuus.G.
¶An per citationẽ,non præcedẽte aliqua petitione interrumpi
tur præscritio:sentit quòd non:quia non apparet sup quo inter-
rumpatur,si libellus non est porrect⁹ iudici.versi.sed nũquid hic.
G.In contrarium:quia lis incipit ab in ius vocando.Inst.de pœna
teme.litigan.in fi. Ergo prius est citatio. Sed lex dicit interrumpi
per citationem:vt l.sicut.&l.cùm notissimi.C.de præscriptio.30.
anno.Si autem libellus offeratur parti præsenti,nõ est necessaria
citatio.ff.de adul.l.miles.§.sexaginta.sed per libellum oblatũ soli
iudici,regulariter nõ fit interruptio.C.qñ libel.prin.da.l.2.qa nil
geritur cũ reo.& qđ no.in l.2.ff.de in ius vo.in gl.ord.Bal.¶Præ-
scriptio centũ annorũ non potest probari per testes.in auth.hæc
constitutio.in prin.col.8.Bal.

a ¶De Salariis a. Rubrica.

PRælibatum est de personis in iudicio interuenientibus:sed qa
frequenter de ipsarũ salariis disceptatur idcirco consequens
est,vt

ADDITIO.

a De diuersis salariis dat auctor remissionem ad Rof.Beneuen.j̃.§.
3.in fi.vide ibi.Et de salario assessorũ remittit j̃.§.j.in fi.Et est sciẽ
dum,quòd ex xj. practicis, quos nominauit auctor in proœmio,
ver.cæterũ.2.inuenio decem ex eis, quos vidi tractasse generali-
ter de salariis , præter ipsum Rofre. specialiter de salariis aduoca-
torum & assessorum,sub rubrica de assesso.& aduocatis aliqd tra-
ctauit Tan.Io.de Deo de præmiis aduocatorum & procuratorũ
diuisim tractauit,& modicum libr. Iudicum quarto.& de salario
assessorum.lib.j.chart.vltima.Aegid.c.64.& duob⁹ seq.tractat de

est,vt aliqua de salariis disseram. Primò igitur discutiamus de salariis iudicum. Secùdò, de salariis procuratorum,& notariorum. Tertiò, de salariis aduocatorum. Quartò, de salariis medicorum, & aliorum.

☞ salario iudicum notariorum & assessorum. ¶Gui. An. posuit specialem rubricam de salariis aduocatorum. ¶De salariis Magistrorum plenè per Host. in Summa de magistris. §. vtrum. & j. e. ti. de magistris. vide libellos.

SVMMARIVM.

¶ De salariis iudicum.

1 *Exigi debent ab agentibus expensæ iudicum, secundum eorum iudicum distinctionem.*
Iudex vel legatus occasione causæ magnum damnum incurrens, puta si equus moritur, vel spoliatur, &c. an hoc possit à partibus petere.
2 *Partes an debeant communiter procurare iudicem.*
3 *Iudex in domo, vel in ciuitate sua iudicans nihil prorsus in suo nomine pro expensis obtinebit.*
4 *Pedaneus quid secundum leges habere debeat.*
5 *Delegatus aliquid exigens & extorquens, an crimine concussionis teneatur.*
6 *Scholaris Parisijs, vel alibi commorans, si à sede Apostolica delegationem alicuius causæ recipiat, an à partib. possit salarium petere.*
7 *Papa nunquam intendit per suum rescriptum alicui præiudicium inferre.*
8 *Ordinarius cùm ad aliquem locum suæ iurisdõnis vadit, an habebit expensas.*
9 *Ordinarius debet in consecratione ecclesiæ expensas habere.*
10 *Agere non dicitur quis ante litis contestationem.*
Litis contestatio est litis initium.
11 *Delegatum dari ab ordinario quomodo possit distingui.*
12 *Expēsę ordinario, vel suo delegato factę, quo pacto possint, vel nō possint repeti.*
13 *Consuetudo, quòd ab ordinarijs, vel eorum delegatis aliquid certum percipiatur, in quibus valeat.*
14 *Personæ quę debent salaria percipere, debent ea ante calculū sententiæ exigere.*
15 *Concluso in negotio, si partes ante sententiæ prolationem componunt, an eas poterit iudex cogere ad satisfaciendum assessori.*

1. §. Dicturi ergo de salariis iudicum, breuiter distinguamus: quoniam iudicū alij sunt delegati, alij
a ordinarij[a]. Si est iudex delegatus, distingue: quia aut est delegatus à principe, aut ab ordinario. Si à principe, aut proficiscitur extra domicilium, aut non. Si est delegatus à principe, & alibi, quam vbi degit, ad iudicandum proficiscitur, exigere potest à partib[us] expensas, quas fecit in victu, & in vecturis equorum, & similibus: non tamen salarium. extr. de vi. & ho. cle. cùm ab omni. xij. quæst.
b 2. charitatem[b]. quia nemo cogitur suis stipendiis militare. 28. q. 1. iam nunc. in fi. extr. de præscript. cùm ex officij. & munera, non sumptus prohibentur. 1. q. j. iudices. ff. de off. præ. plebiscito. Hoc credo, licet d. m. dixerit, quòd habentes beneficia sufficientia, quibus causæ à sede apostolica delegantur, recipiendo expensas peccant: vt in præ. c. cùm ab omni. Petent autem moderatos sumpt[us] & non delicatos. extr. de sequestr. pos. c. j. ff. de damn. infec. inter quos. §. fi. & l. seq. & ar. ff. de pig. ac. si seruos. in fi. & quales consueuerunt in domo sua facere. ff. ad exhiben. sed & si hæreditas. §. j. ff. de pet. hær. & l. sed & si lege. §. alium. & de rei ven. res. nec ob. q[uo]d minores facere potuissent. ff. man. si quis. 2. §. impendia. & vide j.
1 de expensis. §. fi. ver. & nota, quòd extr. † ¶Quid si aliquis equus occasione causæ moritur: vel iudex ipse cappa spoliatur, vel eius familia infirmatur: sicque eum oportet facere moram longiorē? dicunt quidam, quòd hoc non potest à partib. petere. ff. man. iter
c causas. §. non omnia[c]. Alij, vt dominus meus, dicūt, quòd potest quatenus plusquam in propria domo expedit. ar. ff. de incen. rui. nau. l. j. §. ex incendio. extr. de procu: cum pro causa. Ad hoc facit ff. fami. erc. ex parte. in prin. & de neg. gest. l. si communes. ff. pro
d socio. cum duobus. §. damna[d]. Hæc quæstio tangitur in procuratore, extr. de elec. vt in præteritæ. & in præ. c. cum p[ro] causa. † ¶Sed
2 nunquid partes procurabunt communiter iudicem? Resp. si ad petitionem alterius partis iuit vltra duas dietas: ab ea sola habebit expensas. ar. ff. de eden. prætor ait. in fi. & no. ext. de rescriptis.
e nonnulli[e] Si verò j. duas dietas iuit, dicit B. q[uod] habebit expensas ab actore, qui eum duxit, nisi de cōsensu partium fuerit impetratus. ar. 4. q. 3. c. si testes. §. venturis. extr. de rescriptis. c. cæterum. §. fi. & not. extr. de rescri. dispendia. in prin. libr. vj. Ego credo quòd siue de partium consensu, siue per alteram partem tantùm fue-
f rit impetratus, ex quo j. duas dietas [f]citat. communiter procurabitur: quia eius officium commune est. xiiij. quæstio. v. non sanè.
3 † ¶Porrò si in domo seu ciuitate sua iudicat, nihil prorsus suo nomine pro expensis vel alio obtinebit: ne dum sumptus quæritur, prędo grassetūr. 23. q. 1. militare. & in præ. c. cū ab omni. Imò
g etiam, vt quidam dicunt[g], expensæ quas facturus esset in domo, deduci debent de expensis, quas fecit, cùm extr. locū suū pergit: vt in præ. l. sed & si lege. §. q[uo]d aūt. & ff. fami. ercis. ex parte. in auth. de mād. prin. §. illud. & §. si tibi. quoq;. colla. 3. & de iudi. §. ne aūt. col. 6. Sed hos duos §§. alij intelligunt in ordinario. in authent. vt
4 nulli iud. colla. 9. † ¶Secundum leges tamen pedaneus debet habere sportulas, s. duos aureos in principio, & duos in fine causæ, cum summa litis excedit centum aureos. quod Accu. extendit tā ad ordinarios iudices, quàm etiam delegatos. in authē. col. vj. de
h iudicibus. §. ne autem[h]. 3. q. 3. c. induciæ. §. offeratur. in princ. † ¶
5 Sed quid si delegatus aliquid exegit & extorsit[i]? Respond. aut id fecit nomine assessorum. de quo dic vt s̄. in ti. de assessore. §. salarium. versi. hoc tamen. aut vt sibi retineat: quo casu tenetur crimine concussionis. quod dic vt j. ver. sed nunquid. ibi, aut per extorsionem, &c. Si autem aliquid spontè offertur per modum xenij: si sit moderatum, recipere potest, xviij. dist. de eulogiis. in fin. extr. de simo. dilectus. in fi. Moderatum autem intelligo esculentum & poculentum, quod intra dies proximos consumitur. ff. de off. præsi. plebiscito. idque trahi nequeat ad muneris qualitatem. Inhumanum enim valde est à nemine accipere: sed passim, vilissimum, & auarissimum: vt ibi. & ff. de offi. procu. solent. §. fi. Vel dic, q[uod] hæc attenduntur secundum qualitatem personæ dantis, & cui dantur. extra. de simo. & si quæstiones. Multum autem seu magnum non debet recipere: vt in præ. concor. quod æstimo, si excedit summam centum aureorum, à quocūq; mittatur. ff. ad l. Iul. repe. eadem. in fi. Vel secundum qualitatem personarum, vt præmisi. Hodie tamen iudex qui recipit salarium à publico, sumptus nō debet recipere: quia ea ratione videtur, q[uod] nec ordinarius, qui habet administrationem, vt tangitur in præ. §. ne autem. Præmissa p[ro]bantur in auth. col. 2. scriptum exemplar. ij. §. sicut enim. & in prędecr. cùm ab omni. 1. q. 2. sicut. ext. de simo. c. j. secus si nō recipit: vt in præd. l. plebiscito. & l. solent. & in hoc dico eas non corrigi. Si verò datur iudici pecunia, vt iniquè iudicet, dic vt extr. de re iu
6 dic. cùm æterni. lib. vj. † Quid si alicui scholari Bonon. vel Parisiis commoranti causa aliqua à sede Apostolica delegatur: nunquid ille poterit à partibus expensas exigere, licet eum non oporteat ciuitatem exire? Respon. non videtur: cùm nullas faciat occasione ipsius causæ: vt s̄. ver. porrò. Nam nec testis habet, nisi cum eū proficisci oportet extra domicilium. 4. q. 3. d. §. venturis. Contrà, quia ipse studeret, vel corrigeret, cùm oportet eum causam audire: & sic damnificatur, quod esse non debet. extr. de fideiusso. puenit. de renun. sanè. nec tenetur de suo beneficium facere. x. q. ij. precariè. nec quis cogitur suis stipendiis militare. extr. de præscr.
7 cùm ex officij. † ¶Nec dominus papa per suum rescriptum intēdit alicui inferre pīudicium. extr. de off. or. licet. de ma. & obe. cū inferior. in fi. & de vsu pal. ex tuarum. nec debet alteri per alterū iniqua conditio afferri. ff. de leg. j. l. nemo. Super hoc dicunt quidam, quòd non debet habere de stricto iure: licet sit argumentū contrà. xij. q. ij. charitatem. nisi cùm eo proficisci oportet: vt s̄. in prin. veruntamen delegati quotidie de consuetudine recipiunt: & malè

ADDITIONES.

a Ordinarij. ¶De arbi. dicam in fi. huius §.
b Charitatem. ¶ Hæc & quædam ex sequentibus sunt expedita p[er] dec. statutum. de rescriptis. lib. 6. §. insuper. & sequentibus.
c Omnia. ¶Per hunc §. & quia decr. præ. statutū. §. insuper, solas expēsas permittit, in q[ui]bus non includunt damna, puta dānorū cappæ p[er]ditæ, & equi mortui rationem habere: si verò plus p[ro]p[ter] infirmitatē eum stare oportuit, & sic plus expēdit: illud, moderatū t[ame]n deberi videtur. Ad prædicta facit extr. de iniur. in nostra.
d §. damna. ¶Et §. seq. sed in socio loquuntur, vt dixi in decre. cùm pro causa. super j. gl.
e Nonnulli. ¶In 4. gl. & de exc. olim. in j. gl. & vide quod no. in §. insuper in glos. hic non habet. & quod super ea dixit.
f Duas dietas. ¶Hodie vnam, per præ. decr. statutum.
g Quidā dicūt. ¶Q[uo]d mihi non placet, vt no. in præ. §. insup. in glo. no. quam minore. Additio. An delegati ad vnam causam possint aliquid petere à partibus pro eorū laboribus, vide Guid. Papæ in q[uæsti]ōnibus suis, q. 68. inci. dominus Petrus. in ver. crederem etiā. Et adde videndum Io. de Tur. cre. in c. vendentes. 1. q. 3. vbi dicit, q[uod] delegatus si esset pauper, vel si oporteret eum facere labores & expēsas, vel si p[ro]p[ter] insufficientiā suam oportet eum cōducere assessores, p[otes]t petere expēsas ad huiusmodi necessarias, & nihil vltra modo tamen nullā partē propter hoc acceptet, nec aliquid faciat in fraudē. Et quid si papa alicui prælato causam delegauit, an talis d[e]legatus possit petere expensas? Et q[uid] de iudice ordinario, an possit aliq[ui]d exigere à partibus? vide plenissimè per eūdē d[e] Turre cremata, ibi. & pulchrè per eūdē in c. qui rectè. 11. q. 3. Hen. Ferran.
h Ne autem. ¶Vbi de hoc in j. gl.
i Extorsit. ¶Hodie non solùm extorquentes, sed etiam à volentibus recipientes contra decr. statutum. tenentur ad restitutionē. nec valet eis remissio: vt ibi, §. si quid.

&malè, secundum quosdam, si habet beneficia, vnde possint cōmodè sustentari: vt s. dixi. Sed & si sint sine beneficio, possunt et
a salarium recipere, secundum Aegid.[a] extr. de præscr. cùm ex offi-
b cij. qđ non placet: sed expensas sic[b]. † ¶Si aũt sit delegatus ab or-
8 dinario, quid iuris sit, j. dicam. Si verò est ordinarius iudex, etiam expensas, quas fecit in victu, & in equitaturis, & similibus, cũ ad aliquem locum suæ iurisdictionis vadit, non habebit: vt in præd. c. cùm ab omni. & x. q. 3. illud. ne alienum iurgium putet suam es
c se prædam. C. ad l. Iul. repetunda. l. omnes. iuxta illud[c]. Estote contenti stipendiis vestris. lxxxvj. dist. non satis. circa fi. 23. q. j. parat[o]. in fine. & c. militare. Nec enim licet eis vendere iustitiam, xj. q. iij. non licet, in fi. & in præd. c. cùm ab omni. Potest tamen habere ꝙ datur apparitoribus, vel scriptoribus, qui scribunt acta causæ; & huiusmodi: & cogere partes, vt prædictis personis satisfaciant in talibus: quæ olim sportulæ vocabantur, & hodie etiã vocari possunt: vt in auth. de litig. §. ad excludendas. col. viij. & in præ. auth. offeratur. 14. q. v. non sanè. Sed nec sportulas habebit, si litigantes pauperes sint, vt in præal. §. si tibi. & in præd. c. cùm ab omni.
9 † ¶Habet etiam expensas ordinarius, cum ꝯsecrat ecclesiam. ex-
d tra de simo. cùm sit Romana[d]. & cùm visitat ecclesias. extr. de cē. cùm Apostolus, & ca. sopitæ. & per totum. Salarium autem non ꝑcipiet: vt in præ. decr. cùm ab omni. Nisi fortè secundum Accur.
e quatuor aureos, vt prædixi.[e] Clerici quoq; præstãt ordinariis qua-
f tuor siliquas[f]. C. de episc. & cle. authen. sed hodie nulla, vel medium Byzantium: vt eo. tit. omnes qui. §. executoribus. Consuetudo tamen vniuscuiusq; fori in hoc seruetur: vt j. dicam, quæ secundum locorum varietatem variatur. Nam in patrimonio beati Petri, & in prouincia Romaniolæ statim post litem cōtest. dan-
g tur de libra xij. denarij Bononię decima pars[g], & alicubi vigesima vt in præ. decr. cùm ab omni. In terris comitissæ Mathildæ medietas. Et reprobo quarũdam ecclesiarum abusum, vbi ex quo pars aliquem terminum recepit, huiusmodi salaria exiguntur, etiam
10 ante lit. contestat. † Quia litis contestatio est litis initium, & ante illam non dicitur quis agere, sed agere velle. Ad idem facit ij. q. 6. si quis libellos. in authen. de litig. §. omnem. Argumentum tamen contra pro tali vsu. C. de litig. auth. litigiosa. extr. de offic. de delegati. gratum. & in consti. Greg. x. de electio. quamuis. §. cæte-
h rùm.[h] Pacisci autem de certa parte litis, prohibitum est: vt in præ.
i decr. cùm ab omni. Tanc. autem notat in libello suo[i] in ti. de satisda. rei. quòd licet prelati ecclesiarum decimam, vel aliam partem litis non possint recipere, vt in decr. cùm ab omni. tamen moderatas expensas, & pro eis pignora recipere possunt. Debentur enĩ eis expensæ, sicut & testibus: vt s. præal. §. venturis. quia nemo cogitur suis stipendiis militare: vt s. quod non credo in ordinario, nisi vt dictum est. Assessor verò iustè salarium, & pro eo pignora recipiet: vt s. in ti. de assessore. Idem etiam dicit T. de iudice eccle
11 siastico, qui de bonis ecclesię non sustentatur. ¶Porrò si ordinarius det delegatum, subdistinguæ, quia aut est delegatum ad vniuersitatem causarum, aut ad vnam specialiter. Si ad vniuersitatem causarum: tunc idem est, quòd in ordinario, cùm idem sit consistorium: vt extr. de app. Romana. in princip. lib. 6. imò ordinarius illi dabit expensas: vt extr. de off. or. inter cætera. in auth. vt nulli iu. §. nulli. colla. ix. & de man. princi. §. illud tamen. quamuis hoc in quibusdã locis malè seruet, vbi indifferẽter expẽsas recipiunt.
12 † ¶Sed nunquid posset ab eo vel ab ordinario repeti, quod receperit? distingue: nam aut dati sunt sumptus scienter: & tunc non potest. ff. de re. iur. cuius per errorem. Aut ignoranter. & tunc pt: in ea. l. & extr. de magis. prohibeas. & de cens. procurationes. in fine. Item aut gratis: & tunc non potest: vt in præd. ca. de eulogiis. Aut per extorsionem: & tunc in quadruplum restituuntur, ĩ authen. col. 2. scriptum exemplar. ij. §. sicut enim. & xviij. dist. quoniam quidam. C. de cri. concussio. l. fi. j. q. vij. sancimus. in fi. & q. j.
13 in eum. † ¶In præmissis autem potest consuetudo valere vt aliquid certum percipiatur. in auth. col. 2. vt iudi. sine quoquo suf. §. hęc autem omnia. ver. nam etiam. & §. sic igitur. ver. sciat enim. arg. extr. de offi. or. dilectus. & ar. ff. de publica. & vec. sic publicanus. Si verò sit delegatus ad specialem causam, & ordinarius ei malitiose causam committit, idem vt pridem: quia non petet tales expensas. ar. extr. de offi. dele. pastoralis. si verò sine fraude cōmittit volens fortè parcere laboribus partium & expensis: tunc fortè posset dici id, quod in delegato à principe s. dixi: ne officiũ
k suum sit illi damnosum. & hoc tenet Vin.[k] ar. 4. q. 3. d. §. venturis.
14 & in præ. c. non sanè. extr. de off. dele. cùm te consulente. Item † nota, quòd personæ, quæ debent salaria recipere, debent ea ante calculum sententiæ exigere. Partes nanque fallacibus aduocatorum promissionibus elusæ se in causa victores fore existimantes ad sententiam properant, & libenter salaria soluunt: quod nō fa-
15 cerent condemnatæ. Quid † si concluso in negotio partes ante sententiæ prolationem componunt: nunquid iudex poterit partes cogere, vt satisfaciant assessori? Dicit Gui. Na. quòd sic, arg. in his quæ no. j. §. sequitur. ver. sed pone, quòd hoc casu. De assesso-
l rum autem salario dixi s. de assel. §. salarium[l].

ADDITIONES

a Secundum Aegi. ¶Char. lxiiij. de salario iudicum.
b Expensas sic. ¶ Quando propter causam domicilium egreditur proprium. Et sic est terminatum in præ. §. insuper.
c Iuxta illud. ¶Luc. 3. c. Adde tu, an ordinarius possit recipere, quẽadmodum delegatus secundum dispositionem ca. statutum. §. in super. ext. de resc. lib. 6. Vide Ab. in c. & si quæstiones. ext. de sim. vbi etiam no. infert. Secus etiam in legatis & cæteris præal. nisi fiat in fraudem. ibi vide.
d Sit Romana. ¶Vt ibi dixi. non sic, cum reconciliat.
e Prædixi. ¶In ver. porrò.
f Siliquas. ¶De his satis dixi in decr. cùm ab omni. super 2. gl.
g Decima pars. ¶Hodie sublata: nec olim exigebatur, nisi cùm forensis agebat.
h Cæterùm. ¶Exquisita contraria fuerunt ista: quæ ad hoc extendunt, quia in eis non attenditur litis contestatio.
i Libello suo. ¶Parte ij.
k Tenet Vin. ¶in dec. cùm ab omni. Adde ver. in præmissis tñ, ꝙ licet Io. And. in d. c. statutum. tenet contrarium, quòd tamen Pet. de Anc. tenet opi. Spec. eius cons. ccxviij. inci. iuxta ordinem, vbi etiam ponit, an notariis debeantur sportulæ.
l Salarium. ¶Restat videre de salario arbitrorum. Mar. de Fano. de hoc composuit magnam gl. in qua tenet quòd arbiter à ꝯpromittentibus salariũ exigere pt. & dicit de hoc videri casum esse C. li. xij. de proxi. sac. scri. l. in sacris. secunda. circa prin. & de prin. agen. in rebus. l. vlt. circa fi. In quibus expressè dicitur, ꝙ si causa est corã arbitro, potest pro suo salario vnum solidũ exigere, & solidus ponit ꝓ aureo. Inst. de pœna te. lit. §. fi. de quibus lxxij. faciunt libram auri. C. de suscept. & ar. l. quoties. lib. x. Inducit §. ne autem. in auth. de iudicibus. s. sæpius allegatum. & quòd ibi not. quo ad quotam in j. gl. Nam si id licet iudicibus, ergo & arbitris. ff. de arbitr. l. j. Inducit etiam multa similia, in qbus iudices & arbitri conueniunt. quæ vide s. de arbitro. §. differt. ver. porrò. & sequentib. & patent extr. eodem ti. cùm dilectus. in gl. 2. Ergo & in isto conueniũt: cùm diuersitatis ratio reddi non possit. Nã rō quare iudices exigunt est, ne laborent frustra, s. compendij nil laturi: vt in §. ne aũt. sed tantũdẽ & amplius laborant arbitri. Amplius dico: qa iudices se alienant committendo, qđ ñ possunt arbitri. ff. de arbi. non distinguemus. §. quæsitum. Item sæpe arbitri à litigantibus ĩfamantur, quos punire non possunt. ff. de arb. sed si in seruum. cũ l. sequent. & l. licet quod iudices possunt. ff. si quis ius dicen. non obtempe. l. j. ext. de poe. dilectus. Non obstat, secũdũ eum, si dicatur, ꝙ arbiter recipiendo compromissum sine ꝓuisiōe salarij sibi habet imputare. ff. de transf. qui cum tutoribus. & ff. cōmo. in cōmodato. sicut respōdet Pet. e. ti. l. j. & de commo. si is q. s. quod sæpe extra id quod agitur tacita obligatio nascitur. & de desp. imp. c. vno. lib. vj. & tale tacitum pactum haberi debet ꝓ expresso. ff. si cer. pet. l. cùm quid. quod in similibus inuenitur, vt in aduocato qui nulla cōstituta mercede patrocinatur, est salarium extraordinem ordinatum pro labore & causæ quantitate, & fori consuetudine. ff. de var. & extraord. cog. l. j. & l. in honorariis. Idem in aliis præceptoribus artium, vt ibi in princip. & in mensore. ff. si mens. fal. mo. di. l. j. in prin. Item & si lege non caueretur, æquitas suadet remunerari laborem. ergo sequenda & præponenda rigori, C. de iud. placuit. ff. de aqua plu. arc. l. ij. §. item variis. in fi. Et si hoc dicatur absurdum, ex contrario sequetur absurdius: quia recusabũtur compromissa, & sic non finientur discordiæ, quod maximè fuit ꝑtoris propositum. ff. de arb. l. iij. §. si sic. De minoribus & fœminis dicitur, quòd non semper restituũtur: quia sic videretur eis interdici commercium. ff. de min. quod si minori. §. non semper. & ad Velleia. l. si mulier.

SVMMARIVM.

1 *Salarium seu merces incertæ pollicitationis peti non potest.*
Offerens salarium cum certa verborum prolatione, dicendo sic: Fac, & sic faciam, nulla interrogatione præcedente: pollicetur salarium.
2 *Subdistinctio quæ possit fieri super promissione salarij nudo pacto.*
3 *Salarium procuratoris seu aduocati non debet excedere centum aureos.*
4 *Cum tabellionibus quomodo procedendum sit, quo ad eorum salaria.*
5 *Scriptura extraiudicialis quæ sit, & à quibus debeat expediri.*
6 *Dominus tenetur procuratori ad expensas in negotio, vel iudicio factas.*
7 *Salarium quando debeat solui procuratori.*

¶De salariis procuratorum & tabellionum.

2.§.Nunc de procuratorū, seu aliena negotia gerētium, & tabellionum salariis disputemus. Super quo breuiter est notandum, quòd salarium seu merces incertæ pollicitationis peti non potest. C. mandati. salarium. solutum tamen
1 teneri potest. † Pollicetur autem quis, cùm nulla interrogatione præcedente, salarium offert: dicens, subitò facias hoc: & sic faciam tibi. ff. de pollicita. pactum. Et huiusmodi pollicitis diues q-
a libet esse potest [a]. In hoc tamen distingue: quia aut quod promittitur, est incertum re & genere: aut incertum re tantùm, sed certum genere: aut est certum re & genere. Si est incertum re & genere: puta dixi, bene faciam tibi: vel recognoscam hoc seruitium vel tibi plenè retribuam: tunc peti non potest, vt in præced. l. salarium, & ff. eodem. qui mutuam. §. salarium. Si verò re tantùm sit incertum, sed certum genere: puta, promitto equum vel vestes in genere, vel faciam te militem. nec dicit quem, vel quales, vel quādo, vel etiam quantum pro militia daret: tunc non est penitùs incerta promissio: ideoque peti potest. argumen. C. manda. l. j. & ageretur præscriptis verbis. Taxabitur autem hoc arbitrio boni viri. ff. de præscrip. verb. l. si tibi polienda. ff. pro socio. si societatem. ff. de leg. 2. l. j. in fi. ff. de leg. 3. si filię. Si autem certum & re & genere promittetur: puta, promitto tibi talem equum, vel talem vestem, vel quòd te taliter in tali die faciam militem, & tantùm pro militia tibi dabo, sub distingue: quia aut deductum fuit hoc in stipulationem: & tunc certi conditione petitur quod promissum est. Institut. de verbo. oblig. in princip. vbi de hoc. ff. si cer. peta. si quis certum. Sed si incertum esset promissum: tunc repetetur per
2 actionem ex stipulatu, vt ibi. † Aut non fuit deductum in stipulationē quod certum est, sed solùm nudo pacto promissum: & tūc iterum subdistingue. Nam aut promittitur in ipso contractu, seu mandato, vel incontinenti ante mandatum, vel post: aut ex interuallo. Si incontinenti, aut erat aliàs facturus, aut non. Si erat aliàs facturus, tunc petitur actione ex eo contractu, scilicet contraria
b mandati informata. Hæc probantur C. manda. l. j. in fine [b]. & ff. e. salarium. C. de pac. petens. ff. de duob. reis. duos. §. fin. Tunc enim vestitur nudum pactum cohærētia contractus. C. de pact. in bonæ. Si verò nō erat aliàs facturus, aut est tale factum quod consueuit locari ab ipso procuratore: & tunc agitur locati. ff. manda. l. j. & Insti. e. §. mandatum. Aut non consueuit: & tunc est contractus innominatus: & agitur actione præscriptis verbis. ff. de præscrip. verbis. naturalis. §. at cùm do. Si autem ex interuallo, s. postquam cōtrahentes se ad alia negotia diuerterunt, & erat aliàs facturus: tūc petitur promissum iudicis officio seu extraordinariè. ff. mand. salarium. Hic etiam no. quòd procurator non potest de certa parte litis, puta media, vel quota pacisci: alioquin nō valet, imò punitur. ff. eodem. salarium. & l. si remunerādi. §. Maurus. C. de postulan. quisquis. ff. de var. & extraordi. cog. l. j. §. aduocatos.
3 † ¶ Sed nunquid salarium procuratoris potest excedere cētum aureos? Respon. non: quia ne aduocati. ff. de var. & extraor. cog. l. j. §. licita. Nam & procurator dicitur aduocatus, vt 3. q. 7. c. j. & e contrà, vt v. q. 3. quia episcopus. Et quandoque hęc duo æquiparantur, vt extr. de fo. compe. Romana. libr. vj. §. neque etiam. Hodie autem procurator in quacunque causa non potest nomine salarij vltra xij. libras Turo. recipere: qui etiam debet iurare, quòd quàm citò causam malam esse nouerit, ipsam deseret: & alia plura: alioquin multipliciter punitur: quod dic vt in consti. Greg. X.
c de postulando. properandum [c]. † ¶ Sed quid erit in tabellionib⁹,
4 qui vt plurimum inhumani sunt in salariis exigendis? Respon. aut est scriptura forēsis, seu iudicialis: aut est extraiudicialis. Si est forensis, vt sunt acta iudiciorum, vel emācipationes, protestationes, & huiusmodi quæ coram iudicibus fiunt, & notarius immoderatum exigit salarium ad officium iudicis, coram quo acta est, pertinet partes releuare à grauamine curialiū & expensis. de pœ di. j. nemo. vel in foro: extr. de off. de leg. cùm te. de dolo & cont. finem. & cuncta quæ litem seu litigatores impediunt, emendare j. q. j. emendari. ext. de off. de leg. præterea. &c. suspicionis & c. j. & tales improbos exactores punire, vt C. de offic. præfec. præto. Afri. in nomine. versus finem. §. hoc etiam decernimus. & in auth. scriptum exemplar. in auth. vt liti iurent. §. ex hoc quoq;. in auth. de iudi. §. nullos. in authen. vt diffe. iudic. §. fi. & §. sed etiam. vbi dicitur quomodo punientur. C. de re mili. l. fi. §. vt autem. Debet er
d go moderari [d] quid dabitur pro termino scribendo, quid pro exceptione, quid pro citatione, quid pro litis cōtestatione, quid pro positione, quid pro articulo, quid pro depositiōe testis, quid pro exemplatione instrumenti, quid pro interlocutoria, vel præcepto, vel sententia, vel appellatione: & sic de aliis. & hoc inspecta & considerata conditione & qualitate litigatorum & causæ, & fori cōsuetudine. Nos verò quandoque scripta nostrorum notariorum facimus per alios notarios in talibus expertos, & fideles ta-
5 xari. † ¶ Si verò sit extraiudicialis scriptura, puta instrumentum depositi, vel solutionis, vel venditionis, vel procurationis, & huiusmodi: debet hoc per loci ordinarium expediri. qui nisi conuētum sit de certo salario, inspecta conditione litigatorum & consuetudine fori, & qualitate causæ, hoc taxabit, vel faciet p viros expertos taxari. arg. ff. de var. & extraord. cog. l. j. & in præ. consti. properandum. 3. q. 7. c. infames. §. apud vrbem. extra. de simo. c. j. & j. quæst. 2. sicut. x. qu. 2. hoc ius porrectum. versi. quòd si nolit. Et vidimus aliquas curias satis bene in talib⁹ ordinatas: & nos dū essemus auditor generalis causarum palatij domini papæ, satis be
e ne, quo ad hoc, salarium ipsum procurauimus ordina. [e] Sed & dū patrimonium beati Petri temporaliter & spiritualiter gereremus inter plura etiam statuta ciuilia, & ecclesiastica, quæ ibi edidimus super officialium salariis: pœnalem ordinationem fecimus gene
6 ralem. † ¶ In summa nota, q̄ dominus tenetur procuratori ad expensas moderatas in negotio, vel iudicio factas: vt ext. de procu.
7 cùm pro causa. & de ele. vt præteritæ. † Sed quando debet solui salarium procuratori? Respond. papa not. extr. de loc. & con. cap. propter. quòd si quis locauerit operas suas pro aliquo opere faciendo, vel exercendo de nouo, vel etiam si salarium promisit aduocato, vel medico, vel procuratori, vel in aliis similibus casib⁹, tantùm finito opere debitum est soluendum. argumen. C. de suf
f fra. l. vnica. & j. §. proxi. versi. sed quando [f] j. de loc. §. postquam. ver. sed quæritur.

ADDITIONES.

a Esse potest. ¶ Ouidius de Arte amandi, char. 3. & præcedit, Promittas facito: quid enim promittere lædit?
b In fine. ¶ Vbi no. quod sequitur hoc, & in duobus ver. sequētib⁹. & ibi vide Cyn. qui cū Pet. improba hoc dictum de actione informata. quod tenet ibi gl. & vide remissionem quam dabo j. ti. 2. §. 2. ver. quod autem dixi.
c Properādū. ¶ Hodie reuocata: quia ñ est in 6. tñ per benedictum 12. fuerūt postea taxata salaria in cōsti. quæ incipit, Decens & necessariū. vltra mediū ver. in salariis. de qua dixi s. de aduocato. §. j. super ver, item quòd non habet. & duobus versi. ibi sequentibus.
d Moderari. ¶ Secundum Aegid. c. lxv. Adde tamen, quia hoc videtur expressum in c. statutum. §. notarium. ibi notat ext. de rescriptis. lib. vj.
e Ordinari. ¶ De qua ordinatione loqui puto decret. Io. cùm ad sacrosanctæ. §. circa.
f Quando. ¶ Ibi plenè de aduocato.

SVMMARIVM.

1 *Aduocato licitum est patrocinium vendere, & iurisperito iustum consilium.*
2 *Stipulari potest aduocatus aliquid nomine palmarij.*
3 *Salaria aduocatis olim dabantur de publico, quæ non excedebant centum aureos.*
4 *Is qui de salario pactus est, intercedente stipulatiōe, potest illud petere per certi condictionem.*
5 *Promissio salarij facta lite pendente non tenet.*
6 *Aduocati malitiosi quomodo soleant salaria cautè exigere.*
7 *Pactum inter litigatorem & aduocatum de salario factum est tenendum. Iustè stipendium consequitur, qui pro tempore suum reperitur præstitisse obsequium.*
8 *Assessor præside mortuo recipere potest salarium.*
9 *Aduocatus aliquo casu impeditus aduocare, si non stat per eum, an sibi sit imputandum quo minus habeat salarium.*
10 *Præmium & honor debetur aduocato pro suo seruitio.*
11 *Aduocatus in causa appellationis an teneatur pro eodem salario patrocinari. Condemnatus non censetur, qui appellat.*
12 *Causa appellationis eadem est cum principali.*
13 *Appellatione facta ante sententiam, vel in integrum restitutione petita, an debeat in causa aduocatus pro eodem salario patrocinari.*
14 *Salarium aduocatis quando soluatur.*
15 *Pacto inter litigatorem & aduocatū nomine palmarij facto an si aduocatus aliquando succumbit, aliquando vincit, totum habere debeat.*
16 *Causa de vno auditorio ad aliud translata, an aduocatus sequi debeat causam.*
17 *Reo ab inepta actione absoluto, vel contra iura condēnato, an aduocatus possit pro eodem salario patrocinari.*
18 *Res mobilis si datur pro salario, sola traditio sine scriptura sufficit ad dominij translationem: secus de re immobili.*
19 *Causa appellationis, si coram metropolitano vertitur, an ipse poterit partes cogere coram se respondere super salarijs procuratorum & aduocatorum.*
20 *Clericus præstans patrocinium personis concessis an possit salarium exigere.*
21 *Aduocato moriente, an ab hæredibus eius possit salarium habitum repeti.*
22 *Aduocatus causam vt desperatam deserens, quo casu sibi imputetur.*

De sala

¶De salario aduocatorum.

1 3.§.Sequitur de aduocatorū salario videre.¶Ante om
nia igitur notandum est, † quòd licet ad-
uocato vendere patrocinium,& iurisperito iustum consilium:vt
a xi.quæst.3.non licet.a& 14.q.v.non sanè.Gandulfus tamen dixit
quòd aduocatus, aut iurisperitus non debet vendere consilium,
vel patrociniū,arg.pro eo,15.q.3.c.j. Nam si causa est iniusta,nō
debet eam assumere,imò susceptam debet deserere:vt C.de iudi.
b rem non nouam.ext.de postu.in consti. G.x. properandum. b Si
est iusta,gratis debet consulere,vel patrocinari,quia veritas cùm
non defensatur,opprimitur.82.dist.error.& dixi præd.c.nō sanè.
& prę.c.non licet.loqui secundum leges.Ego verò talem rigorē
reprobo cum Ioan.argumentum præ.c.& 15.q.3.c.obseruand.§.
hoc aūt.& ff.de var.& extraor.co.l.j.§.in honorariis.Potest ergo
tales operas locare,ff.locati. qui operas. & præmium recipere ꝓ
labore.12.q.2.charitatem. & ca.ecclesiasticis. Nam nemo de suo
cogitur facere beneficium:vt x.q.2.precari.Nec suis stipēdiis mi-
c litare ext.de præscri.cùm ex officij.veruntamen si absque labore c
& reuolutione librorum consulere potest:satis potest dici quòd
teneatur gratis subuenire,maximè pauperibus.87.dist.de salariis.
& c.seq.ext.de vsu. consuluit.quia scriptum est,Gratis accepistis
gratis date:vt ext.de magistris.c.2 Sed ego eum ad hoc nō coge-
rem. ¶Illud autem certum est, quòd aduocato non licet pacisci
de certa parte litis,scilicet de quota,puta decima,vel quinquage
d sima,vel centesima: d quod si fecerit, interdici debet ei forus, &
est à communione aliorum patronorum remouendus. C.de po
stulando.l.si qui.3.quæ.7.c.infames.§.arceantur.De quanta tamē
licet,dummodo non transgrediatur legitimum modum,scilicet
summam centum aureorum,quantacunque sit causa,etiam de v
no regno In minoribus autem pro aduocati facundia,causæ qua
e litate,e & fori consuetudine:vt in præ.§.in honorariis.& ea.l.§. li
2 cita.† Quia nomine palmarij,id est victoriæ,potest aliquid stipu
lari.ff.de var,& extraordi.cog.l.j.§.sed & si nomine & §.licita.C.
de postulan. quisquis. In istis autem centum aureis computatur
etiam,quòd nomine palmarij sibi promissum est:puta, si vicero,
dabo tibi x.præter salarium tuum.vt in prę.§.sed & si.&§.si licita.
f ¶Quid si cū agente de hereditate f paciscitur aduocatus de certa
g re eiusdem hæreditatis?De hoc dic vt no.in ꝑdi.l.si qui.g† ¶Sed
3 & id quod dicitur de summa centum aureorum non excedenda
olim habebat locum cùm salaria aduocatorum de publico dabā-
tur,& par distributio aduocatorum fiebat à iudice.vt 3.quæst. 8.
c.infames.§.si verò in vno.C.de postulando.prouidendum.Tūc
enim salarium ꝯstituebātur aduocatis pro modo litis,& aduoca
ti facundia,& fori consuetudine:dum tamen summam cētum au
reorum non excederet,vt in præ.§.in honorariis.& §.seq.Hodie
verò pacisci potest de quanta non tamen de quota parte litis, vt
dixi.Sed hodie iure nouissimo aduocatus nomine salarij non po
test in quacunque causa recipere vltra 20.libras Turo.Et si vltra
receperit, non transit in eius dominium:imò tenetur ad restituti
onem,in tantùm quòd ei remitti non potest,vt in constitu.Gre-
gorij decimi,de postulan.properādum.§.cęterum.vbi de hoc di-
h cemus.h † ¶Is quoque qui de salario pactus est, stipulatione in-
4 tercedente,potest illud petere ꝑ certi ꝯditionem, si certum pro-
missum est,vt Institu.de ver.obli,§.primo.ff.si certum pe. si quis.
Si verò incertum,per actionem ex stipulatu:vt s.§.prox.versic.si
autem.Si verò non intercessit stipulatio, sed nudo pacto promis
sum est,aget condictione ex illa lege.C.de suffra.l.vnica.respon.
i primo.ibi:sponsione,&c.vbi de hoc.i Hoc enim casu speciale est,
secundum leges,vt ex nudo pacto agatur:& vt salarium incertæ
pollicitationis petatur:licet aliud sit in procuratore,C.man.sala-
rium.Et dixi s.§.proxi. quòd vbi nihil certum pactus est,nec eti-
am stipulatio intercessit, potest tunc iudicis officium implorari,
vt pro modo facundiæ,& negotij qualitate,& secundum fori cō
suetudinem salarium constituatur,vel reddatur: vt in præd. §. in
5 honorariis.& in præ.ca.non sanè.† ¶Et scias,quòd salarium pe
titur , cùm ante litem contestatam , vel ea finita promissum est.
Pendente enim lite,promissio facta non tenet:vt C.de postulan.
quisquis.§.præterea.ff.de var.& extraordin.cog.l. prima. §. si cui.
Quod in initio litis possit de salario conuenire,probatur C.de iu
di.properandum. §. penulti sicut fit , cùm de pensione soluenda
tractatur. ff.loc.sed addes.§.si quis cùm in annum.Si igitur aduo-
catus vel medicus in initio litis vel morbi,de certo cōuenerit sa
lario totius litis vel morbi, alia cōuentio postmodum facta non
tenet:secus,si non ꝯuenerit de toto,licet receperit salarium pro
consilio vnius diei.Quod dic secundum papam, prout not.extr.
k de postulando,cap.primo.k † ¶Et nota,quòd malitiosi aduoca-
6 ti videntes causam desperatam,paciscuntur de salario cum clien
tulo,more medici de vita desperantis infirmi:qui dicit,Si vixeris,
dabis mihi tantum:si morieris,tantum:sic & hi de causa faciunt d
sperata.14.q.v.non sanè.de pœn.dist.7.c.si.prope fi.23.q.4.§.cū
l superna.ad.fi.Quidam tamen aduocati contra faciūt:l quia si suc
cubuerint,faciunt sibi maius salariū promitti: si obtinuerint, mi-
nus,recompensantes honorem victoriæ cum minoratione sala-
7 rij,& vituperium amissionis causæ cū augmēto salarij. † ¶Quid
ergo,si litigator promisit dare centum aduocato,si vinceret:si ve
rò non obtineret,quinquaginta?Respon.Pacta seruentur.ext.de
pac.c.primo.C.e.l.j.& 2.ff.de var.& extraord.cogni.l. prima. §. si
m cui.m ¶Sed pone,quòd hoc casu litigator ipse trāsegerit cum ad
n uersario:nunquid aduocatus habebit integra centum? n Et vide
tur quòd sic:quia per eum non stat, quo minus vincat.ff.locati.q
operas.& l.sed addes.§..fi.ff.manda.l.fi ff.de condit.& demon.iu-
re ciuili. & C. de condict.ob causam datorum.l.aduocationis.Si
autem non stat per eum,videtur impleta conditio. ff. de reg.iur.
l.iure ciuili.& obtinuisse videtur.ff.manda.l.fin.Iustum est enim,
vt consequatur stipendium, qui pro tempore suum reperitur ꝑ.
8 stare obsequium, 12. q. 2. charitatem. † Nam & assessor præside
mortuo,totius anni salarium recipiet ff.de assessor.l.diem. Idē in
aduocato. C.de aduo.diuer.iud.post duos.argumentum contrà.
Nam negotio transacto , fideiussor non cogitur reum iudicio si-
stere.ff.si quis cautio.l.2.Item constat , quòd promissa sunt cen-
tum sub illa conditione,si obtineret:at non obtinuit , ergo nihil
obtinebit.C.de conditione insertis.legatum.ff.de conditio.& de
mon.l.municipibus.extra,de condit.appo.de illis.Item iniquum
esset,si totum sine labore haberet. 13.quæst.2.c.vbicunque.§.qa
ergo.versic.sed nunquid de eo,vnde non habebit.Nam quoties
sine captione aliquid fieri non potest , fieri debet quod minimū
habet iniquitatis.ff.de regu.iur.quoties.So.H.& Bar.& Ac.& O-
o doff.& dominus meus dicunt o,ꝙ totum habebit ipse,vel heres
eius eo

ADDITIONES.

a Licet.¶Vbi nota quod sequitur.
b Properandum.¶Dic vt s.§.proximo.
c Labeo.¶Ergo si cum labore,ñ teneatur gratis.Ex hac rōe sequi-
tur,quòd ego,qui vltra quinquaginta annos laboraui in studio,
per quod cum modico nūc labore studij præsentis,querētē expe
dio,ero deterioris cōditionis,quàqui parū laborauit in studio,&
modicū prouectus,qui habet nūc vt respōdeat, laborare: quare
constanter dico in his non solùm præsentis,sed &præteriti labo
ris rationem habendam.
d Centesima.¶Accedat opinioni Accur.in l.si qui. cōtra Mar.qui
dicebat de quota circa dimidiam posse pacisci.
e Qualita.¶Per hoc dixit Rof. quòd si causa est de quinquaginta,
non possent promitti aduocato viginti.licet Io.contra, vt not.in
l.sumptus,in fi.ff.de pac,Putat autem quòd congrua pactio esset
de quinque vel sex.
f Hæreditate.¶Vel feudo.Rof.
g Si qui.¶Et notatur eadem vel similis q.ff.de pact.l.sumpt9. & in
l.condit.videtur tenere ꝙ valeat,ex quo ñ sub nomine quote in
alia l.Digestorum tenet contrarum cum Azo.quod Rof.& Pet.
videtur verius: quia ita moueretur ad calumniam pro relictis, si-
cut pro quota.& ipse Accur.idem tenet.ff.manda.si remuneran-
di.ad fin.& in l.seq.quæ incipit,salarium.Contrarietas autem Ac
cur.sic excusari potest:prima gloss.C. loquitur in pacto rei hære
ditariæ,cùm petitur hæreditas,in quo iudicio vniuersali non ve
nit expressio rerum in libello,processit,vel sententia: cuius con-
trarium est in generali,& in singulari iudicio de his.ext.de libelli
ob.c.2.in gloss.2.Videbatur ergo de re posse pacisci, de qua non
cognoscitur ante sententiam. Item lex dicit , quòd non propriè
in vna re pars hæreditatis intelligit.ff.si quis omis.causa tes.l.quā
uis.Et videtur hoc probabile dictum,si rationabilis timor.s.calli-
ditatis & calumniæ non obstaret.
h Dicemus.¶De qua dic dixi s.§.proxi. versi.sed nunquid.in fine.
i De hoc.¶Et in l.salarium.ff.man. Vide distinctionem, quam po-
nit Cyn.in l.vna.C.de suffr.in j.q.
k Postul.¶c.j.Et ibi scripsi post eum,& Host.in gl.notandum.
l Faciunt.¶Dicit Rof.se vidisse multos tales.
m Si cui.¶ Vbi patet nomine palmarij posse aliud plus stipulari. &
idem Rof.& patet s.vers.illud.
n Centum.¶Hanc quæstionem plenius vide super regula,contra
ctus.de reg.iur.lib.vj.& ē ibi q.Adde tu præsertim,quo ad assesso
rem.quòd licet partes ad ꝯpositione deuenerint,tamen ei debe-
tur salarium,vt per gl,& scribentes,& precipuè Phil.in c.statutū.
§.assessorem.ext.de rescrip.lib.sexto. & sic inferri potest , quo ad
aduocatum,ratione similitudinis,vt facit hic auctor.
o Et dominus meus.¶in Summa de postul.in fin.

eius eo mortuo.C.de aduocat.diuer.iudic. post duos. & est quæ-
stio dominicalis lxxij. Vber.& alii dicunt hoc verum esse de iure,
de æquitate tamen habebit pro rata. arg.ff.de le.ii.qui solidum.§.
j.Si tamen aduocatus duxerit ad bonam compositionem, nō per
det quicquam.Cōsuluit ergo,vt de promissione fiat scriptura,ne
in dubium vergat. extra,de fide instr.si cautio.xx.q.j.vidua.Videt̄
tamen contra ad dictum H.& Bar.quia si agit ex ea clausula,quia
obtinuisti:dicetur ei,non potes agere:quia eo quòd non obtinui
sti,videris succubuisse.argum.ff.de inoffi.testament.contra vete-
rani.§.meminisse.Si verò agit ex illa clausula,quòd succubuit, di-
a cetur ei:Hoc non apparet:& sic non videtur quòd possit petere[a].
Vnde distingue ad concordandas opiniones, an clientulus tran-
sfegerit fraudem eius: vt tunc totum salarium habeat, quasi per
eum non stet:an bona fide, vt quia lis erat dubia,& tunc pro rata
seruitii sua facundia cōsiderata: nisi aliud factum fuerit inter eos.
9 †¶Quid si aduocatus aliquo casu impeditus,non potest aduoca
re, non tamen stat per eum? Respond. Non videtur quòd sibi sit
imputandum,quominus habeat suum salarium. argument. ff. de
var.& extraordina.cognit. l.prima.§. diuus. xlvij. distin. quod ad
nos.& de pœnit.distinct.j.dixi.vbi de hoc.aliàs incipit,magna. 17.
quæst.j.c.qui bona.§.si ergo.extrà,de eo, qui mit.in poss.causa rei
ser.capit.j.ff.loca.ex conducto.§. item si.& l.qui operas.§.aduoca
ti.& argu.ff.de conditio.& demonst.quamuis.ff.ad l.Rho.de iact,
qui leuandæ. §.si vehendo. Et sunt hæc in argumentum, quòd si
aduocatus vel magister sit infirmus,nihilominus habeat salarium.
& argumen.ad hoc ff.de statulib.cùm hæres.§.si Stichus.ij. extra,
de cleric.egro.ex parte. Argumen.contra.C.de iudi.properandū.
§.illo proculdubio.De hoc infrà,eod.§.versic.in summa.& infrà
10 §.proxim.versicul.quid in rectore.†¶Et nota generaliter secun
b dum Ioan.de Deo[b],quòd aduocato debetur pro seruitio præmi
um & honor.xij.quæst.ij. ecclesiasticis. Vnde si aliqua sint ei pro-
missa,tenetur promissor:vt ibi.& ea.q.quicunque suffragio. & q.
v.quia Ioannes.etiam si non defendat:dummodo non per aduo
catum:sed per clientulum stet, quò minus patrocinetur, vt dixi.
11 †¶Sed nunquid aduocatus in causa appellationis tenetur pro
c eodem salario patrocinari[c]?Videtur quòd sic.Non enim videtur
condemnatus,qui appellauit.ff.de pœn.l.ij.§.si.ff.ad sena.consul.
Turpilian.l.j.in fin. Nec dicitur esse actum, dum aliquid superest
ad agendum.C.de his quibus vt indig.l.pen.in fi.Nec perfectum,
12 nisi perfectionis ordine sit perfectum:vt vij.q.j.c. nihil. †Præte-
rea causa appellationis eadem est cum principali:vt ij.q.vj. si quis
in quacunque.C.de procur. ita demum. At ipsi debent vsque ad
terminum causam finire:vt in præ.§.illo proculdubio.& argumē
tum ad hoc C.de app.si actor.& ff.de euict. Herennius. C. de reb.
cred.l.antepen.Contrà: nam causa appellationis alia est à princi-
pali.vj.q.iiij.Osius.circa prin.& ij.q.vj.si episcopus.ibi:renouetur,
&c.Præterea procurator ad causam principalem datus,non cogi
tur prosequi appellationem.C.de procur.inuitus.extra.eod.non
iniustè. in fine. ergo nec aduocatus. Nam & aduocatus procura-
tor dicitur:vt s̄.§.prox.ad fin.ne in infinitum teneatur. ff. de dam.
infect.qui bona.§.si.& l.sequenti.& l.si finita.in prin. extra. de re-
script. cùm in multis. Et ad hoc facit ff. de procur. qui proprio.§.
item quæritur.ff.manda.si procuratorem.§.si ignor.Sol. Dic secū
d dum Pile.[d] & Bar.& Azo.& Accursium,& alios,quòd non tene-
tur.Et licet dicatur eadem causa,id est,idem negotium:tamen ali
ud est iudicium,cùm alii sint iudices: & sic non obstat. C. ne lice.
in vna eademque causa.l. vnica. Et hoc potest verum esse, cùm à
13 diffinitiua appellatur.†¶Sed quid si ante sententiam appellatur
vel in integrum restitutio petitur, nūquid debet in causa illa pro
eodem salario patrocinari?Hic potest allegari pro & contrà,vt in
præcedē: i quæstione.Sed dic,quòd tenetur.ff.de procur.qui pro
prio.§.ij.Quod verum puto,si causa tractetur eo loco,vel saltem
prope,vbi fuit principalis questio agitata,vt infrà.ver.quid si cau
e sa[e].†¶Sed quando soluetur salarium aduocatis?Et videtur,quòd
14 causa finita,& patrocinio præstito,vel si per eum nō steterit.C.de
f suffrag.l.vnica.in principio.ibi:quę optauerit,consequetur[f].& ff.
de verborum obligatio.l.qui qui hoc anno. Et hoc videtur papa
sentire,vt not.extrà,de loca.propter.imò videtur quòd ante sen-
tentiam.C.de iudi.properandum.§.illo proculdubio.versi.in ho-
g norariis.Et hoc tenent Ioannes de Deo,& Azo.Accursius dicit[g],
quòd in principio statim cùm patrocinabitur,vt in prædicto ver-
sic.in honorarii.C.de condictio.ob causam.l.fi.& ff. loc. qui ope-
ras.§.i.& hoc etiā tenet Odof.& arg.ff.de var.&extraordina.cog.
l.j.§.proinde.ibi:qui in ingressu,&c.& §.in honorariis.ibi:si fidem
suspectam exhibere paratus est,&c.&arg.C.quando di.le.ce.l.j.&
ff.de an.leg.in singulos.&ar.ff.communia præ.venditor.§.si con-
h stat[h].& hoc in aduocato priuati.Nam aduocatus fisci, non nisi in
medio litis consequatur:vt C.de aduoc.diuerso.iud.l.per hanc.§.
centum. Ego dico in hoc fori consuetudinem spectandam, si i i
sit:vt in præ.§.in honorariis.& de pœ.dist.j.nemo.vel in foro:vel
si nulla est,statuat aduocatus diem qua, vel intra quam soluatur:
puta statim in initio medietatem:in fi. aliam medietatem, prout
in Romana curia fieri consueuit: quod si non fecerit, statim for-
tè debetur:vt s̄.Instit.de verb. obli.§. omnis stipulatio. ver. pure.
Nec obstat præ.§.proinde.& §.in honorariis. quia loquuntur de
salarii conuentione, non de solutione: tamen clientulus cautè
aget,si petat sibi caueri de præstando fideliter vsque in finem cau
sæ patrocinio,vbi in initio de toto salario satisfecit.arg.ff. locati.
15 insulam.§.fi.& de condi.& demonstr.quib.dieb.§. finali. †¶Sed
pone. quòd nomine palmarii, id est, victoriæ, aduocatus pactus
est aliquid sibi dari:vt s̄.vers.illud.& vers.quid ergo.& cùm plura
sint causæ capitula, in aliquib. succumbit, & in aliquibus vincit:
quæro an totum habebit?Dic,quòd sic.argument.ff.de var.& ex
traord.cog.l.j.§.illicita.& ff.de ann.le.filiæ meæ. Et est aliàs simi-
le: quia qui aurem tetigit, totum hominem tetigisse videtur. de
pœ.distinct.j.cap.vulgatis. Et si quis partem fundi alieni aqua in-
fluxerit,totum vsurpare videtur.ff.quemadmo.ser.amit.si locus.
i §.fi.& l.si in partem.Verum est enim eum vicisse[i],ad instar disiun
ctarum:vbi si quid est verum,totum videtur verum.argumen. ff.
de rebus dub.si is qui ducenta. §.vtrum.& argu.ff.de leg. iij. cùm
k filium.§.hæresi.Alii dicunt[k],pro rata deberi.arg.C.de transactio.
si ex falsis.& l.etiā.§.ex causa.Tertii,quòd nihil.argu.ff.verb.obli.
l in executionibus.§.pe.C.de distra.pigno.quandiu[l].Quarti dicūt,
quòd si capitulum,in quo vicit,maius est cæteris,& præualet,to-
tum consequitur:aliàs nihil habebit:vt ff.de cōtrahenda emptio.
m domum. & l.in modicis.ff.de in integrum restitu scio[m].Sed pri-
us dictum verius est,licet sit ar.contrà: quia nil videtur esse actū,
&c.vt s̄. versicu. sed nunquid aduocatus. & facit ad hoc infrà, de
16 expensis.§.nūc videdū,ver.fi. †¶Quid si causa de vno auditorio
trāsfert̄ ad aliud? Videt̄ ꝙ aduocatus nō tenet̄ seq cām, vel in ea
pro eod

ADDITIONES.

a Petere.¶Proposito congruit quod pulchrè ponit Aulus Gellius lib.v.Noctium Atticarum.&vide in Spe.Histori.lib.iiij.c.lv.dicēs quòd Euathlus discipulus Protagoræ ad discēdam eloquentiam in causis orandis conuenit sibi dare centum ea die, qua causam apud iudices orasset,& vicisset: qui cùm abundè perfecisset causas,non recipiebat. Magister coram iudicibus centum ab illo petens lite contestata,sic ait ad illum:si contra te pronunciatur,solues centum ex sententia,qua vici:si pro te,mihi centum ex pacto debentur,quia vicisti.quod discipulus retorquebat in illū dicens: Si pro me iudicatur, propter sententiam nil debeo, quia vici. Si contra me,nil ex pacto debeo,quia non vici.Iudices vidētes hoc inexplicabile, causam ad diem longissimum distulerunt. De iure tamen videtur contra discipulum iudicandum.de reg.iur.cōstat. lib.vi.ff.eo.titu.in iure ciuili.& l.in omnibus causis.

b Secundū Ioan.de Deo.¶Qui hoc dicit in ordine iud.lib.iiij.post principium.

c Patrocinari.¶Hanc quęstionem prosequor super prædicta regula,contractus.& est q.ij.

d Secundum Pile.¶q.sua xxvi.& Bar.Brix. q. Venereali lv. Azo in Summa de suffra.§.pe.Accur.eo.tit.l.vna.in vlt.glo. & contrariū quod no.C.vt causæ post pubert.adsit tu.l.j.dicit arguendo.

e Quid si causa.Et vide quod de procura.scripsi post Innoc.& Hosti.de procur. l.non iniustè.in vlt.gl.

f Consequetur.¶Vide quod super illo verbo not.Accur.pro quo facit quod no.qui ma.ac.pos. insuper. in j. glo. & dicebat Roffre. quòd ex alio intellectu sequeretur, quòd victus non solueret salarium:cùm non consequatur quod optat: tunc ergo consequit̄ optatum,scilicet patrocinium aduocati: cùm ille ꝓmittit sibi patrocinari.

g Accurs.dicit.¶In prædicta l.vnica.C.de suffragio.in iij.gl.Azo in Summa ipsius tit.§.antepen.Additio.Adde tu,quòd cum Spe.tenet Alex.in l.diem functo.ver.& licet nonnulli.in ij.col.ff.de off. assesso.vbi dicit,quòd verior videtur opinio,quòd salarium debeat solui aduocato ab initio.Contrarium tamen tenent Innoc.Ioan.And.Ant.de Bu.& alii communiter in c.propter sterilitatem. de locato.Hen.Ferran.

h Si constat.¶Vbi dicitur prius soluendum salarium,quàm lapidicinæ cædantur.& ibi hoc arguit gl.& Roff.per illam l. hoc tenet. vbi allegatur finis huius §.

i Eum vicisse.¶Hac ratione tenuit hîc Azo & Accur.ambo sub dubio fortè in Summa,& in præ.l. vna.C.de suffra.

k Alii dicunt.¶Gul.de Suz.ibi per easdem leges idem de æquitate dicunt ibi Iac.de Ra.Pet.alleg.l.ꝗ de tota. ff.de rei ven.& de leg.ij. qui solidum.§.i.

l Quandiu.¶Inducunt isti,quòd indefinita æquipollet vniuersali. materia not.extra. de elect.vt circa.lib.vj.

m Scio.¶Facit ff.de pac.l.maiorem.& de rest.spol.frequens. lib. vj.

pro eodem salario patrocinari.ar.ff.de procur.sed & hæ person ç.
a §.non solùm [a].ff.de arbit.si cùm dies.§.si arbiter.C.de aduo.diuer-
sorum iud.sancimus.ibi:in eo duntaxat loco,& c. argu. contra. ff.
de ope.li.quod nisi. Videtur enim conuenisse ibi præstare patro-
cinium,vbi de salario conuenit,&non alibi:nisi specialiter actum
sit.argum.ff.de arbitris.quid tamen.§. penult.& ff.de actio.& obl.
contraxisse.ff.de bo.autho.iud.poss.l.iij.ff.de iu.hæres.§.j.Nec ob-
star.ff.de annu.leg.l.j.quia illud speciale est fauore vltimæ volun-
tatis.Vel distingue,an modicum distet aliud auditorium.ff.de an-
b nuis leg.Mæuia.§.fin. in fine [b]. Et hæc quæstio etiam potest locũ
habere,cùm in vno loco ab interlocutoria appellatur,& alibi da-
tur iudex in causa appellationis.vt s.vers.sed quid si ante.& etiam
cùm appellatur à diffinitiua,secundum illos qui dicunt,quòd cau
sa appellationis est eadem cum principali,&quòd aduocatus pro
eodem salario tenetur in vtraque patrocinari:vt s.versi.sed nun-
quid aduocatus.Potest etiam tertiò locùm habere in Lombardia
vbi quandoque malitiosè partes, omnes sapientes ciuitatis dant
suspectos: sicque oportet extra ciuitatem pro consiliariis recur-
sum haberi,coram quibus debent aduocati proponere & allega-
re,& ipsos informare.vt j.de consil.requisit.ver. tu igitur. & seq.
c & versic.quid est [c].Quidam tamen hìc aliter distinguunt,scilicet,
an salarium erat magnum: vt tunc aduocat[us] cogatur pro eodem
salariũ ciuitatem exire:quia ea,quæ sunt moris & consuetudinis,
d &c.[d] ff.de redhibito.actio.quòd si nolit.§.quia assidua. An modi-
e cum,& tunc non.nam sufficit,si cui vel in paucis,&c. [e] C.de neg.
17 gest.tutori.in prin.†¶Quid si re[us] fuit absolutus ab inepta actio-
ne:vel quid si reus fuerit contra iura condemnatus: nunquid ad-
uocatus debet præstare patrocinium in actione aptè instituta, si-
ue in defensione rei pro eodem salario?Potest dici,quòd si aduo
catus actoris ineptã proposuit actionem, sibi imputet,qui talem
aduocatum elegit.ff.commo.qui non tam idoneum. & ff. locati.
videamus.& ff.si mens.fal.mo.di.l.j.§.hęc actio. Vel dic,quòd si id
per imprudentiam aduocati contingit: tunc duocatus tenetur ꝓ
eodem salario id facere.argumentum in his,quæ notan.j.de req
si.consi.prope prin.Si verò actor eum deceperit in proponendo
factum : quia aliquid omisit, vel falsum suggessit, tunc de seipso
queratur.Sed & si aduocatus rei succumbens idoneam proposuit
defensionem:tũc non tenetur eum iuuare pro eodem salario.ar.
ff.ind.sol.cũ qrebat.cũ noua res,&alia cã esse incipiat.C.ad exhi.l.
iij.l.di.ferrum.aliàs secus:vt j.ver.quid si aduocatus.Item si aduo-
catus rei tot proposuit exceptiones,quòd repellat agentem,inte
18 grum salarium habebit.C.de iureiur.propter calum.dan.l.j.†¶Il
lud etiam notandum est,quòd si res mobilis detur pro salario, so
la traditio sine scriptura sufficit ad dominii translationem:si verò
f sit immobilis,tunc est scriptura necessaria:vt C.de suffra.l. vnica[f].
Sed pone,quòd aduocatus ipsam rem immobilem sine vitio na-
ctus est,nec dicta solennitas interuenit:nunquid se poterit excep
tione tueri?Videtur quòd sic:cùm enim habeat actionem,multò
fortius habebit exceptionem.ff.de superfic.l.j.§. quod ait. Itẽ do-
lo facit, qui petit qđ restituturus est.ff.excep.doli.l.doli.argumẽ-
tum contra:quia dominium non discessit ab ipso clientulo: vt C.
de sacrosan.eccles.iubemus.& facit ff. si certum pet. eius qui. §. j.
19 primum verius secundum Alber.Papien.¶†Hoc quoque notã
dum est, quòd si coram Metropolitano causa appellationis verti
tur, non potest ipse partes cogere coram se respondere super sa-
lariis procuratorum & aduocatorum:vt extrà,de foro compete.
Romana.§.nec etiam.lib.vj.Ad ordinarii tamen spectat officium,
vt salaria faciat exhiberi patronis causarũ , ne hoc prætextu lites
valeant prorogari:vt C.de iudiciis.properãdum.§.pen.vers.in ho
20 norariis.†¶Quid si clericus præstet patrocinium personis con-
cessis?quod dic,vt suprà,in titulo de aduocatis.§.j.nũquid potest
salarium exigere?Videtur,quò I non:imò si egerit,est sicut vsura
g rius deponendus.xv.q.ii.c.vnico.Sed dic [g].quòd illud abiit in de-
suetudinem:nec est moribus vtentium approbatum:vt iiii.dist.c.
in istis.§.leges. Nemo enim cogitur de suo facere beneficium. x.
q.ii. precarie. nec suis stipendiis militare. extra. de præscrip. cùm
ex officii.&dignum est vt recipiat emolumentum, qui prẽstat ob
sequium.xii.q.ii.charitatem. vel loquitur de regularibus: vt pro-
batur eadem q.c.si xvi. q.i. monachi. Et nota, quòd si aduocatus
videat suum clientulum iure debere contendere,vt dixi s. in titu
lo,de aduocat.§.nunc tractemus.tunc, vt pinguius extorqueat sa
larium,dicat ei:Amice,ius est pro te,solicita tamen eges defensio
ne.Sæpe enim quis moreretur,nisi medicaretur: vt de pœn. dist.
vii.c.fina. non tamen eum inhumanius euacuet , vt plerique im-
piè faciunt:sed cum eo de salario conueniat congruenti.iij.q. vij.
c. infames.§.tria.Si verò causam iniquam nouerit,eam deserat.s.
h de aduoca.§.fin.versic.item etiam caueat.& salarium restituat,se-
i cundum Goff. [h]Sed dominus meus dicit, quòd illud [i] habebit ꝓ
k labore,quod fortè bona fide suscepit.De hoc dicam extr.de po-
21 stulando.in constitutione Grego.X. properãdum[k].¶ In summa
nota,quòd mortuo aduocato non potest ab hęredibus eius sala-
rium habitum repeti:quia per eum non stetit quo minus causam
ageret:vt ff. de var.& extraordi.cogn.l.j.§.diuus. & C. de aduoca.
diuersorum iudicũ post duos.§.j.ff.de legatis primo. l. legatus an
tequam.§.finali.Super quo distingue.Nam aut stetit per eum vin
centem:& tunc non petit salarium,imò solutũ reddent hæredes.
l C.de condi.ob causam.l.fi.[l] Aut mortuus est:& tunc obtinent pri
ma iura,etiamsi nihil fecerit.Idem est,si sit infirmus,vel aliàs legi-
timè impeditus:ita quòd per eum nõ stetit,vt s.ver.quid si aduo-
catus.Quidam tamen distinguunt in actore,an fuerit in mora cõ-
testandi litem,vel procedẽdi:& tunc obtinet præ.§.diuus. & simi
lia:aliàs autem de æquitate reddent hæredes.In reo autem dicunt
indistinctè sibi reddi: nisi nihil factum erat:& hoc de æquitate.Et
pro eis facit ff.de condi.ob cau. si pecuniam. Si tamen per casum
fortuitum ex persona clientuli stetit, quo minus causam ageret,
non tenetur reddere: puta si res petita interierit:ita quòd reus nõ
m tenetur,vt ff.de rei vend.vtique.§.non enim [m]. †¶Quid si aduo-
22 catus causam deserat, vt desperatam?Respondeo , aut deserit ex
causa,quam prius poterat preuidere:&tunc sibi imputetur,quòd
imperitè vidit. Aut ex aliqua noua & repentina causa : puta quia
clientulus contra se aliquid confessus est,& tunc nihilominus sa
larium habebit:vt ff.de vaca. mu.l.pen. Sed quo iure coerceretur
clientulus ad solutionem salarii. &c. Quæ hic circa hanc materi-
am de sunt,vide in libr.Rofr.in ti.constitutio de suffragio. & in ti.
de offic.iud.quo petitur salarium.

ADDITIONES.

a Non solùm.¶Vbi de hoc.
b In fine.¶Supple,& tunc tenetur.An verò multùm distet:&tũc
si casus talis est,quòd hoc euenire possit,debuit cogitare,& tene
tur,& sibi imputet.ff.de euictio.l.si fundum. Aut id scire, vel cogi
tare non debuit : & tunc locus erit distinctioni , quæ sequitur de
quantitate salarii secundũ Iac.&Pe.vt ponit Cy.in præ.l.vnic.ĩ fi.
c Si est.¶Omni tamen casu,quo aduocatus pergit propter causam
expensas habebit:sicut de teste dicitur,& de delegato.C.de test.l.
quoniam.de rescrip.statutum.§.insuper.&§.pen.li.vi.C.de appel.
eos.§.si quis autem. cùm nullus cogatur suis stipẽdiis militare.de
præscrip.cùm ex officii.& aduocati militant.C.de aduo.diuer. iu.
l.aduocati.
d Consuetudinis,&c.¶In bonæ fidei iudiciis debent venire.
e Paucis,&c.¶Amici labore consulitur.
f l.vnica.¶Et est casus specialis contra l.traditionibus.C.de pact.in
ductus,ne aduocati decipiant clientulos.C.de postul. l. quisquis.
&iste cum aliis not.in decr.j.de censi.lib.vj.an verò sufficiat vnica
scriptura,an requirantur duæ,ibi no. sed plenius per Rof. in titu.
hìc alle.in fin.ver.iiij.quod ibi tractat,an sufficiat alteram esse pu
blicam.
g Sed dic,¶Secundum Ioan.qui hoc quod sequitur, ibi not.in sol.
quæstionis.
h Secundum G ¶In summa,de postul.§.caueant autem.
i Quòd illud. ¶Host,dixit,quòd aliquid in summa de postul.§.quid
pertinet,versi. item ad officium.
k Properandum,De qua dic,vt s.§.ij.ver.sed nunquid in decre.præ
al.recitatis prædictis opinionibus & allegat pro & contrà.Ipse te
net, quòd pro rata temporis,quo bona fide seruiuit,habebit sala-
rium,pro alio verò tempore non : vt dicit in possessore. ff. de rei
ven.l.fructus,& l.in fundo. C.eo.tit.l.certum.Facit xij.q.ij.charita
tem.ibi pro tempore,quo suum prẽstiterunt obsequium.Et hoc
forsan voluit Host.vt s.proximè dixi.
l l.fi.¶Dicit Guil. An. ti. de sala. aduo. & pro rata peti , vel retineri
posset.ff.de condi,ob cau.l.si pecuniam.j.alleg.
m Non enim. ¶Per hanc l.& ff.de admi.re.ad ciui. perti. l. ij. §. si eo
tempore.& C.de pi.acti.l.quæ fortuitis,dixit Guil.An.vbi s.idem
in omni casu fortuito,non ex persona clientuli. Adde tu vlterius,
quid si quis fuerit remotus ab officio aduocandi propter culpam
suam, an debeat habere salarium? Dicas , quòd non: quia vbi ali-
quis remouetur ab officio ex culpa sua, non debet habere salari-
um.Bal.in l.Nesennius per illum text.ff.de excu.tuto.

SVMMARIVM.

¶De Salariis medicorum,& aliorum.

1 *Medicus de certa mercede cũ infirmo conueniens præstanda post liberationem, si liberatur,demùm reincidat, an ille medicus teneatur ægrotum pro eodem salario curare.*
2 *Medicus neminem debet gratis curare,nec de suo cogendus est beneficiũ facere*
3 *Pignori incumbere quandoque tutius est,quàm in personam agere.*
4 *Infirmus præsumitur furiosus,qui prohibet medicinam sibi dari.*
5 *Medicus curans monachum alibi studentem cum pacto salarij, si demùm moritur monachus,à quo debeat illud repetere.*
6 *Medicus tenetur gratis curare.*

7 *Rectore ciuitatis mortuo:an habita salaria restituentur.*
8 *Doctor promittens scholaribus legere si postea ex aliqua causa recedit,an possit per substitutum æquè bonum legere.*

4.§.Postremo loco, aliqua de salariis medicorum & aliorum dicenda sunt. Licet enim medici non sint maioris authoritatis,quàm sint obstetrices,vt C. commu.de leg.l.fin.circa prin.tamen vtile est,vt de eis aliqua disseramus. Nam plerunque in ordine propositionis præferuntur
1 patronis causarum,vt 14.q.v.non sanè. †¶Pone ergo,quòd medicus cum infirmo de certa mercede conuenit præstanda post liberationem,liberatus est,demùm reincidat:quæritur an in recidiuo tenetur ægrotum pro eodem salario curare? Et videtur quòd sic:nam non videtur ægritudo recessisse,quę incontinenti rediit. de pœn.distinct.j.diuortium.& ff. de diuor. diuortium. & medici est centies infirmum curare & sanare.de pœn.distin.iij.adhuc instant.Nec enim plenè liberatur,qui totaliter non liberatur,vt ea. distin.sunt plures.ff.de interro.ac.de ætate.§.nihil. extra. de bapt. maiores.§.sed adhuc quæritur. ibi, qui totum hominem sanauit. & argumentum in his quæ no.s̃.proxi.ver. sed nunquid aduocatus.Languor enim prolixior grauat medicum:breuem verò languorem præcidit medicus,vt in Ecclesiastico c.x. Et hoc etiam in contrarium facit,& secundum Aug. sæpe enim est qui moreret, nisi medicaretur:non tamen statim sanatur.languet victurus qui prius erat moriturus,vt de pœn.distin.vij.ca.fi.ad fi.argumentum contrà: quia obligatio semel extincta non reuiuiscit. ff. de solu. qui res. §. aream. non enim semel adepta sanitas perditur, nisi ex proprio facto,vt de conse.distin.iiii.quæris.ver.non autem.ibi,& ideo semel, &c. & ideo factum eius non debet medico nocere. Nam peccata suos debent tenere auctores. extra. de his quæ fi.à ma.par.ca.quæsiuit.C.de pœn.sancimus,& arg.ff.de dam. infect.
a l.damni infecti.§.si is qui ædes.cum suis concor.Sol. Pet. [a] distinguit,an incontinenti redierit ægritudo,& tunc teneatur:an ex interuallo,& tunc non teneatur, vt in præ. l. diuortium. & optimè probatur extra. de cleri. percuss. c. ij. & de homici. presbyterum. Vel dic, quòd si culpa ægroti recidiuauit, non tenetur: quia talis euentus non debet ei imputari,vt j̃.dicam:alioquin sic. ff. de reg.
b iur.quod quis ex culpa.Dominicalis quæstio est[b]. †¶Quid si in-
2 firmus diues est,&nihil vult medico dare? Non vr̃,quòd eum debeat gratis curare:nam licitè potest mercedem recipere. 14. q. v. non sanè.nec de suo cogitur beneficium facere. x, q. ij. precariè. nec suis stipendiis militare.extra.de præscript.cum ex officii. Sed dic,quòd tenetur eum suis sumptibus curare.arg.lxxxvj. distinct. pasce fame.& si conualuerit,repeter expensas,vt in præ.c.non sanè.quia vtiliter eius negotium gessit.ff.de neg.gest.Pomponius. extra.de procur.quia in causis.& etiamsi moriatur.Nam euentus mortalitatis ei non debet imputari : quia non est in medico semper reueletur vt æger,vt ff.de of.præsi.illicitas.§.si cui.lxxxviij.di. quoniam non cognoui in fin.palea est.extra. de ætate & qualitate.ad aures. Nec enim potest medicus suscitare mortuum, vt in Psalmo lxxxvij.nec semper sequitur laborem effectus.extra.de re
3 nun. nisi cum.§. quippe. †¶Sed quandoque in talibus tutius est pignori incumbere,quàm in personā agere,vt Inst.de oblig.quæ ex deli.nascun.§. furti autem. Ideo dum dolet infirmus, medicus
c sit pignore firmus[c].argum.C.de iud.properandum.§.pe. †¶Sed
4 quid si infirmus prohibet, ne sibi aliqua medicina detur? Dico, quòd talis præsumitur furiosus.ff.de condi.institu.quidam.extra. de success. ab intest. c. fi. vnde inuitus poterit curari. Nam multa bona prestantur inuitis.xxiij.q.j.paratus.&q.v.non vos.ff.de neg. gest.soluendo.xlv.distin & qui emendat.& expressè v.quæst.v.c.
d j.& ij.De hoc [d] nota.lxxxiij.distinct.c.j.¶Sed nunquid poterit repetere quæ expendit? Dicunt quidam quòd non.C.de neg.gest.l. fin.& ff.mand.qui fidem,& l. si cùm pro te. Nam videtur dedisse.
e Institut. de rerum diuisio. §. cùm in suo solo. Io. contra innuit[e].
5 †¶Quid si monachum Bononiæ studentem ægrum factum aliquis curauit:animo tamen repetendi expensas,quas ipse fuit etiam protestatus: demùm mortuus est monachus : nunquid poterit petere ab abbate,an verò à patre naturali? Et hæc quæstio procedit quando ille de abbatis voluntate tacita vel expressa erat in
f studio:aliàs non esset quæstio [f],arg.ff.de re milit, desertores. §. iii. ff.de neg.gest. siue hæreditaria. Et dato, quòd constet de abbatis voluntate,quòd abbas teneatur,nullo iure cauetur:arg.C.de col. illam.ff.de neg.gest.si pupilli.§.idem.Præterea pater tenetur eum hæredem instituere & alere, vt C. de episc. & cler. Deo. & paria sunt hæc.ff.de lib.agno.si quis à liberis. arg. contrà. quia non potest dici inops filius,cùm habet monasterium locuples, à quo viuere debet,vt ext.de preben.cùm secundum Apostolum,in prin. & in præ.l.si quis contrà. Aduersus abbatem facit: quia monach[9]
e ius seruus dicitur.in auth.de monach.§.j. liiij.distinct.c.fin. vnde ipsum alere tenetur.ff.de neg.gest.seruum.Item abbas est vsufructuarius:quia ei acquiritur ex re sua vel operis,vt xviij.q. j. ca.j. & vsufructuarius tenetur. ff. de vsufruct. hactenus.& l. si quid. §.ij. ff.de verb.sig.verbo victus.Sol. Negari non potest, quin negotium sit vtriusque Sed distingue cuius contemplatione factum sit, vt ille teneatur.arg.ff.de neg gest.si pupilli.§.si ego.ff.manda. qui fidem.Sed si gratia vtriusque teneatur vterque, vt in l.qui fidem.
6 †In dubio ex personis dicta pensemus.arg.C.si quis Impe.ma'e. l.ij.¶Ex premissis autem patet,quòd medicus tenetur gratis pauperem curare. Et probatur extra.de sent.excom.quantæ. & lxxxiij.distin.ca.j. Nam plus debet apud illum vita illius,quàm sua pecunia in bursa valere.xxxvj.dist.non satis.imò videtur quòd ab aliquo non debet aliquid pro conferenda sanitate recipere,vt j.q. j.qui studet.Sed dic,vt ibi not.& ad idem xxiij.distin.his igitur.Ibi, pro beneficiis medicinæ Dei munera non accipiant : sed illud de
g medicinis animę,id est,sacramentis,intelligitur[g].†Quid in rectore
7 ciuitatis,vel assessore,vel doctore vel magistro mortuis,an restituentur salaria habita? Respondeo non:imò habēda eius hæredes repetent,ex quo per eos non stat,vt in concord.quę sunt s̃. §.pro xi.versi.quid si aduocatus. & prope finem.versic. in summa. & ff. loca.qui operas.& ff.de conditio.ob cau.si pecuniam.ibi,& cum per te,&c.ff.de sta.lib.cùm hęres.§.Stichus.Nec potest dici,quòd
8 alios pro se substituat,vt j̃.versic.proxim.† ¶Quid si doctor promisit scholaribus aliquem librum,vel vno,seu duabus annis legere,& post recedit ex aliqua causa: nunquid poterit per suum sub-
h stitutum æquè bonum legere? Hæc quæstio est dominicalis [h].&
i videtur quòd sic.C.de epi.&cle.l.quisquis.& l.ad similitudinem[i]. Dic contrà,quia personæ industria est electa.ff.de solu.inter artifices.C.de cadu.tol.l.vnica.§.ne autem.vers.sin autem.ff. de lega. iii.fideicommissa.in fin.extra.de off. deleg.c.fi.secundum Baga.& Odofr.Et eadem quæstio est,& solutio de potestate,qui vult per alium regere:&de scriptore qui vult per alium scribere,Sed Pileus distinxit,quòd ex iusta causa potest recedere,& substituere:aliàs non.ff.ad legem Iul.repet.l.fi.ff.si quis cautio. quoties. Sed hæ leges in necessariis obligationib.loquuntur: ideoque non est mirum,si ex causa iusta alium sibi substituant: secus autem in voluntariis, ad quas nemo ex necessitate, sed sola voluntate inducitur. C.de action. & obligationib. sicut. Et ideo sola impossibilitas non

ADDITIONES.

a Sol.Pet.¶Pile.in suæ q.xij.
b Quæstio est. ¶lxxxiij. quam vide super præd.regula,contractus. sub q.ij.
c Firmus. Habuit à Io. de Deo. lib. j. Cauil. vbi de salario aduocati. Vbert. in prima causa ponebat,dum dolet accipere. & Rof. dicit, quòd est aphorismus medicorum, quod non credo textualiter, realiter bene. Plinius Iunior in prin.sui libri sic loquitur contra medicos:Frequenter mihi in peregrinationib.accidit,vt aut propter meam , aut meorum infirmitatem varias medicorū fraudes experirer, quibusdam vilissima remedia ingentibus preciis vendentibus:aliis quæ curare nesciebāt,cupiditatis causa suscipientibus : quosdam verò comperi hoc genere grassari , vt languores, qui paucissimis diebus , vel etiam horis , possent repelli , in longum tempus extraherent, & ægros suos diu haberent in reditu, sæuioresque ipsis morbis existerent.
d De hoc.¶Supple,& de eo quod dicitur suprà,in proxim. versic, & sequent.
e Contra innuit. ¶Vbi s̃. Melendus dabat vtilem actionem negotiorum gestorum,cùm illa detur etiam illi,qui animo deprædandi negotia mea gessit in eo, quòd factus sum locupletior. ff. de neg.gest.l.si pupilli.§.sed & si quis.
f Esset quæstio.¶Tu dic,quòd non sufficit tacita:ne cle. vel mo. c. ij.lib.vj.
g Intelligitur.¶Vt ibi nota.
h Dominicalis.¶lxx.& vide quod scripsi super regula qui facit. de re.iur.lib.vj.Adde tu plenè de hoc per Abb.Sic.in c.j.extr.de sum. trin.& fi.cath.in iij.co.ver.nota.Item eundem in c. cum M. Ferra. in ij. col. in ver. no. ibi consueuit. iuncta glo. Item eundem in c. cùm dilecta.in iiii.col.de rescrip.& ibi per apost.Item eundem in c.j.de precar. in iij.not.& ibi refert Bar. in l.nemo. ff. de duob. re. Item adde Fran.Aret.in d.c.cùm M.in notabilib.vbi quàm plurima ad propositum.
i Similitudinem.¶Super qua Guil.de Suz.tenuit eum ex iusta causa substituere posse ęquè bonum,alias non.ff.de consti.pe.qui autem.§.pen.

non difficultas hanc obligationem immutat.ff.de verb.obl.continuus.§.cùm ita.& vide ĩ.de causa possess.& proprie.§.notandum igitur.versi.quid si promisit.& ĩ de statu mon.versic.xxix.¶Item quid de quolibet alio operas suas locante? De hoc dic, vt ff.loca.si vno.§.item cùm quidam.¶Qualiter autem libelli super salariis
a concipiantur,dicetur ĩ.in tit.de magistris[a].

ADDITIO.

a Magistris. ¶Ibi ponit libellos, quos Rofr. posuerat, vbi s. in fin. proxi.§.

ADDITIONES NOVAE.

§ Si statuto cauetur quod iudex debet habere decem ab vtraque parte quòd possit accipere decem à qualibet parte. in auth.de iudic.§.ne autem.& l.si duas.§.est autem.de excu.tut.in gloss.quæ incipit.grammaticum & physicum.

§ Pone quòd officialis vel doctor fuit cōductus à communi pro certo salario sine deductione alicuius gabellæ, & statutum erat in ciuitate quòd massarius nullam solueret pecuniam sine detractione decem denariorum pro libra, an hinc detrahentur.Bar.in l.qui dotem. de dote præleg. dicit quòd debent detrahi, & quòd officialis habet regressum contra commune ad id quod detrahit. fac.l.x.ff.de fideicom.liber.

§ In l.diem functo. de officio assess.ff.an iudices possint accipere salarium à priuatis,& dicitur quòd non,vbi habent salarium à publico.vt in authen.vt diff.iudi.§.fin. secus si non habent de publico,vt in auth.scriptum exemplar. ¶Sed nunquid posset recipere à partibus delegati.videtur quòd sic in auth. de iudi.§.ne autem.

§ Quid si ordinario delegat quæstio,an debet inspici vt causa delegata,vt sic possit recipere salarium,& videtur quòd nō,quia potior est ordinaria potestas.l. apertissimi. de iudici. ergo quod est potius debet inspici.arg.l.quæritur,hermaphrodi.de sta.hom.Itē quia accidētaliter euenit delegatio,ergo potius debet inspici ordinaria,arg.l.j.de offi.vic.econtra videtur quòd magis attendatur accidentale quam originale. ar.l.j.§.bestie.de postu. & ar.l. si pater.§.qui duos.ff.de reb.dub.pro prima parte.fac.in auth.de man.prin.§.illud. cum hac modificatione si plus nō expendit occasione dictæ causæ quam esset expensurus. arg.l. ex parte.ff.fam.ercsc. Albric.

§ An si aduocatus moriatur ante finem causæ debeat habere salarium ꝓ tota causa,no.in l.qui stipēdia.de re mili.lib.x. ꝑ doctores.

§ In l.neque petitionis.de operis liber facit in arg.quòd si statuto caueatur quod aduocatus pauperū debeat esse contentus salario suo à cōmuni statuto,& quod non possit aliquid à pauperib⁹ petere:modò aliqua persona dat sibi aliquid ex voluntate, certe non videtur aliquid recipere vltra statutum:per legem istam,quæ dicit patronos non posse recipere mercedem pro operis ab inuitis libertis, sed à volentibus bene potest. & fac. pro officialibus qui aliquid recipere non debent. tamen à volentibus sponte dare possunt. Rich.malum.In contrarium l.omnis.& auth.sed hodie.C.de epis. & cle.

§ Nota quòd medicus debet recipere salarium pro dieb. itineris. bar.in l.si suo victu. de oper.liber.non tamen si quis de sero discedit totum tempus vel diē computat. l.ij.de an.leg.bal.in l.liberti. de operi.liberto.

§ Quid si officialis infirmatur, & loco illius ali⁹ subrogatur, quis ipsorum debet habere salarium , dixi in l. si quos. de offi. præfec. prætor.orien. quòd si infirmus liberatur ipse debet habere salarium.& redire ad officium.fac.l.ii.de decuri. Albric. in dicta l. diem functo.

§ Quid si in vno officio consueuit esse vnus tantum, deputantur plures, an quilibet habebit idem salarium quod habebat ille sol⁹ nota.in l.restitutionem.de aduoca.diuerso.iudi.

§ Nota quòd si dominus vel commune conduxit aliquos stipendiarios & facta est certa præstantia ex qua emerēt arma & equos pro se & cum parati essent ad equitandum fuit eis dictum quòd non erat necesse quòd equitarent,vnde dominus vel commune vult repetere ab eis prestātiam factam,an possit:terminatum fuit quòd nō.per l.si pecuniam.de condict. caus. da.Cynus in additio. in dicta lege.

§ In l.Scire.in fin.ff.de excu.tuto. allegatur ille finis,quòd officialis remotus ab officio suo propter delictum suum non debet habere salarium,vt notatur in l.diem functo.ff.de offi.assesso.Archi. in c.nonnulli de rescript.lib.vj.

§ Doctor debet iurare docere fideliter not.in l.j. §. sed an filio.ff. de variis & extraordi.cognit.

§ An doctor antiquus possit seruire per substitutum, Bar. in l. non est.de duo.re.Io.And.in reg.iure qui facit.de reg.iu.lib.vj.

§ Quid si datum est certum salarium ambasiatorib⁹ pro certo tēpore ipsi reuertuntur citius, an teneantur residuum salarii restituere.Bar.in l.de diuisione.sol.ma.Quid si capiantur,an pro tempore quo stabunt capti habebunt salarium , & an commune teneatur eis resarcire damnum. not.in l.inter causas.§.non omnia. ff.mandati. & l.stipendia. ff.de re mil.lib.xj.bar.in l.si seruus communis.§.si secus.de seruis fu.Item vide l.miles.ex qui.cau.ma.vbi dicit Bal.per illam legem. arg.quòd ambasiatores debent incipere habere salarium quam cito ascendunt equos,item in eundo & redeundo.vt in versi.sequen.Item pro eo tempore quo erunt infirmi in itinere : quia videntur esse in ambasiata. vt in eadem l. si cui.in fine.Albric.in materia statutormm,in prima parte. q. 123.

§ In capite veniens. de iureiurando. deciditur quæstio de aduocatis qui iurati sunt duabus ecclesiis seruire , & illæ inuicem litigant,quòd teneantur primam defendere. fac. c. eam te. de ætate & qual.& Ioan. An.in c.j.de postulan.in nouel.& in glo.fin.

§ Nota quòd officium aduocationis non cadit sub locatione, quia possunt cogi ad aduocandum.l.j.§.ait prætor.de postu.& istud no.domi.Bal.in l.i.C.de suffrag.

§ Nota quòd ex nullo pacto debetur salarium aduocato , sed quia non cadit sub aliquo de quatuor contractibus innominatis necesse est agi condictione ex lege.no.Bal.vbi s.

§ Item salarium debetur cum inceperit , licet non peregerit, vt ibi not. bal. & transmittit ad hæredem & si salarium est promissum , vtrum sufficiat in vna vice & quid si transegit pars an aduocatus consequatur patrocinium, & si clientulus succubuit culpa sua,an teneatur patrocinari in causa appellationis,& nunquid teneatur exire prouinciam.Bal.vbi.s.

¶Bald.de Salariis.

QVIS taxet salarium notariorum.§.nunc.versi.sed erit.G.¶De salario iudicum,assessorum,aduocatorum,procuratorum,& medicorum , & doctorum , vide hic per G. ¶Vacuum tempus non nocet assessori,quin salarium prosequatur.de assesso. l. diem functo.G.

Finis Libri primi.

colorchecker CLASSIC



























calibrite

mm